


...uuid in multis argumentis post
passionem suam per dies quadraginta ap-
...rens eis loquens de regno dei
...io quod ante non narraverat ...
...ma tunc clarius et perfectius
dixerat Johannis xvi° Adhuc
multa vobiscum habeo dicere que non
potestis portare modo Sed resur-
...gens cepit a moyse et aperuit
...lis sensum ut intelligerent scrip-
...turas et perfectissime narravit
confirmando eos et docendo quos
...itum sanctum in linguis igneis
... misit Unde dicit Joh. xvi°
...n potestis portare modo multa
habeo vobis dicere Et subiungit
...m autem venit paraclitus docebit
...s omnia Secundus fructus ex passi-
...ne christi sequutus est laus divi-
...i nominis etc. Ideo sequitur In
In medio ecclesie id est manifeste
...universam ecclesiam non in uno
a...gulo sed in tota ecclesia propter pas-
sionem meam colligenda laudabo te id est faciam te laudari Aba-
cuk iii° Et laudis eius plena
est terra Tercius fructus est
institucio sacramentorum ex merito
passionis christi et precipue baptis-
matis et eucaristie Et ideo in
alio versu psalmus eiusdem Vota mea
id est voluntates meas in instituen-
do sacramenta ecclesie ex merito mee
passionis et precipue sacramentum
baptismi et corporis christi reddam
id est instituam in conspectu timencium
eum id est in conspectu fidelium in
ecclesia militante existencium quibus
et ad quorum salutem conficitur
hoc sacramentum ut ipsi intelligant
ibi esse verum corpus christi et per
illud credant se salvari et graciam
consequi Et sic exponitur hoc dic-
tum prophete in persona christi vel
aliter prout christus loquitur in persona
membrorum sic exponitur de sacramento
baptismi vota mea id est promissa que
promisi in baptismo dicens Abrenun-

ciando dyabolo et omnibus pompis
eius et credo in deum Iste enim
est magnus fructus ex passione
christi sequutus ipse videlicet bap-
tismus qui virtutem regenerandi habet
ex passione christi Ad Romanos vi°
Quicumque baptizati sumus in christo
Jhesu in morte ipsius baptizati
sumus hec vota reddam in con-
spectu timencium eum id est in con-
spectu tocius ecclesie De institucione
vero sacramenti eukaristie in memo-
riam passionis christi subdit propheta
Edent id est sacramentaliter et spiritualiter
corpus meum sumet Johannis vi°
Panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita pauperes
id est humiles et huius seculi contemp-
tores Matthei quinto Beati pauperes
spiritu qui nec concupiscunt mundi
copiam nec timent ipsius inopiam
et saturabuntur per internam et
spiritualem refectionem Proverbiorum xiii°
Justus comedit et replet ani-
mam suam venter autem impio-
rum insaturabilis Et dicit glosa
divites huius seculi non saturantur
quia non esuriunt cenam et
passionem domini sed pauperes satu-
rantur quia imitantur christum pa-
ciendo et laudabunt dominum per
graciarum actionem Et ideo in huius
signum christus post cenam cum
discipulis dixerunt ympnum et
demum exierunt in montem
oliveti Matthei xxvi° Et ideo
dicit glosa Pauperes deum
laudant divites se Et ideo pau-
peres sunt quia deum laudant
ut eum querant qui est the-
saurus ipsorum Divites que-
runt implere cistam temporalibus opi-
bus pauperes querunt implere
cor divicijs spiritualibus gracijs
dei et virtutibus Quartus fruc-
tus sequutus ex passione christi
est conversio gencium de quo
propheta subdit Reminiscentur scilicet
gentiles post passionem christi

[illegible]

Istu liber Johannis de [illegible] et [illegible]

Cracovien. et quicumque contravenerit aut contradixit anathema sit

Dat. pro collegio maiori theol. una cum libris [illegible]

[illegible] a doctore Michaele [illegible]

I

Liber Senece De Mundi gubernatione

Reverendo in Christo patri

[illegible] venerabilibus et circumspectis viris dominis Capitulo ecclesie Cracoviensis omnibusque aliis et singulis quorum
ad quem vel ad quos in causa ecclesie Cracoviensis Canonicatus et prebende collacio [illegible]
infrascripta [illegible] infrascripte nostre in hac parte collegis cum illa clausula Coniunctim [illegible]
et quibus fidem indubiam adhibere ac mandatis nostris infrascriptis [illegible] apostolicis firmiter
[illegible] cum filo serico rubei croceique coloris [illegible] cum cordula canapi[illegible]
[illegible] non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes
principalem in ipsis litteris apostolicis principaliter nominatus coram Notario publico et testibus infrascriptis
videlicet quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis · **Martinus** episcopus servus servorum dei
Nobilitas generis vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super [illegible]
siquidem omnes Canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem apostolicam [illegible]
[illegible] si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemp[illegible]
ecclesie Canonicatus [illegible] obtinebat per ipsius Miroslai obitum [illegible] apud dictam sedem
reservacione et decreto obsistentibus tibi [illegible] predictis Nos volentes tibi qui ut asseris ex utroque pa[illegible]
[illegible] quorum fructus redditus et proventus Novem Marcharum argenti puri secundum [illegible]
[illegible] de persona sua ad ecclesiam Poznaniensem tunc certomodo vacantem auctoritate apostolica [illegible]
[illegible] persona vacent etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collacio iuxta Lateranensis [illegible]
vel alias quomodolibet reservati existant et super eis inter aliquos lis pendeat indecisa dummodo [illegible]
[illegible] tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus decernentes prout est irritum et inane
postea contingeret attemptari Non obstantibus felicis recordacionis Bonifacii pape octavi [illegible]
quibuscumque contrariis iuramento confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia robo[illegible]
[illegible] existant Seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et prebendis [illegible]
[illegible] litteras impetraverint etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias [illegible]
per hoc eis quoad assecucionem Canonicatuum et prebendarum aut beneficiorum aliorum preiudi[illegible]
vel divisim a dicta sit sede indultum quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime tene[illegible]
aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem provisionem presentacionem seu quamvis aliam dispo[illegible]
expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem et qualibet alia dicte sedis [illegible]
insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto [illegible]
statutis et consuetudinibus predicte ecclesie Cracoviensis solitum iuramentum dummodo in absentia [illegible]
etiam in Starbympirze [illegible] Octo obtinere et dudum tibi de parochiali ecclesia in [illegible]
[illegible] valorem annuum non excedunt cuiusque possessionem non habens et super qua [illegible]
[illegible] prebende necnon dignitatis personatus vel officii ecclesie Wladislaviensis etiam si ad [illegible]
[illegible] cum cura vel sine cura etiam si officium et in Cathedrali aut Canonicatus et prebenda ulti[illegible]
fore nostre Archiepiscopo Gneznensi et dilectis filiis Preposito Decano Archidiacono [illegible]
[illegible] tunc vel Executoribus per alias nostras litteras [illegible] mandavimus provideri Nulli ergo [illegible]
temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis [illegible]
kalendas Marcii Pontificatus nostri Anno decimo Altera vero littera videlicet Executoria tenoris [illegible]
[illegible] Gneznensi ac Decano Poznaniensi ecclesiarum Salutem et apostolicam benedictionem Nobilitas generis vi[illegible]
[illegible] de Calisia Canonicus Cracoviensis apud nos fidedigno commendatur testimonio mer[illegible]
[illegible] tunc apud sedem apostolicam vacantia et in antea vacatura collacioni et disposicioni nostre [illegible]
[illegible] contingeret attemptari etc. Et sic finit Quocirca discrecioni vestre per apostolica [illegible]
vel per alium seu alios eundem nomine in corporalem possessionem Canonicatus et prebende reservat[illegible]
facientes ipsum Dobeslaum vel eius procuratorem pro eo ad eandem reservatam prebendam in ca[illegible]
[illegible] plenitudine assignatis Sibique de ipsorum Canonicatus et prebende reservatorum fru[illegible]
supradictis Seu si Episcopo et Capitulo Cracoviensis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel di[illegible]
[illegible] plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem Conti[illegible]
Marcii Pontificatus nostri Anno decimo · **Post quarum siquidem** litterarum apo[illegible]
[illegible] principalem coram nobis constitutus debita cum instantia requisivit quatenus ad exe[illegible]
nobis formam Nos igitur Petrus Episcopus et Executor prefatus volentes dictum mandatum apostolicum [illegible]
Dobeslaum principalem in et ad corporalem possessionem Canonicatus et prebende ecclesie Cra[illegible]
sibi dicto Dobeslao ut in prefatis litteris apostolicis [illegible]
prefatas litteras apostolicas et huiusmodi nostrum processum ac in eis contenta vobis omnibus et singulis [illegible]
[illegible] et deduci volumus per presentes vosque nichilominus et vestrum quemlibet [illegible]
ac sub [illegible] huiusmodi infrascripte districte precipiendo mandamus quatenus infra sex dierum [illegible]
[illegible] principalis [illegible] seu alias vestrum fuerit requisitus [illegible]
dierum pro termino et peremptorie termino ac monicione canonica assignamus prefatum dominum Do[illegible]
et prebende [illegible] ecclesie Cracoviensis in Canonicum recipiatis [illegible]
de ipsorum Canonicatus et prebende fructibus redditibus proventibus iuribus et obvencionibus [illegible]
[illegible] premissa omnia et singula [illegible] adimplendo aut super premissis in preiudicium dicti domini [illegible]
apostolice et nostre [illegible] seu impedientibus huiusmodi [illegible]
et singulos qui in premissis delinquerint et generaliter in [illegible] contradictores in hac parte [illegible]
a contradiccione rebellione et impedimentis huiusmodi omnino destiterint seu destiterint [illegible]
canonica monicione premissa excommunicamus In Capitulum vero dicte ecclesie Cracoviensis [illegible]
Nobis vero Reverendo patri domino Episcopo Cracoviensi [illegible] ob reverenciam vestre pontificalis [illegible]
[illegible] Episcopo [illegible]

Incipit liber Senece de mundi gubernatione. providentia divina. quare multa mala bonis viris accidunt. Rubrica.

Quesiuisti a me lucilli. quid ita si providetia mundus ageretur. multa bonis viris accideret mala. Hoc comodius in contextu operis redderetur. cum presse universis providentiã probarem. et interesse deum. sed qm a toto particula revelli placet. et unam contradictione manete lite integra soluere faciaz rem non difficilem. causam deoru agam. Supervacuum est in presentia ostendere. non sine aliquo custode tantu opus stare. nec hunc siderum certu discursum fortuiti impetus esse. Et que casus incitat sepe turbari. et cito adventare. Hanc inoffensam velocitatem procedere eterne legis imperio tm̃ rerũ terra marisq gestantem. Tantum clarissimoru luminu, et ex dispositione lucentiu non esse materie errantis. Hunc ordinem nec temere cogerunt tanta arte pendere, ut terrarũ gravissimu pondus sedeat immotu. et circa se properantis celi fugam spectet ut infusa vallibus maria molliant terras, nec ullum incrementum fluminu sentiant. Ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Nec illa quidem que videntur confusa et incerta. pluvias dico nubesq et elisoru fluminu iactus. et incendia ruptis montium verticibus effusa, tremores labentis soli, aliaq que tum luctuosa pars rerum circa terras mouet. sine ratione quamvis subita sint accidut. Sed suas et illa causas habet non minus quã que alienis locis conspecta miracula sut. ut in medne fluctibus calentes aque, et noua insularu in vasto exilientiu mari spatia. Iam vero si quis observaverit nudari litora pellago in se recedente, eademq intra exiguu tpus cooperiri credet ceca quadaz volutione modo contrahi undas et introrsu agi, modo erumpere, et magno cursu repetere sedem suaz. cum ille interim portionibus crescunt, et ad horam ac diem subeunt ampliores minoresq prout illas lunare sidus elicuit, ad cuius arbitriu occeanus exundat. suo ista tempori reservuentur. Eo quidem magis quo tu non dubitas de providentia, sed qris in gratiam te reducam, cum diis, adversus optimos optimus sis.

Quesivit lucillus a Seneca. Si verum est q providetia divina mundus iste regat. quare deus est tam iniquus ut bonis viris multa mala pmittat accide que no meretur. Cui respondz in isto libello, et primo qmuis lucillus de hoc dubitare no credat. psupponit esse certissimum. et etia probat q tota mundi machina dei puidentia gubernat. Sedo ibi Itaq. Ad questionẽ rndz q deus pmittit bonos affligi q eos diligit et ideo eos desiderat p laboris et tribulationis exercitiu roborari. Sicut pat ad laborẽ studii cogit filiũ, prim aut lascivire mittit. Sed iam probat q adusitates bonorũ que mala videtur no sũt mala sed potius bona ... cedit ad bonũ sicut et adustio et cautis incisio et mlta huiꝰ q mala videntur ... plerumq ... p gravioi morbo ... corpibꝰ adhiber. Tercio ibi Sunt mlta magnifica. pbat q q adusa sustinet ... sed ille dicendi sũt potius infelices qbꝰ nichil umqꝫ evenit adusi ... fortuna ... et ... indignos ... at aggredit ut plz cosidez ... exempla ... Quarto ibi Adversitate ... q adusa sũt mala ... decenda sũt bona ...

Liber primus

Neque enim rerum natura patitur ut unquam bona bonis noceant. Inter bonos viros ac deum amicicia est conciliante virtute. Amiciciam dico ymo eciam necessitudo et similitudo. Quoniam quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius, emulatorque et vera progenies, quem parens ille magnificus virtutum non lenis exactor, sicut severi patres, durius educat.

Itaque cum videris bonos viros acceptosque diis laborare sudare per arduum extendere, malos autem lascivire et voluptatibus fluere, cogita filiorum nos modestia delectari et vernularum licencia, illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de deo liqueat, bonum virum in deliciis non habet, experitur, indurat, sibi illum preparat. Quare multa bonis viris adversa eveniunt. Nichil accidere bono viro potest mali, non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantorum superne deiectorum ymbrium, tanta medicatorum vis fontium non mutat saporem maris, nec remittit, quod ita adversariarum impetus rerum viri fortis non mutat animum, manet in statu et quicquid evenit in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potencior. Nec hoc dico non sentit illa, sed vincit, alioquin quietus placidusque contra incurrencia attollitur. Omnia adversa exercitaciones putat. Quis autem vir modo erectus ad honesta non est laboris appetens iusti et ad officia cum periculo promptus, cui non industrio ocium pena est. Athletas videmus quibus virium cura est cum fortissimis quibusque confligere et exigere ab hiis per quos certamini preparantur, ut totis contra ipsos viribus utantur, cedi vexarique patiuntur et si non inveniunt singulos pares, pluribus simul obiciuntur. Marcet sine adversario virtus. Tunc apparet quanta sit, quantumque polleat, cum quid possit paciencia ostendit. Scias licet idem viris bonis esse faciendum, ut dura ac difficilia non formident, nec de fato querantur, quicquid accidit boni consulant, in bonum vertant. Non quid sed quemadmodum feras interest.

Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant. Illi excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis quoque diebus non patiuntur esse ociosos, et sudorem illis et interdum la-

rimas exuitur · At matres fovere in sinu / continere in umbra vo
lunt · nunquam flere / nunquam contristari · nunquam laborare · Patrium
deus habet adversus bonos viros animum / et illos fortiter amat
· et operibus inquit · doloribus · et dampnis exagitetur / ut verum
colligat robur · Languent per inerciam saginata / nec labore
tantum · sed motu · et ipso sui honere deficiunt · Non fert ullum ictum ille
sa felicitas · At ubi assidua fuit cum incomodis suis rixa / per iniu
rias ducit · nec ulli malo cedit / Sed etiam si ei cedit · de genu pugnat
Miraris tu si deus ille bonorum amantissimus · quos quam optimos
esse · atque excellentissimos / fortunam illis cum qua exerceantur
assignat / Ego vero non miror · si aliquando impetum capiunt · Spec
tant dii magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate · Nobis
interdum voluptati est · si adolescens constantis animi · irruentem
feram venabulo excipit · si leonis incursum interritus pertulit ·
tantoque spectaculum est gracius / quanto id honestius fecit · Non sunt
ista que possint deorum in se vultum convertere · Sed puerilia et
humane oblectamenta levitatis / Ecce spectaculum dignum · ad quod re
spiciat · intentus operi suo deus / Ecce par deo dignum / Vir fortis cum
fortuna mala compositus / utique et si provocavit · Non video inquam
quid habeat in terris Iupiter pulchrius / si convertere animum velit · quam
ut spectet cathonem / Iam partibus non similibus fractisque stantem
nichilominus inter ruinas publicas rectum / Licet inquit omnia in
unius condicionem concesserit / custodiatur legionibus terre / classibus
maria / cesarianus portas miles obsideat / cathon qua exeat habet
Una manus latam libertati viam faciet / Ferrum istud etiam civili
bello purum et innoxium · bonas tandem ac nobiles edet operas · liber
tatem quam patrie non potuit / cathoni dabit / Aggredere anime · diu me
ditatum opus · Eripe te rebus humanis · Iam petreius et iuba con
cucurrerunt · Iacentque alter alterius manu cesi · Fortis et egregia fa
ti conventio / Sed que non deceat magnitudinem nostram / tam turpe
est cathoni mortem ab illo petere · quam vitam · Liquet michi cum ma
gno expectasse gaudio deos · quo ille vir acerrimus · sui vindex
/ aliene saluti consulit / et instruit discedentium fugam · dum studia
etiam nocte ultima tractat · dum gladium sacro pectori infigit

Dum viscera spargit et illam sanctissimam animam indignamque que fer-
ro contaminaretur manu educit. Inde crediderim fuisse parum certum
et efficacem ictum. non fuit diis immortalibus satis spectare cathonem
semel. retenta ac revocata virtus est ut in difficiliore parte se osten-
deret. Non enim tam magno animo mors initur quam repetitur. Quid-
ni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu
evadentem. Mors illos consecrat quorum exitum etiam qui timent laudant.

Sed iam procedente oratione ostendam quam non sint que videntur
mala. Nunc illud dico. ista que tu vocas aspera. adversa. et
abhominanda primum pro ipsis esse quibus accidunt. Deinde pro univer-
sis quorum maior est diis cura quam singulorum. Post hec volentibus
accidere ac dignos malo esse si velint. Hiis adiciam fato. ista
sic ire recte. eadem lege bonis evenire qua sunt boni. Persuadebo
deinde tibi ne unquam boni viri miserearis. potest enim miser dici non
potest esse. Difficillimum ex omnibus que posui videtur quod primum
dixi. pro ipsis esse quibus eveniunt ista que horremus ac tremimus.
Pro ipsis est inquis in exilium mitti. in egestatem deduci liberos et
coniugem eidem auferri. ignominia affici. debilitari. Si miraris hoc
pro aliquo esse. miraberis quosdam igne et ferro curari. nec minus
fame et siti. Sed si cogitaveris tecum quibusdam et radi ossa et legi et
extrahi venas et quedam amputari membra que sine totius per-
nitie corporis herere non poterat. hoc quoque patieris probari tibi que-
dam incommoda pro hiis esse quibus accidunt. tam mehercules quam
quedam que laudantur et appetuntur contra eos esse quos delectaverunt si-
millima cruditatibus et ebrietatibus ceterisque que necant per voluptatem.

Inter multa magnifica demetrii nostri et hec vox est a qua
recens sum et sonat adhuc et vibrat in auribus meis. Nichil
inquit michi videtur infelicius eo cui nunquam evenit adversi. Non
licuit enim illi se experiri ubi ex voto illi fluxerint omnia. ut ante votum.
male tamen de illo dii iudicaverunt. Indignus visus est a quo vince-
retur aliquando fortuna. que ignavissimum quemque refugit. quasi dicat quid ergo
istum michi adversarium assumam. statim arma summittet. non opus est
in illum tota potentia mea. levi comminatione pelletur. non potest sus-
tinere vultum meum. Alius enim conspiciatur cum quo conferre possimus
manum. Pudet congredi cum homine vinci parato. Ignominiam
iudicat gladiator cum inferiore componi. et scit eum sine gloria

vinci qui sine periculo vincitur. Idem facit fortuna fortissi
mos sibi pares querit, quosdam fastidio transit. Contumacissimum
quemque et rectissimum aggreditur, adversus quem suam vim intendat
ignem quem experitur in Mucio, paupertatem in Fabricio, exilium in Ruti
lio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone.
Magnum exemplum nisi mala fortuna non invenit. Infelix est Mu
cius quod dextra ignes hostium premit et ipse a se exigit erroris sui pe
nas. Quod regem quem armata manu non potuit exusta fugat. Quid
ergo felicior esset si in sinu amice foveret manum. Infelix est Fa
bricius quod ursum quantum a re publica vacavit fodit, quod bellum tam
cum Pirro quam cum divitiis gerit, quod ad focum cenat illas ipsas ra
dices et herbas quas in repurgando agro triumphalis senex evulsit.
Quid ergo felicior esset si in ventrem suum longinqui litoris pisces
et peregrina aucupia congereret, si conchiliis superi atque inferi
maris pigritiam stomachi nauseantis erigeret, si ingenti po
morum strue cingeret prime forme feras captas multa cede vena
tium. Infelix est Rutilius quod qui illum damnaverunt causam dicent
omnibus seculis, quod equiore animo passus est se patrie eripi quam
sibi exilium, quod Sille dictatori solus aliquid negavit et revocatus
non tantum retrocessit sed longius fugit. Viderint inquit hoc isti quos
Rome deprehendit felicitas tua, videant largum in foro sanguinem
et supra Servilianum lacum, id enim proscriptionis Sillane spoliarium
est senatorum capita et passim vagantes per urbem percussorum greges
et multa milia civium contra rationem uno loco post fidem, immo per
ipsam fidem trucidata. Videant ista qui exulare non possunt. Quid
ergo felix est Lucius Silla quod illi descendenti ad forum gladio summo
vetur, quod capita consulatum virorum patitur ostendi et precium cedis
per questorem ac tabulas publicas numerat, et hec omnia facit
ille ipse qui legem Corneliam tulit.

Veniamus ad Regulum, quid illi fortuna nocuit, quod illum docu
mentum fidei, documentum patientie fecit. Figunt cutem clavi et
quocumque fatigatum corpus reclinavit, vulneri incumbit, in perpetua vi
gilia suspensa sunt lumina. Quanto plus tormenti, plus erit glorie.
Vis scire quam non peniteat hoc precio extimasse virtutem, refice
illum et mitte in senatum, eandem sententiam dicet. Feliciore

ergo mecenatem putas / cui amoribus anxie et morose uxoris coti-
diana repudia deflenti / somnus per symphoniarum cantum ex longinquo
leue resonantium queritur / mero se licet sopiat et aquarum fragoribus
auocet / et mille uoluptatibus mentem anxiam fallat / tam uigilabit
in pluma quam ille in cruce / Sed illi solatium est / pro honesto dura tol-
lerare / et ad causam a patientia respicit / hunc uoluptatibus marcidum et fe-
licitate nimia laborantem / magis hiis que patitur uexat causa patiendi
Non usque eo in possessionem generis humani / uicia uenerunt / ut dubium sit
an electione fati data plures nasci reguli quam mecenates uelint / aut
si quis fuerit / qui audeat dicere mecenatem se quam regulum nasci malu-
isse / Idem iste taceat · licet uoluisse terentiam maluisset · Male tractatum
Socratem iudicas / quod illam potionem publice mixtam / non aliter quam
medicamentum immortalitatis obduxit / et de morte disputauit / usque ad
ipsam / Male cum illo actum est / quod gelatus est sanguis / ac paulatim fri-
gore inducto uenarum uigor constitit / Quanto magis huic inuidendum est
quam illis quibus gemma ministrat / Quibus exoletus · omnia pati doctus
exsecte uirilitatis / aut dubie suspensam auro niuem diluit / hii quicquid
biberint uomitu remetientes tristes / et bilem suam regustantes / At ille ve-
nenum letus et libens hauriet / Quod ad cathonem pertinet satis di-
ctum est summamque illi felicitatem contigisse consensus hominum fatebitur /
Quem sibi rerum natura delegit / cum quo metuenda collideret / Inimicitie poten-
tium graues sunt / opponantur simul / pompeio cesari et crasso · Graue est
a deterioribus honore anteiri / uatinio postferatur · Graue est ciuilibus
bellis interesse / toto terrarum orbe pro causa bona tam infeliciter quam pertina-
citer militet · Graue est manus sibi afferre / faciat / Quid per hec conse-
quar / ut omnes sciant non esse mala hec quibus ego dignum
cathonem putaui /

Prospera sed in plebem / ac uilia ingenia deueniunt · At cala-
mitates terroresque mortalium sub iugum mittere proprium magni uiri
est / Semper uero esse felicem / et sine morsu animi transire uitam igno-
rare est rerum nature alteram partem / Magnus es uir / sed unde scio / si
tibi fortuna non dat facultatem exhibende uirtutis / Descendisti ad olim-
pia / si nemo preter te / olimpiam coronam habes / uictoriam non habes
Non gratulor tanquam uiro forti / sed tanquam consulatum preturamue ade-
pto honore auctus es · Idem dicere et bono uiro possum / si illi nullam
occasionem difficilior casus dedit / in qua una uim animi ostenderet

Miserum te iudico quod numquam fuisti miser / Transisti sine adversario vi
tam. Nemo sciet quid potueris / nec tu quidem ipse / opus est enim ad
noticiam sui experimento / quid alius quidem quisque posset nisi temptan
do non didicit. Itaque quidam ultro se cessantibus malis obtulerunt / et
virtuti iture in obscurum / occasionem per quam enitesceret quesierunt
Gaudent inquit magni viri aliquando rebus adversis / non aliter quam
fortes milites bellis triumphant / Ego murmillonem sub G. cesare de rari
tate munerum audivi querentem / Quam bella inquit etas perit / A
vida est periculi virtus / et quo tendit non quid passura sit cogi
tat / Quoniam etiam et quod passura est / glorie pars est / Militares viri
gloriantur vulneribus leti fluentem meliori casu sanguinem oste
tant / Idem licet fecerint / qui integri revertuntur ex acie / ma
gis spectatur qui saucius redit.
Ipsis inquit deus consulit / quos esse quam honestissimos cupit
quotiens illis materiam prebet aliquid animose fortiterque
faciendi / ad quam rem opus est / aliqua rerum difficultate / Guber
natorem in tempestate / in acie militem intelligas / Unde possum
scire quantum adversus paupertatem tibi animi sit / si divitiis diffluis /
Unde possum scire quantum adversus ignominiam et infamiam odiumque po
pulare constantie habeas / si inter plausus senescas / si inexpugnabilis
et inclinatione quadam mentium pronus favor sequitur / Unde scio
quam equo animo laturus sis orbitatem / si quoscumque sustulisti
vides / Audivi te cum alios consolareris / tunc conspexissem si te ipsum
consolatus esses si te ipse dolere metuisses. Nolite obsecro vos
expavescere ista / que dii immortales velud stimulos admovent animis
Calamitas virtutis occasio est / Illos merito quis dixerit mi
seros / qui nimia felicitate torpescunt / quos velut in mari lento
tranquillitas iners detinet / Quicquid illis inciderit novum veniet
Magis urget seva inexpertos / Grave est ferre cervicibus iugum
Ad suspicionem vulneris tiro pallescit / Audacter veteranus cruo
rem suum spectat / qui scit se sepe vicisse post sanguinem. Hos
itaque deus quos probat / quos amat indurat recognoscit exer
cet / Eos autem quibus indulgere videtur / quibus parcere / molles venturis
malis servat / Erratis enim si quem iudicatis exceptum / veniet ad illum diu
felicem sua portio / Quisquis videtur dimissus esse dilatus est.

Liber primus

Quare deus optimum quemque aut mala valitudine aut luctu aut incommodis afficit. Quare in castris periculosa fortissimis imperantur. Dux lectissimos mittit qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis aut explorent iter aut presidium loco deiciant. Nemo eorum qui exeunt dicit male de me imperator meruit, sed bene iudicavit. Idem dicant quicumque quicumque iubentur pati timidis ignavisque flebilia. Digni visi sumus deo in quibus experiretur quantum humana natura posset pati. Fugite delicias, fugite enervantem felicitatem qua animi permadescunt et nisi aliquid intervenit quod humane sortis admoneat velud perpetua ebrietate sopiti. Quem specularia a flatu semper vendicaverunt, cuius pedes inter fomenta subinde mutata tepuerunt, cuius cenationes subditus et parietibus circumfusus calor temperavit, hunc levis aura non sine periculo stringit. Cum omnia que excesserunt modum noceant, periculosissima felicitas intemperatia est. Movet cerebrum in vanas mentes, imagines evocat, multum inter falsum et verum medie caliginis fundit. Quidni hiis satius sit perpetuam felicitatem advocata virtute sustinere quam infinitis atque immodicis bonis rumpi. Levior ieiunio mors est, cruditate dissiliunt. Hanc itaque rationem dii sequuntur in bonis viris quam in discipulis suis preceptores, qui plus laboris ab hiis exigunt in quibus certior spes est. Numquid tu invisos esse Lacedemoniis liberos suos credis quorum experiuntur indolem publice verberibus admotis. Ipsi illos patres adhortantur ut ictus flagellorum fortiter perferant et laceros ac semianimos rogant perseverent vulnera prebere vulneribus. Quid mirum si dure generosos spiritus deus temptat. Numquam virtutis molle documentum est. Verberat nos et lacerat fortuna, patimur. Non est sevitia. Certamen est quo sepe adierimus fortiores erimus. Solidissima pars est corporis quam frequens usus agitavit. Prebendi fortune sumus ut contra illam ab ipsa duremur. Paulatim nos sibi pares faciat. Contemptum periculorum assiduitas periclitandi dabit. Sic sunt nauticis corpora ferendo mari dura. Agricolis manus trite. Ad excutienda tela militares lacerti valent. Agilia sunt membra cursoribus. Id in quoque solidissimum est quod exercuit. Ad contemnendam potentiam malorum animus patientia pervenit, que quid in nobis efficere possit scies si aspexeris quantum nationibus nudis et inopia fortioribus labor prestet. Omnes considera gentes in quibus romana pax desinit, Germanos dico

et quicquid est circa ystrum vagarum gentium occursat / perpetua illos
yems triste celum premit / maligneque solum sterile substentat ymbre cul-
mo aut fronde defendunt super durata glacie stagna persultant in ali-
mentum feras captant / Miseri tibi videntur nichil miserum est quod
in naturam consuetudo produxit / Paulatim enim voluptati sunt que
necessitate ceperunt / nulla illis domicilia nulleque sedes sunt nisi quas
lassitudo in diem posuit / Vilis et hic querendus manu victus horren-
da iniquitas celi / intecta corpora. Hoc quod tibi calamitas videtur
tot gentium est / Quid miraris bonos viros ut confirmentur quati
Non est arbor solida nec fortis nisi in qua frequens ventus incursat
Ipsa enim vexatione constringitur et radices certius figit / Fragiles sunt
que in aprica valle creverunt / pro ipsis enim bonis viris est ut
esse interriti possint / ut multum inter formidolosa versari / et equo
animo ferre / que non sunt mala / nisi male sustinenti

Adicite nunc quod pro omnibus est optimum quemque / ut ita dicam
militare et edere operas. Hoc est propositum deo quod sapienti viro
ostendere hec que vulgus appetit que reformidat nec bona esse nec
mala. Apparebunt autem bona esse si illa non nisi bonis viris tribu-
erit / et mala esse si malis tantum irrogaverit. Detestabilis erit cecitas
si nemo oculos perdiderit / nisi cui eruendi sunt. Itaque careant luce
appius et metellus. Non sunt divicie bonum. Itaque habeat illas et
elius leno ut homines pecuniam cum in templis consecraverint vi-
deant et in fornice. Nullo modo potest magis deus concupita tra-
ducere quam si illa turpissimis defert / ab optimis abigit. At iniqui
est virum bonum debilitari / aut configi / aut alligari / malos integris
corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid porro non est
iniquum fortes arma sumere et in castris pernoctare et pro vallo ob-
ligatis stare vulneribus / interim in urbe securos esse precisos et
professos in pudicicia. Quid porro non est iniquum nobilissimas vir-
gines ad sacra facienda noctibus excitari / altissimo somno inqui-
natas frui / labor optimos citat / Senatus per totum diem sepe con-
sulitur / cum illo tempore vilissimus quisque / aut in campo otium suum ob-
lectet / aut in popina lateat / aut tempus in aliquo circulo terat.
Idem in hac magna re publica fit. boni viri laborant. impendunt
et impenduntur. Volentes quidem non trahuntur a fortuna / sequun-
tur illam et equant gradus / si scissent antecessissent. Hanc quoque

animosam demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini. Hoc unum inquit de vobis dii immortales queri possum, quod non ante michi voluntatem vestram notam fecistis / prior enim ad ista venissem / atque nunc vocatus adsum. vultis liberos sumere / a vobis illos sustuli. vultis aliquam partem corporis / sumite. non rem magnam promitto. cito totum relinquam. vultis spiritum. quid ni. nullam moram faciam quominus recipiatis quod dedistis / a volente feretis / quicquid petieritis. Quid ergo est / maluissem offerre quam tradere. Quid opus fuit auferre accipere potuistis. Sed nec nunc quidem auferetis / quia nichil eripitur nisi retinenti. Nichil cogor, nichil patior invitus / nec servio deo. sed assentior. Eo quidem magis quod scio omnia certa et in eternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt / et quantum cuique temporis restet prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa / privata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne patiendum est / quia non ut putamus incidunt cuncta / sed veniunt. Olim constitutum est quid gaudeas / quid fleas / et quamvis magna videatur varietate singulorum vita distingui / summa in unum venit. Accipimus peritura perituri.

Quid ita indignamur. quid querimur / ad hoc parati sumus / nos leti ad omnia / et fortes cogitemus / nichil perire de nostro / Quid est boni viri / prebere se fato / grande solatium est cum universo rapi. Quicquid est quod nos sic vivere / sic mori iussit / eadem necessitate / et deos alligat. Irrevocabilis humana pariter ac divina cursus vehit. Ille ipse omnium conditor et rector scripsit quidem fata / sed sequitur / semper paret / semel iussit. Quare tamen deus tam iniquus / in distributione fati fuit / ut bonis viris paupertatem / et vulnera / et acerba funera ascriberet. Non potest artifex mutare / materiam hec passa est / quedam separari a quibusdam non possunt. Coherent individua sunt languida ingenia et in somnum itura aut in vigiliam somno simillimam. Inertibus nectuntur elementis / ut efficiatur vir cum cura dicendus / fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter / sursum oportet ac deorsum eat fluctuetur. Ac navigium in turbido regat / Contra fortunam illi tenendus est cursus / multa accidet dura aspera / sed que molliat et complanet ipse. Ignis aurum probat. miseria fortes viros. Vide quam alte ascendere debeat virtus. scies illi non per secura vadendum esse. Ardua prima via est / et quam vix mane recentes / enituntur equi. medio est altissima celo. Unde mare et terras ipsi michi sepe videre

qui lata et periculosa sunt

No de predestinacione [illegible]

fit timor et pavidi trepidet formidine pectus. Ultima prona via est et
eget moderamine certo. Tunc etiam que me subiectis excipit undis
Ne ferar in preceps Thetis solet ima vereri. Hec cum audisset ille ge
nerosus adolescens: placet inquit via, ascendo, est tanti per ista ire ca
suro. Non desinit acrem animum territare. Utque viam teneas nulloque
errore traharis, per tamen adversi gradieris cornua tauri Hemoniosque
arcus violentique ora leonis. Post hoc ait: Iunge datos currus
his quibus deterreri me putas incitor. Libet illic stare, ubi ipse sol
trepidat. Humilis et inertis est tuta sectari, per alta virtus est.

Queritur quare tamen bonis viris patitur aliquid mali deus fieri.
Ille vero non patitur, omnia mala ab illis removit. Scelera et flagi
tia, et cogitationes improbas et avida consilia, et libidinem cecam
et alieno imminentem avaritiam. Ipsos tuetur ac vindicat. Numquid
hoc quoque a deo aliquis exigit, ut bonorum virorum etiam sarcinas
servet. Remittunt ipsi hanc deo curam, externa contemnunt. Demo
critus divitias proiecit, honus illas bone mentis extimans. Quid
ergo miraris si id deus bono accidere patitur, quod vir bonus ali
quando vult sibi accidere. Filios amittunt viri boni, quid ni cum
aliquando et ipsi eos occidant. In exilium mittuntur, quid ni cum aliquando
ipsi patriam non repetituri relinquant. Occiduntur. Quid ni cum
aliquando ipsi sibi manus afferant. Quare quedam dura patiuntur, ut
alios pati doceant, nati sunt in exemplar. Puta itaque deum dicere:
Quid habetis quod de me queri possitis, vos quibus recta placue
runt. Aliis bona falsa circumdedi, et animos inanes velud longo
fallacique somno lusi. Auro illos et argento et ebore adornavi. Intus
nichil boni est. Isti quos pro felicibus aspicitis, si non qua occurrunt
sed qua latent videritis, miseri sunt, sordidi turpes, ad similitudinem
parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida et sincera feli
citas, crusta est equidem tenuis. Itaque dum illis licet stare et ad
arbitrium suum ostendi, nitent et imponunt. Cum inciderit aliquid quod
disturbet ac detegat, tunc apparet quantum alte ac vere feditatis
alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura,
quanto magis versaverit aliquis et undique inspexerit, meliora
maioraque. Permisi vobis metuenda contemnere, cupiditates fastidire.
Non fulgetis extrinsecus, bona vestra introrsus obversa sunt. Sic
mundus exteriora contempsit spectaculo sui letus. Intus omne posuit

Liber secundus

bonum. Non egere felicitate felicitas vestra est. At multa incidunt tristia horrenda dura toleratu. Quia non poteram vos istis subducere animos vestros adversus omnia armavi. Ferte fortiter. Hoc est deum antecedatis. Ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam. Contempnite paupertatem, nemo tam pauper vivit quam natus est. Contempnite dolorem, aut solvetur aut solvet. Contempnite mortem que vos aut finit aut transfert. Contempnite fortunam. Nullum illi telum quod feriret animum dedi. Ante omnia cavi ne quis vos teneret invitos, patet exitus, si pugnare non vultis licet fugere. Ideoque ex omnibus rebus quas esse vobis necessarias volui nichil feci facilius quam mori. Prono animam loco posui, trahitur. Attendite modo et videbitis quam brevis ad libertatem et quam expedita ducat via. Non tam longas in exitu vobis quam intrantibus posui moras. Alioquin magnum in vos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tarde moreretur quam nascitur. Omne tempus omnis vos locus doceat quam facile sit renuntiare nature et munus suum illi impingere. Inter ipsa altaria et solempnes sacrificantium ritus, dum optatur vita, mortem condiscite. Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere, et magnarum virium animalia humane manus ictus impellit, tenui ferro commissura cervicis abrumpitur, et cum articulus qui caput collumque committit incisus est, tanta illa moles corruit. Non in alto latet spiritus nec utique ferro eruendus est. Non sunt vulnere impresso scrutanda precordia, in proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinavi locum, quacumque pervium est. Ipsum illud quod vocatur mori, quo anima discedit a corpore, brevius est quam ut sentiri tanta velocitas possit, sive fauces nodus elisit, sive spiramentum aqua preclusit, sive in caput lapsos subiacentis soli duritia comminuit, sive haustus ignis cursum anime remeantis interscidit. Quicquid est properat. Et quid erubescitis, quod tam cito fit timetis diu.

Explicit liber primus. Incipit secundus. Quomodo sapiens nec in iniuriam cadit. Rubrica.

Tantum inter Stoycos Serene et ceteros sapientiam professos interesse quantum inter feminas et mares non immerito dixerim. Cum utraque turba ad vite societatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri sapientes et molliter et blande, ut fere domestici et fa

In hoc libro Seneca primo commendat sectam Stoycorum ea ipsorum sapientes aliorum phylosophorum ... ad summum virtutis verticem per viam arduam et rigidam nos ... omne adversitates et voluptates contemnere. Secundo ibi Nuper probat quod de iniuria sapienti illata non debemus ... turbari sed ... Tertio ibi Dein prima probat idem de contumelia quod in sapiente non cadat ... affectus et ponit ... quas docet rationibus et exemplis ... usque in finem

De providentia divina

militer medici egris corporibus / non quia optimum et celerrimum
est medentur / sed qua licet / stoyci virilem ingressi viam / non ut
amenum ineuntibus videatur / curam habent / sed ut quam primum nos e-
ripiant / et in illum editum verticem educant / qui adeo extra omnem teli
iactum surrexit / ut supra fortunam emineat / at ardua per que vocati
sumus et confragosa sunt. Quid enim plano adeditur / excelsum. Sed nec
tam abrupta quidem sunt / quam quidam putant. Prima tantum pars saxa
rupesque habet / et invii speciem sicut pleraque ex longo speculantibus
abscisa / et conexa videri solent / cum aciem longinquitas fallat /
deinde propius adeuntibus eadem illa que in unum congesserat error o-
culorum / paulatim adaperiuntur / tum illis que precipitia ex inter-
vallo apparebant / redit lene fastigium

Nuper cum incidisset mentio / marci cathonis indigne ferebas
sicut es iniquitatis impatiens / quod cathonem etas sua parum intel-
lexisset / quod supra pompeios et cesares surgentem / infra vatinios posu-
isset / et tibi indignum videbatur / quod illi dissuasuro legem / toga in foro
esset erepta / quodque a rostris usque ad arcum fabianum per seditiose
factionis manus traditus / voces improbas / et sputa / et omnes
alias insane multitudinis contumelias pertulisset / tunc ego respondi
habere te quod reipublice nomine moveres / quam hinc publius clodius / hinc
vatinius / ac pessimus quisque venundabat / et tacita cupiditate corru-
pti / non intelligebant se dum vendunt / et venire. Pro ipso quidem
cathone securum te esse iussi. Nullum enim sapientem nec iniuriam
accipere / nec contumeliam posse. Cathonem autem certius exemplar sa-
pientis viri / nobis deos immortales dedisse / quam ulixem et herculem
prioribus seculis. Hos enim stoyci nostri sapientes pronuntiaverunt in-
victos laboribus / et contemptores voluptatis / victores omnium terrarum.
Catho non cum feris manus contulit / quas consectari venatoris / agre-
stisque est. Nec monstra igne / ac ferro persecutus est / nec in ea tempora
incidit / quibus credi posset celum unius humeris inniti. Excussa
iam antiqua credulitate / et seculo ad summam perducto solertiam
/ cum ambitu congressus / multiformi malo / et cum potentie immensa cu-
piditate / quam totus orbis in tres divisus / satiare non poterat
/ adversus vitia civitatis degenerantis / et pessum sua mole sidentis
/ stetit solus / et cadentem rempublicam / quantum una retrahi manu poterat
retinuit / donec vel abreptus / vel abstractus / comitem se diu sub-
stentate ruine dedit / simulque extincta sunt / que nephas erat di-

di. Neque enim catho post libertatem vixit nec libertas post cathonem.
Hinc tu putas iniuriam fieri potuisse a populo, quod aut preturam illi
detraxit aut togam, quod sacrum illud caput purgamentis oris aspersit.
Tutus est sapiens nec ulla affici aut iniuria aut contumelia potest.
Videor michi intueri animum tuum incensum et effervescentem. Paras
acclamare: Hec sunt que auctoritatem preceptis vestris detrahat. Magna pro-
mittitis et que non optari quidem, ne dum credi possit. Deinde ingen-
tia locuti cum pauperem negastis esse sapientem, non negatis solere illi
et servum vel vestem et tectum et cibum deesse. Cum sapientem negastis
insanire, non negatis et alienari et parum sana verba emittere et
quicquid vis morbi cogit audere. Cum sapientem negastis servum esse,
et idem non ita inficiamini et venturum et imperata facturum et domino
suo servilia prestaturum ministeria. Ita sublato alte supercilio in eadem
que ceteri descendistis mutatis rerum nominibus. Tale itaque aliquid
et in hoc esse suspicor quod prima specie pulcrum atque magnum est, nec
iniuriam nec contumeliam accepturum esse sapientem. Multum autem inter-
est utrum sapientem esse extra indignationem an extra iniuriam ponas.
Nam si dicis illum equo animo laturum, nullum habet privilegium, contin-
git illi res vulgaris et que discitur ipsa iniuriarum assiduitate pa-
cientia. Si negas accepturum iniuriam, id est neminem illi temptaturum
facere, omnibus relictis negotiis stoicus fio. Ego vero sapientem
non ymaginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco
ponere ut quo nulla permittatur iniuria. Quid ergo? Nemo erit
qui lacessat, qui temptet? Nichil in rerum natura tam sacrum est quod
sacrilegum non inveniat. Sed non ideo divina minus in sublimi sunt
si existant qui magnitudinem multum ultra se positam non acturi
appetant. Invulnerabile est non quod non feritur sed quod non leditur. Ex hac
tibi nota sapientem exhibeo. Numquid dubium est quin certius robur
sit quod non vincitur quam quod non lacessitur, cum dubie sint vires inexperte,
et merito certissima firmitas habeatur que omnes incursus respuit.
Sic tu sapientem melioris scito nature si nullius illi iniuria nocet quam
si nulla fit. Et illum fortem virum dicam quem bella non subigunt nec
admota vis hostis exterret, non cui pingue otium est inter desides
populos. Hoc igitur sapientem dico nulli esse iniurie obnoxium. Itaque
non refert quam multa in illum coniciantur tela, cum sit nulli pene-
trabilis. Quo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est.
Nec secari adamas aut cedi vel teri potest sed incurrentia ultro

Hic alleg. Io. gualt. de constantia sapientis

retundit. Quemadmodum quedam non possunt igne consumi / sed flamma circumfusa / rigorem suum habitumque conseruant / Quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt / nec ipsi ulla seuitie uestigia / tot uerberati seculis ostentant. Ita sapientis animus solidus est. et id roboris collegit / ut tam tutus sit ab iniuria / quam illa que retuli. Quid igitur non erit aliquis qui sapienti facere temptet iniuriam. temptabit / sed non peruenturam ad eum / maiore enim interuallo et a contactu inferiorum abductus est / quam ut ulla uis noxia / usque ad illum uires suas proferat / etiam cum potentes / et imperio editi / et consensu seruientium ualidi / nocere intendent / tam citra sapientiam omnes eorum impetus deficient / quam que neruo tormentisue in altum exprimuntur / cum extra uisum exilierint / citra tamen celum flectuntur. Quid tu putas cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset / ullam sagittam in solem incidisse / aut dimissis in profundum cathenis neptunum potuisse contingi. Ut celestia humanas manus effugiunt. et ab hiis qui templa diruunt / aut simulacra conflant / nichil diuinitati nocetur. Ita quicquid fit in sapientem proterue / petulanter / superbe. frustra temptatur. At satius erat neminem esse / qui facere uellet. Rem difficilem optas humano generi innocentiam / et non fieri / eorum interest qui facturi sunt / non eius qui pati. Ne si fiat quidem potest / immo nescio an magis uires sapientia ostendat tranquillitatis inter lacessentia / sicut maximum argumentum est imperatoris / si armis uirisque pollentis tuta securitas hostium terra.

Diuidamus / si tibi uidetur serene / iniuriam a contumelia / prior illa natura grauior est / hec leuior / tamen delicatis grauis / qua non leduntur sed offenduntur / tanta est tamen animorum dissolutio et uanitas ut quidam nichil acerbius putent. Sic inuenies seruum / qui tamen flagellis quam colaphis cedi malit / et qui mortem aut uerbera tollerabiliora credat / quam contumeliosa uerba / ad tantas ineptias peruentum est. ut non dolore tamen / sed doloris opinione uexemur / more puerorum / quibus metus incutit umbra / et personarum deformitas / et deprauata facies. lacrimas uero euocant nomina parum grata auribus / et digitorum motus / et alia que impetu quodam erroris improuidi refugiunt. Iniuria propositum hoc habet / aliquem malo afficere / Malo autem sapientia non relinquit locum / unum enim malum illi est turpitudo / que intrare eo ubi iam uirtus honestumque est non potest. Iniuria ergo ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est / sapiens autem nullius

Liber secundus

male est patiens / nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria diminutio eius est in quem incurrit. Nec potest quisquam iniuriam accipere sine detrimento aliquo uel dignitatis / uel corporis / uel rerum extra nos positarum. Sapiens autem nichil perdere potest / omnia in se reposuit / nichil fortune credit / bona sua in solidum habet / contentus uirtute que fortuitis non indiget. Ideoque nec augeri nec minui potest. Nam et in summum perducta / incrementi non habent locum. Et nichil eripit fortuna nisi quod dedit. Virtutem autem non dat. Ideo nec detrahit. Libera est inuiolabilis / inmota / sic contra casus indurat / ut ne inclinari quidem ne dum uinci possit. Aduersus apparatus terribilium / rectos oculos tenet / nichil ex uultu mutat / siue illi dura / siue secunda ostendantur. Itaque nichil perdet / quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione uirtutis est / ex qua depelli numquam potest. Ceteris precario utitur. Quis autem iactura mouetur aliena / Quod si iniuria nichil ledere potest ex hiis que propria sapientis sunt / quia uirtute sua salua sunt / iniuria sapienti non potest fieri. Megaram demetrius ceperat / cui cognomen poliorcetes fuit / ab hoc stilbonus philosophus interrogatus / num aliquid perdidisset / nichil inquit / omnia enim mea mecum sunt. Atqui et patrimonium eius in predam cesserat / et filias rapuerat hostis / et patriam uiolauerat. At ille illi uictoriam excussit / et se urbe capta non inuictum tantum sed indempnem esse testatus est. Habebat enim secum uera bona / in que non est manus iniectio / At ea que dissipata et direpta ferebantur / non iudicabat sua / sed aduenticia / et nutum fortune sequentia. Ideo ut non propria dilexerat / omnium enim extrinsecus effluentium lubrica et incerta possessio est. Cogita nunc an huic fur / aut calumniator / aut uicinus potens / aut diues aliquis regnum orbe senectutis exercens / iniuriam facere possit / cui bella / et hostes / ille egregiam artem quassandarum urbium professus / eripere nichil potuit. Inter micantes usque gladios / et militarem in rapina tumultum / inter flammas et sanguinem stragemque impulse ciuitatis / inter fragorem templorum / et super deos suos cadentium / uni homini pax fuit.

Non est itaque quod audax iudices promissum / cuius tibi si parum fidei habeo / sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in homine aut tantam animi magnitudinem cadere / sed si prodit in medium qui dicat / non est quod dubites / an attollere se homo natus supra humana possit / an dolores / damna / ulcerationes / uulnera / magnos motus rerum circa se frementium securus aspiciat / et dura placide ferat

Commendatio Senece

et secunda moderate / nec illis cedens / nec illis fretus / unus idemque
inter diuersa sit / nec quicquam suum nisi se putet esse / quoque ea parte
qua melior est. Tamen adsum / hoc vobis probaturus / sub isto tot
ciuitatum euersore / munimenta incursu arietis labefieri / et turrium
altitudinem / cuniculis ac latentibus fossis repente residere / et equa-
turum editissimas arces / aggerem crescere / at nulla machinamenta
posse reperiri / que bene fundatum animum agitent. Erepsi / modo
e ruinis domus / et incendiis undique relucentibus / flammas per sangui-
nem fugi / filias meas / quis casus habebat / an peior publico ne-
scio. Solus et senior / et hostilia circa me omnia videns / tamen inte-
grum incolumemque esse censum meum profiteor. Teneo habeo quic-
quid mei habui / non est quod me victum / victoremque te credas. Vicit for-
tuna tua fortunam meam. Caduca illa / et dominum mutantia / ubi sint
nescio. Quod ad res meas pertinet / mecum sunt / mecum erunt / perdide-
runt isti diuites patrimonia sua / libidinosi amores suos / et magno
pudoris impendio delecta scorta / ambitiosi curiam et forum / et loca
exercendis in publico vitiis destinata / feneratores perdiderunt tabel-
las suas / quibus auaritia falso leta diuitias ymaginatur. Ego
quidem omnia integra illibataque habeo. Proinde istos interroga
qui flent / qui lamentantur / strictis gladiis / nuda pro pecunia corpora
opponunt / qui hostem onerato sinu fugiunt. Ergo ita habes Sere-
ne / perfectum illum humanis diuinisque virtutibus plenum / nichil perdere /
bona eius solidis et inexsuperabilibus munimentis precincta sunt.
Non babillonios illi muros contuleris / quos Alexander intrauit /
non carthaginis / aut numantie menia / una manu capta / non ca-
pitolium arcemue / habent ista hostile vestigium vel fastigium. Illa que
sapientem tuentur / et a flamma / et ab incursu tuta sunt / nullum in-
troitum prebent / excelsa / inexpugnabilia / diis equa /.

Non est quod dicas / ita ut soles / hunc sapientem nostrum nusquam in-
ueniri. Non fingimus istud humani ingenii vanum decus / nec
ingentem ymaginem false rei concipimus / sed qualem confirmamus
et exhibuimus / et exhibebimus. Raro forsitan magnisque etatum inter-
uallis inuenitur. Neque enim magna et excedentia solitum ac vulga-
rem modum / crebro gignuntur. Ceterum hic ipse M. Catho a cuius men-
tione hec disputatio processit / vereor ne supra nostrum exemplar sit. De-
nique validius debet esse quod ledit / eo quod leditur. Non est autem

fortior nequicia virtute. Non potest ergo ledi sapiens. Iniuria in
bonos nisi a malis non temptatur. Bonis inter se pax est. Mali tam
bonis perniciosi quam mali inter se. Quod si ledi nisi infirmior non potest
Malus autem bono infirmior est, nec iniuria bonis nisi a dispari
verenda est. Iniuria in sapientem virum non cadit. Illud enim iam noctes
admonendus, neminem bonum esse nisi sapientem. Sed iniuste inquis so
crates damnatus est, iniuriam accepit. Hoc loco intelligere nos oportet
posse evenire, ut faciat aliquis mihi iniuriam et ego non accipiam. Tamquam si quis
rem quam e villa mea subripuit, in domo mea ponat. Ille furtum
fecerit, ego nichil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri, quamvis non
nocuerit. Si quis cum uxore sua tamquam aliena concubat adulter erit
quamvis illa adultera non sit. Aliquis michi venenum dedit, sed michi
suam vim immixta cibo perdidit. Venenum illud dando scelere se obligavit
etiam si non nocuit. Non minus latro est, cuius telum opposita veste
elusum est. Omnia scelera et ante effectum operis, quantum culpe satis est
perfecta sunt. Quedam eius condicionis sunt et hac vice copulata
ut alterum sine altero esse non possit. Quod dico conabor facere ma
nifestum. Possum pedes movere, ut non curram, currere non possum
ut pedes non moveam. Possum quamvis in aqua sim non natare,
si nato non possum in aqua non esse. Ex hac sorte et hec est de qua
agitur. Si iniuriam accepi necesse est factam esse, si est facta non est
necesse me accepisse. Multa enim incidere possunt, que submoveant
iniuriam. Ut intentatam manum deicere aliquis casus potest et emis
sa tela declinare. Ita iniurias qualescumque potest aliqua res repellere
et in medio intercipere, ut et facte sint et non accepte. Preterea nichil
iniustum iusticia pati potest, quia non coeunt contraria. Iniuria
autem non potest fieri nisi iniuste, ergo sapienti iniuria non potest fieri.

Nec est quod mireris si nemo potest illi iniuriam facere. Nec prodes
se quidem quisquam potest. Et sapienti nichil deest, quod accipere
possit loco muneris, et malus nichil potest dignum tribuere sapienti. Habere
enim prius debet quam dare. Nichil autem habet quod ad se transferri
sapiens gavisurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti aut
prodesse, quemadmodum divina nec iuvari desiderant nec ledi possunt.
Sapiens autem vicinus proximusque diis consistit, excepta morta
litate similis deo, ad illa nitens pergensque excelsa, ordinata in
trepida, equali et concordi cursu fluentia, secura benigna bo
no publico nata et sibi et aliis salutaria. Nichil humile concu

quod bonus non sapiens

al. furtum manum

sic ego

pisset. nichil flebit / Cum rationem inierit per humanos casus diuiso
intendet animo / non habet ubi accipiat iniuriam / ab homine me tan
dice putas / sed nec a fortuna quidem. Que quotiens cum vir
tute congressa est / numquam par recessit / Si maximum illud ultra quod
nichil habet irate leges ac seuissimi domini minantur / in quo imperium
suum fortuna consumit / equo placidoque animo accipimus / et scimus
mortem malum non esse / ob hoc ne iniuriam quidem / multo facilius alia
tollerabimus / damna et dolores et ignominias locorum commutationes
orbitates discidia / que sapientem etiam si uniuersa circumueniat non
mergunt / nedum ut ad singulorum impulsus mereat / Et si fortune
iniurias moderate fert / quanto magis hominum potentium quos scit
fortune manus esse / Omnia itaque sic patitur / ut yemis rigorem et intem
perantiam celi / et ut feruores morbosque / et cetera forte accidentia
Nec de quoquam tam bene iudicat / ut illum quicquam putet consilio fe
cisse / quod in uno sapiente est / aliorum omnium non consilia / sed fraudes
et insidie / et motus animorum inconditi sunt / quos casibus adnu
merant. Omne autem fortuitum circa nos seuit et iniuriat

Illud quoque cogita / iniuriarum latissime patere materiam / illis per
que periculum nobis quesitum est / ut accusatore submisso / aut
criminatione falsa / aut irritatis in nos potentiorum odiis / quecumque
alia inter togatos latrocinia sunt / Est et illa iniuria frequens /
si lucrum alicui excussum est / aut premium diu captatum / si magno la
bore affectata hereditas auersa est / et questuose domus gratia
erepta. Hec effugit sapiens / qui nescit nec in spem / nec in metum
uiuere / Adice nunc / quod iniuriam nemo inmota mente accipit / sed
ad sensum eius perturbatur / Caret autem perturbatione uir erectus /
/ erroribus moderatur sui / alte quietis et placide / Nam si tangit
iniuria / et mouet et impedit / Caret autem ira sapiens / quam excitat
iniurie species / nec aliter careret ira / nisi et iniuria quam scit sibi pos
se non fieri. Inde tam erectus letusque est / inde continuo gaudio
elatus / Adeo autem ad offensiones rerum hominumque non contrahitur
ut illa ipsa iniuria usui sit / per quam experimentum sui capit / et uirtu
tem temptat / fauamus obsecro uos huic proposito / equisque et animis
et auribus adsimus / dum sapiens iniurie excipitur / nec quicquam adeo
petulantie nostre / aut rapacissime cupiditati / aut cetere temeritati

superbieque detrahit / salus [illegible] . Hec sapientis libertas est.
non ut nobis facere non liceat iniuriam agimus / sed ut ille omnes
iniurias in altum dimittat / patientiaque se ac magnitudine animi
defendat / Sic in certaminibus sacris / plerique vicerunt / cedentium ma-
nus obstinata patientia fatigando / Ex hoc puta genere sapientem
eorum qui exercitatione longa ac fideli / robur perpetiendi lassandique
omnem inimicam vim consecuti sunt /

Quoniam priorem partem percucurrimus / ad alteram transeamus
quoniam quibusdam propriis plerisque vero communibus / contumeliam
refutabimus. Est minor iniuria / quam queri magis quam exequi possumus
/ quam leges quoque nulla digna vindicta putaverunt. Hunc affectum
movet humilitas animi / contrahentis se ob factum dictumve inhonorificum
Ille me hodie non admisit / cum alios admitteret / sermonem meum aut su-
perbe adversatus est / aut palam risit / et non in medio me loco sed
in imo collocavit / et alia huius note. Que quid vocem / nisi que-
relas nauseantis animi / in quas fere delicati et felices incidunt.
Non vacat enim hec notare / cum peiora instant / nimio otio ingenia
natura infirma et muliebria / inopia vere iniurie lascivientia / hiis
commoventur / quorum pars maior constat vitio. Itaque nec prudentie
quicquam in se esse / nec fiducie ostendit / qui contumelia afficitur. Non
dubie enim contemptum se iudicat / Et hic morsus non sine quadam
humilitate animi evenit supprimentis se / ac descendentis / Sapiens
autem a nullo contemnitur / magnitudinem suam novit / nullique tantum de
se licere nuntiat / quantum sibi / et omnes has quas non miserias
animorum / sed molestias dixerim / non vincit / sed nec sentit quidem / Alia
sunt que sapientem feriunt / etiam si non pervertant / ut dolor corpo-
ris et debilitas / aut amicorum liberorumque amissio / et patrie bello fla-
grantis calamitas / Hec non nego sentire sapientem. Nec enim lapidis
illi duritiam / ferri ve asserimus. Nulla virtus est / que non sentiat
perpeti / Quid ergo est? quosdam ictus recipit / sed receptos evincit / et
sanat et comprimit / Hec vero minora non sentit quidem / nec adver-
sus ea solita illa virtute utitur dura tolerandi / sed aut non adnotat
aut digna risu putat / Preterea cum magnam partem contumeliarum
superbi insolentesque faciant / et male felicitatem ferentes / habet
quo istum affectum inflatum respuat pulcherrimam virtutem omnium
animi sanitatem / magnanimitatem. Illa quicquid eius modi est

transferunt / ut vana somniorum visusque nocturnos / nichil habentes
solidi atque veri / Simul illud cogita omnes inferiores esse quibus
illis audacia sit tanto excelsiora despicere.

Contumelia a contemptu dicta est / quia nemo nisi eum quem con
tempsit tali iniuria notat / Nemo autem meliorem maioremque conte
mnit / etiam si facit aliquid / quod contemnentes solent / Nam et pueri
os parentum feriunt / et crines matris turbavit / laceravitque infans
et sputo aspersit / aut nudavit in conspectu suorum tegenda / et verbis
obscenioribus / non pepercit / et nichil horum contumeliam dicimus / Quare
quia / qui fecit / contemnere non potest / Eadem causa est / cur nos man
cipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet / Quorum auda
cia ita demum sibi in convivas ius facit / si cepit a domino / et ut quisque
contemptissimus et ut ludibrium est / ita solutissime lingue est / Pue
ros quidem in hoc mercantur / procaces / et illorum impudentiam acuunt
ac sub magistro habent / qui probra meditate effundunt / nec has contume
lias vocamus / sed argutias / Quanta autem dementia est hisdem modo
delectari / modo offendi / et rem ab amico dictam maledictam vocare
/ a servulo ioculare convicium / Quem animum nos adversus pueros habe
bimus / hunc sapiens adversus omnes / quibus etiam post iuventam
/ canosque puerilitas est / an quicquam isti profecerunt / quibus ani
mala sunt / auctique in maius errores / Qui a pueris magnitudine
tantum forma atque corporum differunt / Ceterum / non minus vagi incertique
voluptatum / sine delectu appetentes / trepidi / et non ingenio / sed for
midine quieti / Non ideo quicquam inter illos / pueros atque / interesse / quis
dixerit / quod illis talorum / nucumque et eris minuti avaritia est / his et
auri argentique et urbium / quod illi inter se ipsos magistratus gerunt / et pre
textam fascesque ac tribunal imitantur / hii autem in campo foroque
et in curia / seria ludunt / Illi in litoribus arene congestu simulacra
domuum excitant / hii ut magnum aliquid agentes / in lapidibus
/ ac parietibus et tectis moliendis occupati / ad tutelam corporum inventa
in periculum verterunt / ergo par pueris longiusque progressis / sed
in alia maioraque error est / Non inmerito horum contumelias sapiens
ut iocos accipit / et aliquando illos tanquam pueros malo penaque ad
monet / afficit / non quia acceperit iniuriam / sed quia fecerunt / et ut
desinant facere / Sic enim et pecora verbere domantur / nec irascimur
illis / cum sessorem recusaverint / sed conpescimus / ut dolor contu

iniuriam vincat. Ergo et illud solutum scies / quod nobis opponitur /
quare si non accipit iniuriam / nec contumeliam / sapiens punit eos
qui fecerunt. Non enim se ulciscitur / sed illos emendat /

Quid est autem / quare hanc animi firmitatem non credas in virum sapi
entem cadere / cum tibi in aliis idem notare / sed non ex eadem causa
liceat. Quis enim frenetico medicus irascitur. Quis febricitantis et
a frigida prohibiti / maledicta in malam partem accipit. Hunc affectum
adversus omnes habet sapiens / quem adversus egros suos medicus
quorum nec obscena si remedio egent contrectare / nec reliquias et effu
sa intueri dedignatur / nec per furorem sevientium excipere convicia. Scit
sapiens omnes hos qui togati purpuratique incedunt / valentes /
coloratos / male sanos esse / quos non aliter videt quam egros intem
perantes. Itaque nec succenset quidem / si quid in morbo petulantius au
si sunt / adversus medentem / et quo animo honores eorum in nichilo exti
mat. Eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placebit sibi
si illum mendicus coluerit / nec contumeliam iudicabit / si illi homo
plebis ultime / salutanti / mutuam salutationem non reddiderit / sic non
suspiciet / si illum multi divites suspexerint. Scit enim illos nichil a men
dicis differre / ymmo miseriores esse. Illi enim exiguo / hii multo egent.
Et rursus non tangetur / si illum rex medorum / attalusve asie / salutantem
silentio ac vultu arroganti transierit / Scit statum eius non magis
habere quicquam invidendum / quam eius cui in magna familia cura contingit
egros insanosque compescere. Numquid moleste feram / si michi non reddiderit
nomen aliquis ex hiis / qui ad castoris negotiantur / nequam mancipia e
mentes vendentesque / quorum taberne pessimorum servorum turba referte
sunt / Non ut puto / Quid enim is boni habet sub quo nemo nisi malus
est. Ergo ut huius humanitatem inhumanitatemque negligit / ita et regis
habentis sub se / parthos / et medos / et bactrianos / sed quos metu con
tinet / sed propter quos remittere arcum tibi non contingit / sed postremos
et venales / sed novum aucupantes dominium. Nullius ergo move
bitur contumelia / omnes enim inter se differunt. Sapiens quidem pares
illos ob equalem stultitiam omnes putat. Nam si semel se dimiserit eo
ut aut iniuria moveatur / aut contumelia / non poterit umquam esse securus.
securitas autem proprium bonum sapientis est / nec committet ut iudicando
contumeliam sibi factam / honorem habeat ei qui fecit. Necesse est enim
a quo quisque contemni moleste ferat / suspici gaudeat

Tanta quosdam dementia tenet, ut contumeliam sibi posse fieri
putent a muliere. Quid refert quam habeant equos lecticarios,
quam honeratas aures, quam laxam sellam, eque imprudens animal
est et nisi scientia accessit ac multa eruditio ferum cupiditatum incontinens.
Quidam a cinenario se impulsos moleste ferunt et contumeliam vocant
hostiarii difficultatem, nominis cultoris superbiam, cubicularii supercilium.
O quantus inter ista risus tollendus est, quanta voluptate imple-
dus animus ex alienorum errorum tumultu contemplanti quietem suam.
Quid ergo sapiens non accedet ad fores quas durus ianitor obsidet?
Ille vero si res necessaria vocabit experietur et illum quisquis erit tamquam
canem acrem obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere
ut limen transeat, cogitans et in pontibus quibusdam pro transitu
dari. Itaque illi quoque quisquis erit qui salutationum publicum exercet
donabit. Scit emere venalia. Ille pusilli animi est qui sibi placet, quod
hostiario libenter respondet, quod virgam eius fregit, quod ad dominum ac-
cessit et petit corium. Facit se adversarium qui contendit et ut
vincat par fuit. At sapiens colaphis percussus quid faciet? Quod Catho
cum illi os percussum esset: non excanduit, non vindicavit iniuriam, nec
remisit quidem, sed factam negavit. Maiore animo non agnovit quam
ignovisset. Non diu in hoc hesitabimus. Quis enim nescit nihil ex
his que creduntur bona aut mala ita videri sapienti ut omnibus?
Non respicit quid homines turpe iudicent aut miserum, non ibi quod
populus, sed ut sidera contrarium mundo iter intendunt, ita hic adversus
opinionem omnium vadit. Desinite itaque dicere: non accipiet ergo sapiens
iniuriam si cedetur, si oculus ei eruetur? Non accipiet contumeliam
si obscenorum vocibus improbis per forum agetur? Si in convivio re-
gis recumbere infra mensam vescique cum servis ignominiosa officia sorti-
tis iubebitur? Si quid aliud ferre cogetur eorum que excogitari
pudori ingenuo molesta possunt? In quantumcumque ista vel numero vel ma-
gnitudine creverint, eiusdem nature erunt. Si non tanget illum parva,
nec maiora quidem; si non tanget pauca, nec plura quidem. Sed ex
imbecillitate vestra coniecturam non capitis ingentis animi. Et cum
cogitatis quantum putetis vos pati posse, sapientis patientie pau-
lo ulteriorem terminum ponitis. At illum in aliis mundi finibus sua vir-
tus collocavit, nihil vobiscum commune habentem. Quare et aspera et
quecumque tolleratu gravia sunt audituque et visu refugienda non obruetur

eorum cetu et qualis singulis talis universis obsistet ¶
Qui dicit istud tollerabile sapienti, illud intollerabile et animi
magnitudinem inter certos fines tenet male agit. Vincit nos
fortuna nisi tota vincitur. Nec putes istam stoycam esse duritiam.
Epicurus quem vos patronum inhertie vestre assumitis, putatis que mol
lia ac desidiosa precipere et ad voluptates ducentia, Raro inquit sapi
enti fortuna intervenit, quam pene emisit viri vocem, vis tu fortius
loqui et illam ex toto submovere. Domus hec sapientis angusta, sine
cultu sine strepitu sine apparatu, nullis asservatur ianitoribus turbam
venali fastidio digerentibus, sed per hoc limen vacuum et ab hostiariis li
berum fortuna non transit. Scit non esse illic sibi locum ubi sui nichil est.
Quod si Epicurus quoque qui corpori plurimum indulsit, adversus iniurias
exurgit, Quid apud nos incredibile videri potest, aut supra humane nature
mensuram. Ille ait iniurias tollerabiles esse sapienti, nos iniurias
non esse. Nec enim est quod dicas hoc nature repugnare. Non negamus rem
incommodam esse verberari et impelli et aliquo membro carere. sed o
mnia ista negamus iniurias esse, non sensum illis doloris detrahimus
sed nomen iniurie, quod non potest recipi virtute salva. Uter verius dicat vi
debimus. ad contemptum quidem iniurie uterque consentit. Queris quid
inter duos intersit. Quod inter gladiatores fortissimos, quorum alter
premit vulnus et constat in gradu, alter respiciens ad clamantem po
pulum significat nichil esse et intercedi non patitur. Non est quod putes ma
gnum quod dissidemus. Illud quoque agitur quod unum ad nos pertinet, utraque
exempla hortantur contemnere iniurias et quas iniuriarum umbras ac su
spitiones dixerim contumelias. Ad quas despiciendas non sapiente
opus est viro, sed tantum conspiciente. Quid si possit dicere utrum merito
michi ista accidunt an immerito. Si merito non est contumelia, iudicium est.
Si immerito illi qui iniusta facit erubescendum est. Et quidem illud quod
contumelia dicitur in capitis mei levitatem iocatus est, et in oculorum
valitudinem et in crurum gracillitate et in statura. Que contumelia est
quod apparet audire. Coram uno aliquid dictum ridemus, coram pluribus
indignamur, et eorum aliis libertatem non relinquimus que ipsi in
nos dicere assuevimus. Iocis temperatis delectamur, immodicis irasci
mur. Crisippus ait quendam indignatum quod illum vervecem aliquis mari
num dixerat. In senatu flentem vidimus fidium cornelium nasonis ge
nerum, cum illum corbolo struthocamelum depilatum dixisset. adversus
alia maledicta mores et vitam convulnerantia frontis illi firmitas

constituit aduersus hoc tam absurdum lacrime prouideant
Tanta animorum imbecillitas est ubi ratio discessit quod offendi
amur/ si quis sermonem nostrum imitatur/ si quis vicium aliquod
corporis/ aut lingue exprimit/ quasi notiora illa fiant/ alio imi
tante/ quam nobis facientibus. Senectutem quoque inuiti audiunt/ et ca
nos/ et alia ad que uoto peruenitur/ Paupertatis maledictum quosdam
perussit quam sibi obiecit quisquis eam abscondit. Itaque materia petulantibus
et per contumeliam urbanis detrahitur/ si ultro illam et prior occupes. Nemo
aliis risum prebuit qui ex se cepit. Vatinium hominem natum et ad risum
et ad odium scurram fuisse et venustum/ ac dicacem/ memorie proditum est
In pedes suos ipse plurima dicebat/ et in fauces concisas/ sic inimicorum
quos plures habebat quam morbos/ et in primis ciceronis urbanitatem
effugit/ Si ille hoc potuit duricia oris/ qui assiduis conuiciis pude
re dedicerat/ Cur is non possit qui studiis liberalibus et sapientie cultu ad
aliquem profectum peruenerat. Adice quod genus ultionis est eripere ei
qui fecit contumelie uoluptatem/ Solent dicere. O miserum me puto non
intellexit/ adeo fructus contumelie in sensu/ et indignatione patientis est
non debet quidem homo esse contumeliosus. Deinde non deerit illi aliquando
par. inuenietur qui te quoque uindicet
Cesar inter cetera uicia/ quibus habundabat/ contumeliosus mira
libidine ferebat/ omnibus aliqua nota feriendi/ ipse materia risus
benignissima/ tanta illi palloris insaniam testantis feditas erat/
tanta oculorum sub fronte simul latentium toruitas/ tanta capitis destitu
ti/ et emendacitatis capillis aspersis deformitas/ adice obsessam setis
ceruicem/ et exilitatem crurum et enormitatem pedum/ Immensum est si uelim
singula referre/ per que in parentes auosque suos/ contumeliosus fuit/ et
per que in uniuersos ordines/ Ea referam que illum exicio dederunt/ Asi
aticum ualerium in primis amicis habebat ferocem uirum/ et uix equo
animo alienas contumelias laturum/ Huic in conuiuio/ id est in conti
one/ uoce clarissima/ qualis in concubitu esset/ uxor eius obiecit. Dii
boni/ hoc uirum audire/ principem scire/ et usque eo licentiam peruenisse/ ut
non dico consulari/ non dico amico/ sed tantum marito/ et adulterium suum
narret/ et fastidium. Cherre contribuno militum sermo non pro manu erat
languidus sono/ et in facta noscens suspectior/ Huic gaius signum
petenti/ modo ueneris/ modo priapi dabat/ aliter atque aliter expro
brans armato mollitiam. Hec ipse perlucidus crepidatus auratus. Coegit

itaque illum uti ferro / ne sepius signum petere. Ille primus inter co
iuratos manum sustulit. Ille ceruicem mediam vno ictu decidit
Plurimum deinde undique publicarum ac priuatarum iniuriarum ulciscen
tium gladiorum ingestum est / sed primus uir fuit qui minime uisus e.
At Gaius omnia contumelias putat. Et sicut ferendarum im
patientes. faciendarum cupidissimi. Iratus fuit herennio macro /
qui illum gaium salutauerat / nec impune cessit primipilari
quod caligulam dixerat. Hic enim in castris natus / et alumnus legio
num uocari solebat / nullo nomine militibus familiarior / umquam
factus / sed iam caligulam / conuitium et probrum iudicabat coturnatus
/ Ergo hoc ipsum solatio erit / etiam si nostra facilitas ultionem omise
rit. futurum aliquem qui penas exigat / a procace / et superbo / et iniu
rioso / que uitia numquam in vno homine / et in una contumelia consumuntur.
Respiciamus eorum exempla quorum laudamus patientiam / ut So
cratis / qui comediarum publicatos in se expectatos sales in par
tem bonam accepit. Risitque nominus quam cum ab uxore xantippe immunda
aqua perfunderetur / Antisteni mater barbara et trachessa obiciebatur.
Rendit et deorum matrem ydeam esse. Non est in rixam colluctationemque
ueniendum / Procul auferendi pedes sunt / et quicquid horum ab im
prudentioribus fiet / fieri autem non ab imprudentibus non potest / negligendum.
Et honores et iniurie uulgi in promiscuo habende. Nec hiis dolendum
nec illis gaudendum / alioquin multa timore contumeliarum / aut tedio
necessaria omittemus / publicis et priuatis officiis aliquando etiam salutaribus non
occurremus / dum muliebris nos cura angit / aliquid contra animum audi
endi / Aliquando etiam obirati potentibus detegemus hunc affectum intem
perata libertate. Non est autem libertas nichil pati. fallimur. libertas
est animum supponere iniuriis / et eum facere se ipsum ex quo solo sibi gaude
da ueniant / exteriora deducere a se. Ne inquieta agenda sit uita.
/ omnium risus / omnium linguas timenti. Quis enim est qui non possit contume
lias facere / si quisquam potest. diuerso autem remedio utetur sapiens affecta
torque sapientie. Imperfectis enim et adhuc ad publicum se iudicium dirige
tibus hoc proponendum est. Inter iniurias ipsas contumeliasque debet uer
sari / omnia leuiora accidunt expectantibus. Quo quisque honestior est
genere. fama patrimonioque / hoc se fortius gerat. Memor in prima
acie altos ordines primo loco stare / Contumelias et uerba probrosa
et ignominias / et cetera dehonestamenta / uelud clamorem hostium

ferat et longinqua tela et saxa sine vulnere circa galeas crepitantia. Iniurias vero ut vulnera alia armis alia pectori infixa non deiectus nec motus quidem gradu sustineat. Etiam si premeris et infesta vi urgeris cedere tamen turpe est. Assignatum a natura locum tuere. Quaeris quis hic sit locus viri. Sapientis aliud auxilium est huic contrarium. Vos enim rem geritis illi parta victoria est. Nec repugnate vestro bono et hanc spem dum ad verum pervenitis alite in animis libentesque meliora excipite et opinione ac voto iuvate. Esse aliquid invictum esse aliquem in quem nichil fortuna possit ex re publica est generis humani est. Explicit liber Senece de prudencia divina.

Lucii Annei Senece ad Paulinum de brevitate vite Rubrica.



Maior pars mortalium Pauline de nature malignitate conqueritur quod in exiguum evi gignimur quod haec tam velociter tam rapide dati nobis temporis spacia decurrant adeo ut exceptis admodum paucis ceteros in ipso vite apparatu vita destituat. Nec huic publico ut opinantur malo turba tantum et imprudens vulgus ingemuit. Clarorum quoque virorum hic affectus querulos evocavit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est vitam brevem esse longam artem. Inde Aristotiles cum rerum natura exigenti minime conveniens sapienti viro lis est. At isti tam animalibus tantum indulsisse ut quina aut dena secula educerent. Homini vita multa ac magna genito tam citeriore terminum stare.

Non exiguum temporis habemus sed multum perdidimus. Satis longa vita et in maximarum rerum consummationem large data est si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligentiam diffluit ubi nulle bone rei impenditur ultima demum necessitate cogente quam ire non intelleximus transisse sentimus. Ita est non accipimus brevem vitam sed fecimus nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut ample et regie opes ubi ad malum dominum pervenerunt momento dissipantur. At quamvis modice si bono custodi tradite sunt usu crescunt. Ita etas nostra bene disponenti multum patet. Quid de rerum natura querimur? Illa se benigne gessit. Vita si uti scias longa est. Alium tenet insaciabilis avaricia. Alium in supervacuis laboribus operosa sedulitas. Alius vino madet. Alius inercia torpet. Alium defatigat ex alienis iudiciis suspensa

Paulinus in sciencia litterarum plurimum eruditus procurator cesaris et eidem multa dilectione coniunctus de morte cuiusdam sui fratris immoderate turbatus longius insistens fletibus et publica declinans consortia non potuit consolari. Quod audiens Seneca tunc pro senatu romano regulans hunc consolatorium libellum destinavit eidem. Quem dividere potes in duas partes principales. In prima videlicet Seneca naturam excusat quam accusabant quidam de nimia vite temporis brevitate probans vitam cuilibet esse longevam dum tamen utiliter disponitur. In secunda ibi Omnis te descendit suum principale propositum de consolatione Paulini usque ad finem. Prima potest subdividi quia primo ponitur querela quam quidam faciunt de brevitate vite quia natura dedit breviorem hominibus quam quibusdam animalibus brutis cuius querela iustificari videtur auctoritate Galieni et Aristotelis. Secundo ibi Non exiguum temporis. Nam excusat ostendens quod tempus vite nostre quodcumque sit illud nobis esse sufficiens dummodo prudenter

semper ambitio. Alium mercandi preceps cupiditas circa omnes terras et
omnia maria spe lucri ducit. Quosdam torquet cupido malicie
numquam aut non alienis periculis intentos aut suis anxios. Sunt
quos ingratus superiorum cultus voluntaria servitute consumat. Multos
aut affectio aliene fortune aut sue detinuit. Plerosque nichil certum
sequentes vaga et inconstans et sibi displicens levitas per nova consilia
iactavit. Quibusdam nichil quo cursum dirigat placet, sed marcentes
oscitantesque fata deprehendunt, adeo ut quod apud maximum poetarum
more oraculi dictum est verum esse non dubitem: exigua pars est vita
qua vivimus. Ceterum quidem omne spatium non vita sed tempus est.
Urgentes circumstant vitia undique nec resurgere aut in despectum veri
attollere oculos sinunt, et emersos et in cupiditate infixos premunt.
Numquam illis recurrere ad se licet. Si quando aliqua quies fortuito contigit,
velud profundo mari, in quo plus venti quoque volutatio est, fluctu-
antur, nec umquam illis a cupiditatibus suis ocium instat. Tade est. Me
putas dissedere quorum in confesso mala sunt? Aspice illos ad quorum felici-
tatem concurritur: bonis suis offocantur. Quam multorum eloquentia coti-
diano ostentandi ingenii spatio sanguinem educit! Quam multi continuis
voluptatibus pallent! Quam multis nichil liberi relinquit circumfusus
clientium populus! Omnes denique istos ab infimis usque ad summos perrat.
Hic advocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat,
alius in alium consumitur. Interroga de istis quorum nomina ediscuntur.
Hiis illos dignosci videbis notis: ille alterius cultor est, hic illius;
suus nemo est. Deinde dementissima quorundam indignatio est. Queruntur
de superiorum fastidio, quod ipsis adire volentibus non vacaverat. Audet quisquam
de alterius superbia queri, qui sibi ipse numquam vacat? Ille tamen quisquis
est, insolenti quidem vultu, sed aliquando respexit. Ille aures suas ad tua
verba demisit. Ille te ad latus suum recepit; tu non inspicere te umquam,
non audire dignatus es. Non est itaque quod ista officia cuiquam impu-
tes, quoniam quidem cum illa faceres non esse cum aliquo volebas, sed tecum
esse non poteras. Omnia licet que umquam ingenia fulserunt in hoc unum
consentiant, numquam satis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur.
Predia sua occupari a nullo patiuntur, et si exigua contentio est de
modo finium ad lapides et arma discurrunt. In vitam suam incedere
alios sinunt, ymo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt.

[Margin notes, left:]
vel alii ut semper videant aliorum pericula et pati supplicia alterius
al. fortune
al. deprehendet
et tractum ab oraculo divino
al. urgent. al. urgentia. al. surgentes
ut dissedere
i. suffocantur
Sunt putantur felices bonis suis suffocari quottidianum est
quia plus sunt in rebus tanto magis est alliber
i. non mirum quod ... non potas ... non tecum ... valebas

[Margin notes, right:]
i. Homerus
i. aspectum veritatis
al. incende
vel sua superbia notas

disponatur. Sed quia nos manibus huius mundi negociis et carnis voluptatibus dediti tempus nostrum
inutiliter perdimus brevissimum nobis videtur. De quo dicit ex mirandum quia tu omnes contra de patrimonio
sint avari nec illud de facili velint partiri cum aliquo, tempus suum cum omnibus facillime partiuntur
et de illo sunt prodigi, cum solius honesta est avaricia. Tercio ibi Audies plerosque dicentes. Nota quosdam
qui rei publice negociis vel officiis publicis occupati disponunt officia tunc demum relinquere et in ocium se transferre cum
ad senectutem devenerint, disponentes tunc vitam incipere cum desinendum est vivere. Non etiam quosdam qui ocium col-
laudantes desiderare se dicunt publicas administraciones deserere si possibilitas detur, et tales erant ut dicit divus
Augustus, marcus cicero et livius drusus, quod tamen ex querelis huiusmodi nec se nec alios mutaverunt, nam cum ceperunt vita
cetum affectum ad consuetudinem sitam finaliter labebantur. Quarto ibi Vitam me hercule dicit quod vita animi liber

Nemo invenitur qui pecuniam suam dividere velit / vitam unusquisque
quam multis distribuit / astricti sunt in continendo patrimonio simul
cum ad iacturam temporis ventum est / profusissimi in eo cuius unius honesta
avaricia est. Libet itaque ex seniorum turba comprehendere aliquem / perve-
nisse te ad ultimum etatis humane terminum / videmus / centesimus tibi
vel supra premitur annus / Agedum / ad computationem etatem tuam revo-
ca / dic quantum ex isto tempore creditor / quantum amica / quantum respublica /
quantum cliens abstulerit / quantum lis uxoria / quantum servorum cohertio /
quantum officiosa per urbem discursatio / Adice morbos quos manu
fecimus / Adice quod et sine usu iacuit / videbis te pauciores annos
habere quam numeras. Repete memoria tecum quando certus consilii fueris /
quotus quisque dies ut destinaveras recesserit / quando tibi usus tui fuit /
quando in statu suo vultus / quando animus intrepidus. Quid tibi in tam longo
evo facti operis / Quam multi vitam tuam diripuerint / te non sentiente quid
perderes / Quantum vanus dolor / stulta leticia / avida cupiditas / blan-
da conversatio abstulerit / quam exiguum tibi de tuo relictum sit / intelliges
te immaturum mori. Quid ergo est in causa / tamquam semper victuri vivitis.
Numquam vobis fragilitas vestra succurrit / non observatis quantum iam
temporis transierit / velud ex pleno et habundanti perditis / cum interim for-
tasse ille ipse alicui vel homini vel rei donatus dies ultimus sit. Omnia
tamquam mortales timetis / omnia tamquam immortales concupiscitis / Audies
plerosque dicentes / a quinquagesimo anno in otium secedam / sexagesimus me
annus ab officiis dimittet / et quem tandem longioris vite predem acci-
pis? Quis ista sicut disponis ire patietur? Non pudet te reliquias
vite tibi reservare / et id solum tempus bone menti destinare quod in nullam rem
conferri possit / Quam serum est tunc vivere incipere cum desinendum est. Que
tam stulta mortalitatis oblivio / in quinquagesimum et sexagesimum annum
differre sana consilia / et inde velle vitam inchoare quo pauci perduxerunt.

Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere voces videbis /
quibus ocium optent / laudent / omnibus bonis suis preferant / cu-
piunt interim ex illo fastigio suo si tuto liceat descendere / nam ut nichil
extra lacessat / aut quatiat / in se ipsa fortuna ruit. Divus augustus
cui dii plura quam ulli prestiterunt / non desiit quietem sibi precari et va-
cationem a republica petere / Omnis eius sermo ad hoc semper revolutus
est ut speraret otium / hoc labores suos etiam si falso dulci tamen oblectabat

i. prodigissimi

i. sic presupponit licet forte non esset ita

i. Agedum est adverbium exortationis

i. omni amissum

In aliis tedium sive quod vite dispendium speravit

quantumcumque sit longa dicenda est brevis ex eo quod per occupationes diversas inutiliter labitur cum tamen sit totum summa quod ab
occupatis nichil fit utiliter exerceri. Et multo minus exerceri fit a talibus ars vivendi qua nulla difficilior reperitur
... quod propositum suum probaverit ... per locorum admissionem probat quod occupati vite sue tempus utile perdunt ... plenitudinem
... et declarat quos intelligat occupatos et quos ociosos. ... per subdividi in tres particulas. In prima
querela Paulini de morte fratris sui quam fortuna exagerat. In 2a ibi Numquam ego Philero ... In 3a ibi Proinde petitum ... ponit ... consolationis remedia
... sed dicit ad moderandum dolorem ... in dolore modum conservandum quod non impetum non insaniam imitetur.

Solatio aliquo se victurum sibi in quadam ad senatum missa epistola cum re-
quiem suam non vacuam fore dignitatis nec a priore gloria discrepan-
tem pollicitus esset. Hec verba inveni. Sed et ista fieri speciosius quam
promitti possunt. Me tamen cupido temporis optatissimi michi provexit
ut quoniam rerum leticia moratur adhuc preciperem aliquid voluptatis ex
verborum dulcedine. Tanta visa est res otium ut illam quia usu non po-
terat cogitatione presumeret. Qui omnia videbat ex se uno pendentia
quibus omnibus gentibus que fortuna dabat illum diem letissimus
cogitabat quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat quantum
illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimerent quantum occultarum
sollicitudinum tegerent cum civibus primum deinde cum collegis novissime cum
affinibus coactus armis decernere mari terraque sanguinem fudit per ma-
cedoniam siciliam egyptum syriam asiamque et omnes prope horas bello
circumactus romana cede lassos exercitus ad externa bella convertit
dum alpes placat immixtosque medie paci et imperio hostes perdomat
dum ultra rhenum eufraten et danubium terminos movet in ipsa urbe mu-
rene cepionis lepidi egnatiorum in eum mucrones acuebant. Nondum
horum effugerat insidias filia et tot nobiles iuvenes adulterio velud
sacramento adacti iam infractam etatem territabant plusque et iterum timenda
cum anthonio mulier. Hec ulcera cum ipsis membris absciderat alia subna-
scebantur velud grave multo sanguine corpus parte semper aliqua rumpe-
batur. Itaque otium optabat in huius spe et cogitatione labores eius re-
sidebant. Hoc votum erat eius qui voti compotes facere poterat.
M. cicero inter catilinas clodios iactatus pompeiosque et crassos parti
manifestos inimicos parti dubios amicos dum fluctuat cum republica
et illam pessum euntem tenet novissime abductus nec secundis rebus quietus
nec adversarum paciens quotiens illum ipsum consulatum suum non sine causa
sed sine fine laudatum detestatur. Quam flebiles voces exprimit in quadam ad
atticum epistola iam victo patre pompeio adhuc filio in hyspania fracta ar-
ma refovente. Quid agam inquit hic queris. Moror in tusculano
meo semiliber. Alia deinceps adicit quibus et priorem etatem complo-
rat et de presenti queritur et de futura desperat. Semiliberum se di-
xit cicero. At mehercules numquam sapiens in tam humile nomen pro-
cedat numquam semiliber erit integre semper libertatis et solide solutus et
sui iuris et altior ceteris. Quid enim supra eum potest esse qui supra for-

tuna est. Livius drusus vir acer et vehemens, cum leges novas
et mala gracchana movisset, stipatus ingenti totius ytalie cetu, ex-
itum rerum non providens, quas nec agere licebat nec iam liberum erat semel
inchoatas relinquere, execratus inquietam a primordiis vitam dicitur di-
xisse uni sibi nec puero quidem umquam ferias contigisse. Ausus est et
et pupillus adhuc et pretextatus iudicibus reos commendare, et gratiam suam
foro imponere tam efficaciter, ut quedam iudicia constet ab illo rapta.
Quo non erumperet tam inmatura ambitio? Scires in malum ingens et pri-
vatum et publicum evasuram tam precoquam audaciam. Sero itaque querebatur nul-
las sibi ferias contigisse a puero seditiosus et foro gravis. Disputatur
an ipse sibi manus attulerit; subito enim vulnere per inguen accepto col-
lapsus est, aliquo dubitante an mors voluntaria esset, nullo an tempe-
stiva. Nam miseri sunt plures qui etiam felicissimi aliis esse videntur.
Supervacuum est commemorare plures qui cum aliis felicissimi viderentur
ipsi in se verum testimonium dixerunt, perosi omnem actum annorum suorum; sed his
querelis nec alios mutaverunt nec se ipsos; nam cum verba eru-
perunt, affectus ad consuetudinem relabuntur.

Vestra me hercule vita, licet supra mille annos exeat, in artis-
simum contrahetur; ista vitia nullum non seculum devorabunt. Hoc
vero spatium quod quamvis natura currit, ratio dilatat, cito vos effugi-
at necesse est; non enim apprehenditis nec retinetis nec velocissime
omnium rei moram facitis, sed abire ut rem supervacuam ac reparabilem sini-
tis. In primis autem et illos numero qui nulli rei nisi vino ac libidini
vacant; nulli enim turpius occupati sunt. Ceteri etiam si vana glo-
rie ymagine teneantur, speciose tamen errant; licet avaros michi,
licet iracundos enumeres vel bellatores, omnes isti virilius peccant;
in venerem ac libidinem proiectos inhonesta labes est. Omnia istorum
tempora excute, aspice quamdiu computent, quamdiu insidientur, quamdiu timeant,
quamdiu colantur, quantum vadimonia sua atque aliena occupent, quantum
convivia que iam ipsa officia sunt; videbis quemadmodum illos respi-
rare non sinant vel mala sua vel bona. Denique inter omnes convenit
nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato, non eloquentiam,
non liberales disciplinas, quoniam districtus animus nichil altius re-
cipit, sed omnia velud inculcata respuit. Nichil minus est hominis
occupati quam vivere. Nullius rei difficilior scientia est. Professores

aliquam artium vulgo multique fuerunt. quasdam vero ex his pueri ad
modum ita percepisse visi sunt, ut etiam precipere possent. Vivere tota
vita discendum est, et quod magis fortasse miraberis, tota vita
discendum est mori. Tot maximi viri relictis omnibus impedimentis
cum diviciis, officiis, voluptatibus renunciassent. Hoc unum in extre-
mam usque etatem egerunt, ut vivere scirent. plures tamen ex his nondum
se scire confessi vita abierunt, nedum ut isti sciant. Magni michi crede
et supra humanos errores eminentis viri est. Nichil ex suo tempore
deliberare, et ideo vita eius longissima est, quia quantumcumque patuit to-
tum ipsi vacavit. nichil inde incultum ociosumque vacavit. Nichil sub
alio fuit. Neque enim quicquam repperit dignum quod cum tempore suo permuta-
ret. Custos eius parcissimus. Itaque satis illi fuit. His vero necesse
est defuisse, ex quorum vita multum populus tulit. Nec est quod putes hic
illos intelligere damnum suum. plerosque certe audies ex his quos
magna felicitas gravat inter clientum greges, aut causarum actiones
aut ceteras honestas miserias exclamare interdum, michi vivere
non licet. Quidni non liceat? Omnes illi qui te sibi advocant tibi ab-
ducunt. Ille reus quot dies abstulit. quot ille candidatus. quot illa
anus efferendis heredibus lassa? Quot ille ad irritandam ava-
riciam captantium simultas egit? Quot ille potentior amicus qui vos
non in amicitia sed in apparatu habet. Dispunge inquam et recense vite
tue dies, videbis paucos admodum et reiculos apud te resedisse.
Assecutus ille quos optaverat fasces cupit ponere. Et subinde dicit
quando hic annus preteribit. Facit ille ludos quorum sortem sibi obtingere
magno extimavit. quando inquit istos effugiam. Diripitur ille toto
foro patronus et magno concursu omnia ultra quam audiri potest com-
plet. quando inquit res proferentur. Precipitat quisque vitam suam et futuri
desiderio laborat, presentium tedio. At ille qui nullum non tempus in
usus suos confert, qui omnem diem tamquam vitam ordinat, nec optat
crastinum nec timet. Quid enim est quod iam ulla hora nove voluptatis
possit afferre. omnia nota ad satietatem percepta sunt. De cetero fors
fortuna ut volet ordinet. vita iam in tuto est. Huic aut potest detra-
hi nichil, adici sic, sicut aliquis si ventre quoque ad modum saturo
iam non pleno aliquid cibi quod nec desiderat capit. Non est itaque
quod quemquam propter canos aut rugas putes diu vixisse. non ille diu vi-
xit sed diu fuit. Quid enim si illum multum putas navigasse

se sed seva tempestas a portu exceptum huc et illuc tulit ac vi-
cibus ventorum ex diverso furentium per eadem spatia in orbem egit
non ille multum navigavit sed multum iactatus est.

Mirari soleo cum video aliquos tempus petentes et eos qui rogantur fa-
cillimos. Illud uterque spectat propter quod tempus petitum est, ipsum tempus
quidem neuter, quasi nichil petitur, quasi nichil datur. Re enim pretiosissima
luditur. fallit autem illos quia res incorporalis est, quia sub ocu-
los non venit, ideoque vilissima extimatur, immo pene nullum eius
pretium est. Annua congiaria homines karissime accipiunt et in hiis aut
laborem aut operam aut diligentiam suam locant. Nemo extimat tempus.
utuntur eo laxius quasi gratuito. At eosdem egros vides si mortis
periculum propius admotum est medicorum genua tangentes, metuunt ca-
pitale supplicium, omnia sua ut vivant paratos impendere. tanta in illis
discordia affectuum est. Quod si posset quemadmodum preteritorum annorum cuiusque
numerus proponi, sic futurorum, quo illi qui paucos viderent superesse trepi-
darent, quo illis parcerent. Atqui facile est quamvis exiguum dispensare
quod certum est. Id debet servari diligentius quod nescias quando deficiat. Nec
est tamen quod ignorare putes illos quam cara res sit. dicere solent eis
quos validissime diligunt paratos se partem annorum suorum dare.
Dant nec intelligunt. dant autem ita ut sine illorum incremento sibi de-
trahant. sed hoc ipsum an detrahant nesciunt. ideo tollerabilis est
illis iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos, nemo iterum
te tibi reddet. Ibit qua cepit etas nec cursum suum aut revocabit
aut supprimet. Nichil tumultuabit, nichil admonebit velocita-
tis sue. tacita labetur. non illa se reget imperio, non favore populi lo-
gius proferet. sicut missa est a primo decurret, nusquam divertetur, nus-
quam remorabitur. Quid fiet? tu occupatus es, vita festinat. mors
interim aderit cui velis nolis vacandum est. Potestne quicquam
sensus hominum eorum dico qui prudentiam iactant operosius occupa-
ti sunt, et ut melius possint vivere impendio vite vitam instruunt.
Cogitationes suas in longum ordinant. Maxima porro vite iactura
dilatio est. Illa primum quemque extrahit diem, illa eripit presentia
dum ulteriora promittit. Maximum vivendi impedimentum est expectatio
que pendet ex crastino, perdit hodiernum. quod in manu fortune
positum est disponis, quod in tua dimittis. quo expectas? quo te
extendis? Omnia que ventura sunt in incerto iacent. protinus vive.

clamat ecce maximus vates et velud divino ore instinctus sa-
lutare carmen canit. Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
prima fugit. Quid cunctaris inquit, quid cessas? Nisi occupas fugit,
et cum occupaveris tamen fugiet. Itaque cum celeritate temporis utendi veloci-
tate certandum est, et velud ex torrente rapido nec semper casuro ci-
to hauriendum est. Hoc quoque pulcherrime ad exprobrandam infini-
tam cognitionem, quod non optimam quamque etatem, sed diem dicit. Quid
securus et in tanta temporum fuga lentus menses tibi annos et longam
seriem, utcumque aviditati tue visum est, exporrigis? De die tecum loquitur
et de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo quin prima quaeque optima
dies effugiat mortalibus miseris, id est occupatis, quorum pueri-
les adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati inermesque ve-
niunt. Nihil enim provisum est; subito in illam nec opinantes inciderunt,
accedere eam quotidie non sentiebant. Quemadmodum aut sermo aut
lectio aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, et perve-
nisse se ante sciunt quam appropinquasse, sic hoc iter vite assiduum
et citatissimum, quod dormientes vigilantesque eodem gradu fa-
cimus, occupatis non apparet nisi in fine.

Quod proposui si in partes velim et argumenta diducere, multa mihi
occurrerent per que probem brevissimam esse occupatorum vitam.
Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrariis philosophis, sed ex ve-
ris et antiquis, contra affectus impetu non subtilitate pugnandum, nec
minutis vulneribus sed incursu avertendam aciem non probandam.
Cavillationes enim contundi debere, non vellicari. Tamen ut illis error
exprobretur suus, docendi non tantum deplorandi sunt. In tria tempora vita
dividitur: quod est, quod fuit, et quod futurum est. Ex his quod a-
gimus breve est, quod acturi sumus dubium, quod egimus certum.
Hoc est enim in quod fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium
reduci potest. Hoc amittunt occupati, nec enim illis vacat preterita respi-
cere, et si vacet, iniucunda est penitende rei recordatio. Inviti itaque ad
tempora male exacta animum revocant, nec audent ea retemptare quorum vitia,
etiam que aliquo presentis voluptatis lenocinio subripiebantur, retracta-
do patescunt. Nemo nisi quo omnia acta sunt sub censura sua, que
numquam fallitur, libenter se in preteritum retorquet. Ille qui multa
ambitiose concupivit, superbe contempsit, impotenter vicit, insidiose
decepit, avare rapuit, prodige effudit, necesse est ut memoriam

sua timeat. Atqui hec est pars temporis nostri sacra dedicataque, omnes humanos casus supergressa, extra regnum fortune subducta, quam non inopia, non metus, non morborum incursus exagitet. Hec nec turbari nec eripi potest; perpetua eius et intrepida possessio est. Singuli tantum dies et per momenta presentes sunt, at preteriti temporis omnes, cum iusseris, aderunt, ad arbitrium tuum inspici se ac detineri patiuntur, quod facere occupatis non vacat. Secure et quiete mentis est in omnes vite sue partes discurrere; occupatorum animi velud sub iugo sunt, flectere se ac respicere non possunt. Abit igitur vita eorum in profundum, et ut nichil prodest licet quantumlibet ingeras si non subest quod excipiat ac servet, sic nichil refert quantum temporis detur, si non est ubi subsidat; per quassos foratosque animos transmittitur.

Presens tempus brevissimum est, adeo quidem ut quibusdam nullum videatur. In cursu enim semper est, fluit et precipitatur; ante desinit esse quam venit, nec magis moram patitur quam mundus aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio numquam in eodem vestigio manet. Solum igitur ad occupatos presens pertinet tempus, quod tam breve est ut arripi non possit, et id ipsum illis districtis in multa subducitur. Denique vis scire quam non diu vivant? Vide quam cupiant diu vivere. Decrepiti senes paucorum annorum accessionem votis mendicant; minores natu se ipsos fingunt; mendacio sibi blandiuntur, tam libenter se fallunt quam si fata una decipiant. Iam ergo cum aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit, quemadmodum paventes moriuntur, non tamquam exeant de vita, sed tamquam extrahantur. Stultos se fuisse ut non vixerint clamitant, et si modo evaserint ex illa valitudine, in otio victuros; tunc quam frustra paraverint quibus non fruerentur, quam in cassum omnis labor ceciderit cogitant. At quibus vita procul ab omni negotio agitur, quidni spatiosa sit? Nichil ex illa delegatur, nichil alio atque alio spargitur, nichil inde fortune sequitur, nichil neglegentia interit, nichil largitione detrahitur, nichil supervacuum est; tota, ut ita dicam, in reditu est. Quantulacumque sit, itaque abunde sufficit, et ideo quandoque ultimus dies venerit, non cunctabitur sapiens ire ad mortem certo gradu.

Queris forte quos occupatos vocem? Non est quod me solos putes dicere quos a basilica immissi demum canes eiciunt, quos aut in sua vides turba speciosius elidi, aut in aliena contemptius

quos officia domibus suis evocant / ut alienis foribus illidant. Ha-
sta praetoris infamem lucrum et quandoque suppuraturum exercet. Quorundam otium
occupatum est in villa aut in lecto suo in media sollicitudine. Quamvis
ab omnibus recesserit sibi ipsi molesti sunt. Quorum non otiosa vita
dicenda est / sed desidiosa occupatio. Illum tu otiosum notas qui
corinthia paucorum furore preciosa / anxia subtilitate optimat / et maiorem
dierum partem in eruginosis lamellis consumit / qui in ceromata tenat.
Proh facinus / ne romanis quidem vitiis laboramus / spectator puerorum
rixantium sedet / qui victorum suorum greges metantium et colorum paria
diducit / qui athletas novissimos pascit. Quid illos otiosos notas
quibus apud tonsorem multe hore transmittuntur / dum decerpitur si quid
proxima nocte subcrevit / dum de singulis capillis in consilium itur / dum
aut disiecta coma restituitur / aut deficiens hinc atque illinc in frontem com-
pellitur / quomodo irascuntur si tonsor paulo negligentior fuit / tamquam virum
tonderet / quomodo excandescunt / si quid ex iuba sua decisum est / si quid extra
ordinem iacuit / nisi omnia sua in anulos suos reciderint. Quis est istorum
qui non malit rem publicam suam turbari quam comam / qui non sollicitior sit de
capitis sui decore quam de salute / qui non comptior esse malit quam honestior.
Hos tu otiosos notas / inter pectinem speculumque occupatos. Quid
illi qui in componendis / audiendis / discendis canticis operati sunt / dum
vocem / cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum fecit / in
flexu modulationis inertissime torquent / quorum digiti aliquod inter
se carmen metientes semper sonant / quorum cum ad res serias etiam se-
pe tristes adhibiti sunt / exaudita cantica modulatio. Non habent
isti otium / sed iners negotium. Convivia me hercule horum non posuerim
inter vacantia tempora / cum videam quam solliciti argentum ordinent /
quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant / quam suspensi sint
quomodo aper a coco exeat / quanta celeritate signo dato glabri ad min-
isteria discurrant / quanta arte scindantur aves in frusta non enormia
quam curiose infelices puerili ebriorum sputa detergant.

Ex hiis laudantie latine fama captatur / et usque eo in omnes vite
secessus mala sua illos sequuntur / ut nec bibant sine ambitione
nec edant. Nec illos quidem inter ambitiosos numeraveris qui sella
se et lectica huc et illuc ferunt / et ad gestationum suarum quasi deserere
illas non liceat horas occurrunt / quos quando lavari debeant / quando na-
tare / quando cenare alius admonet / et usque eo nimio delicati ani-

languore soluuntur / ut per se scire non possint / an exurgant / Audio
quendam ex delicatis si modo delicie uocande sunt uitam et consuetudinem
humanam dediscere · cum ex balneo inter manus elatus / et in sella posi
tus esset dixisse interrogando / iam sedeo · Hunc tu ignorantem an sedeat
putas scire an viuat / an uideat / an ociosus sit / non facile dixerim
utrum magis miserear / si hoc ignorauit / an se ignorare finxit · Mul
tarum quidem rerum obliuionem sentiunt / sed multarum imitantur · Quedam
vitia illos quasi felicitatis argumenta delectant / Nimis humilis et contempti
hominis esse uidetur / scire quid faciat · I nunc et mimos multa me
tiri ad exprobrandam luxuriam putas / plura me hercules pretereunt
quam fingunt / et tanta incredibilium uiciorum copia · ingenioso in hoc
unum seculo processit / ut iam mimorum arguere possimus negligentiam
esse aliquem qui usque eo deliciis interierit / ut an sedeat alteri cre
dat · Non est ergo ociosus hic / aliud nomen imponas / eger est immo
mortuus est / ille ociosus est / cui ocii sui et sensus est · Hic uero semi
uiuus / cui ad intelligendos corporis sui habitus / indice opus est ·
Quomodo potest hic alicuius temporis dominus esse · Persequi singulos longum est ·
quos aut latrunculi aut pila / aut excoquendi in sole corporis cura con
sumpsere uitam · Non sunt ociosi / quorum uoluptates multum nego
cii habent / Nam de illis nemo dubitabit / quin operose nihil agant
qui litterarum inutilium studiis detinentur / que iam apud romanos
quoque magna manus est :

Grecorum iste morbus fuit / querere quem numerum remigum ulixes habu
isset / prior scripta esset elias an odissea / preterea an eiusdem esset
auctoris / alia deinceps huius note / que siue contineas / nihil tacitam con
scientiam iuuant / siue proferas / non doctior uideberis / sed molestior ·
Ecce romanos quoque inuasit inane studium superuacua discendi / His
diebus audiui quendam sapientem referentem quis primus nauali prelio
duilius uicit / Primus curius dentatus in triumpho duxit elephantes
Etiam nunc ista / et si ad ueram gloriam non tendunt / circa ciuilium tamen operum
exempla uersantur / Non est profutura talis scientia / est tamen que nos
speciosa rerum uanitate detineat / Hoc quoque querentibus remitta
mus / quis romanis primus persuaserit naue conscendere / Claudius is
fuit · caudex ob hoc ipsum appellatus / quia plurium thabularum contextus
caudex apud antiquos uocatur / unde thabule codices dicuntur / et
naues nunc quoque que ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt

candidate vocarent. Sane et hoc ad rem pertineat quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit et primus ex massa Valeriorum urbis capte in se translato nomine Messana appellatus est paulatimque vulgo permutante litteras Messala dictus. Num et hoc cuiquam curare permittes quod primus L. Silla in circo leones solutos dedit, cum alioquin alligati darentur ad conficiendos eos missis a rege Boccho iaculatoribus. Et hoc sane remittatur. Num et Pompeium primum in circo elephantorum duo viginti pugnam edidisse commissis in ore prelii noxiis hominibus ad ullam rem bonam pertinet? Princeps civitatis et inter antiquos principes ut fama tradidit bonitatis eximie memorabile putavit spectaculi genus novo more perdere homines. Depugnant? parum est. Lacerantur? parum est. Ingenti mole animalium exterantur. Satius erat ista in oblivionem ire, ne quis postea potens disceret invideretque rei minime humane. O quantum caliginis mentibus humanis obicit magna felicitas! Ille se supra rerum naturam esse tunc credidit, cum tot miserorum hominum catervas sub alio celo natis beluis obiceret, cum bellum inter tam disparia animalia committeret, cum in conspectu populi romani multum sanguinis funderet, mox plus ipsum fundere coacturus. At idem postea Alexandrina perfidia deceptus ultimo mancipio transfodiendum se prebuit, tunc demum intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut illo revertar unde discessi, et in alia materia ostendam supervacuam quorundam diligentiam. Idem enarrabat Metellum victis in Sicilia penis triumphantem unum omnium romanorum ante currum centum et viginti captivos elephantes duxisse; Sillam ultimum romanorum protulisse pomerium quod numquam provinciali sed ytalico agro acquisito proferre moris apud antiquos fuit. Hoc scire magis prodest quam Aventinum montem extra pomerium esse ut ille affirmabat propter alteram ex duabus causis, aut quod plebs eo secessisset aut quod Remo auspicante illo loco aves non addixissent. Alia deinceps innumerabilia que aut ficta sint aut mendaciis similia? Nam ut concedas omnia eos bona fide dicere, ut ad prestationem scribant, tamen cuius ista errores minuerent, cuius cupiditates premerent, quem fortiorem, quem iustiorem, quem liberaliorem facerent? Dubitare se interim Fabianus noster aiebat an satius esset nullis studiis admoveri quam his implicari.

Soli omnium otiosi sunt, qui sapientie vacant, soli vivunt. Nec enim suam tantum etatem bene tuentur: omne evum suo adiciunt. Quicquid

annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingratissimi sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores nobis nati sunt, nobis vitam preparaverunt. Ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas alieno labore deducimur. Nullo nobis seculo interdictum est. In omnia admittimur, et si magnitudine animi egredi humane imbecillitatis angustias libet, multum per quod spatiemur temporis est. Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoycis vincere, cum Cynicis excedere, cum rerum natura in consortium omnis evi patiatur incedere. Quidni ab hoc exiguo et caduco temporis transitu in illa nos toto demus animo, que immensa, que eterna sunt, que cum melioribus communia. Isti qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, cum bene insanierint, cum omnium limina quottidie perambulaverint, nec ullas apertas fores preterierint, cum per diversas domos meritoriam salutationem circumtulerint, quotum quemque ex tam immensa et variis cupiditatibus districta urbe poterunt videre? Quam multi erunt quorum illos aut somnus aut luxuria aut inhumanitas summoveat. Quam multi qui illos cum diu torserint simulata festinatione transcurrant. Quam multi per refertum clientibus atrium prodire vitabunt et per obscuros edium aditus profugient, quasi non inhumanius sit decipere quam excludere. Quam multi ex hesterna crapula semisomnes et graves illis miseris suum somnum rumpentibus ut alienum expectent, vix adlevatis labiis insusurratum milies nomen excitatione superbissima reddent.

Hos in veris officiis morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pyttagoram quottidie et Democritum ceterosque antistites bonarum artium, qui Aristotilem et Theofrastum volent habere quam familiarissimos. Nemo horum non vacabit, nemo non venientem ad se beatiorem, amantioremque sui dimittet, nemo quemquam vacuis a se manibus abire patietur. Nocte conveniri et interdiu ab omnibus mortalibus possunt. Horum te mori nemo coget, omnes docebunt. Horum nemo annos tuos conterit, suos tibi contribuit. Nullius ex hiis sermo periculosus erit, nullius amicitia capitalis, nullius sumptuosa observatio. Feres ex illis quicquid voles; per illos non stabit quominus plurimum quantum ceperis haurias. Que illum felicitas, quam pulchra senectus manet, qui se in horum clientelam contulit. Habebit cum quibus de minimis maximisque rebus deliberet, quos de se quottidie consulat, a quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se similitudinem effingat. Solemus

Hic efficaciter commendat studia

i. expectat

dicere / non fuisse in nostra potestate quos sortiremur parentes sorte no-
bis datos / nobis vero ad nostrum arbitrium nasci licet / nobilissimorum inge-
niorum familie sunt / elige in quam adscisci velis / non in nomen tantum ado-
ptaberis / sed in ipsa bona / que non erunt sordide nec maligne custodi-
enda / maiora erunt / quo illa cum pluribus diviseris. Hii tibi dabunt
ad eternitatem iter / et te in illum locum ex quo nemo eicitur sublevabunt / Hec una ratio est extendende mortalitatis / ymo in mortalitatem
vertende. Honores / et monumenta / quicquid aut decretis ambitio ius-
sit / aut opibus extruxit / cito subruitur. Michil non longa demollitur ve-
tustas / et movet ocius / ei que consecravit sapientia nocere non potest. Nulla
delebit etas / nulla deminuet / sequens ac deinde semper ulterior ali-
quid ad venerationem confert / quoniam quidem in vicino versatur invidia
simplicius longe posita miramur / Sapientis ergo multum patet vita / non
idem illum qui ceteros terminus includit / solus generis humani legibus
solvitur / omnia illi secula ut deo serviunt. Transiit tempus aliquod hoc
recordatione comprehendit / instat hoc utitur / venturum est hoc percipit. Lo-
gam illi vitam facit / omnium temporum in unum collatio. C[apitulum]

Illorum brevissima / ac sollicitissima etas est / qui preteritorum obliviscuntur /
presentia negligunt / de futuro timent / cum ad extrema venerit sero
intelligunt / miseri tam diu se dum nichil agunt occupatos fuisse.
Nec est quod hoc argumento probari putes / longam illos agere vitam / quia
interdum mortem invocat / vexat illos imprudentia incertis affectibus
et incurrentibus in ipsa que metuunt. Mortem sepe ideo optant quia
timent. Illud quoque argumentum non est / quod putes diu viventium / quia
sepe illis longus videtur dies / quod dum veniat ad conditum tempus cene tarde
ire horas querunt. Nam si quando illos deseruerint / occupationes in otio
relicti estuant / nec quomodo disponant vel extrahant sciunt. Itaque ad
occupationem aliquam tendunt / et quod interiacet omne tempus grave est /
tam mehercules / quam cum dies muneris gladiatorii indictus est /
aut cum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis expectatur consti-
tutum / transire medios dies volunt. Omnis illis sperate rei longa dilatio
est / ad illud tempus quod amant breve est / et preceps breviusque multo
suo vitio / aliunde enim alio transfugiunt / et consistere in una cupiditate non
possunt / Non sunt illis longi dies / sed invisi. At contra quam exigue no-
ctes videntur / quas in complexu scortorum aut vino exigunt. Inde
etiam poetarum furor fabulis humanos errores alentium / quibus visus est
Jupiter voluptate concubitus delinitus duplicasse noctem. Quid aliud

Marginalia:
al. sorte (interlinear, line 1)
al. ad sassi
al. fient
al. ostendende vite nostre mortalis
al. homines mortales
al. ipsa vetustas longa
al. vincite homines invidia sed eo mortuo nemo invidet
tunc homo omnis maior quam ceteris ... solvetur
casus futuros
Pulcra et satis nota causa quare morte imprudentes optant
al. disponant et extrahant

est initia intendere quam auctores illius instabile deos et dare morbo exemplo dignitatis excusatam licentiam? Possunt istis non brevissime videri noctes quas tam care mercantur? Diem noctis expectatione perdunt, noctem lucis metu. Ipse voluptates eorum trepide et variis terroribus inquiete sunt, subitque cum maxime exultantes sollicita cogitatio.

[margin: assiduitatem subiunxit]

Quamdiu ab hoc affectu reges suam flevere potentiam, nec illos magnitudo fortune sue delectavit, sed venturus aliquando finis exterruit? Cum per magna camporum spatia porrigeret exercitum nec numerum eius sed mensuram comprehenderet, Persarum rex insolentissimus lacrimas profudit, quod intra centum annos nemo ex tanta iuventute superfuturus esset. At illis admoturus erat fatum ipse qui flebat, perditurusque alios in terra, alios in mari, alios prelio, alios fuga, et intra exiguum tempus consumpturus illos quibus centesimum annum timebat. Quid quod gaudia eorum quoque trepida sunt? Non enim solidis causis innituntur, sed eadem qua oriuntur [gl.: vanitate] levitate turbantur. Qualia autem putas esse tempora etiam ipsorum confessione misera, cum hec quoque quibus se attollunt et super hominem efferunt parum sincera sint? Maxima queque bona sollicita sunt, nec ulli fortune minus bene quam optime creditur. Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus est, et pro ipsis que successerant [gl.: desideriis] votis vota facienda sunt. Omne enim quod fortuito evenit instabile est; quod altius surrexerit opportunius est in occasum. Neminem porro casura delectant. Miserrimam ergo necesse est non tantum brevissimam vitam eorum esse qui magno parant labore quod maiore possideant. Operose assequuntur que volunt, anxii tenent que assecuti sunt; nulla interim numquam amplius redituri temporis est ratio. Nove occupationes veteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio. Miseriarum non finis queritur, sed materia mutatur. Nostri nos honores torserunt: plus temporis alieni auferunt. Candidati laborare desivimus: suffragatores incipimus. Accusandi deposuimus molestiam: iudicandi nanciscimur. Iudex desiit esse: questor est. Alienorum bonorum mercennaria procuratione consenuit: suis opibus distinetur. Marium caliga dimisit: consulatus exercet. Quintius dictaturam properat pervadere: ab aratro revocabitur. Ibit in Penos non tantum maturus rei Scipio; victor Hannibalis, victor Antiochi, sui consulatus decus, fratris sponsor, ni per ipsum mora sit, cum Iove reponetur; civiles servatorem agitabunt seditiones, et post fastiditos a iuvene diis equos honores iam senem contumacis exilii delectabit ambitio. Numquam deerunt vel felices vel misere sollicitudinis cause.

[margin notes: al. magnitudo … delectavit … potentia sua; ex populum; al. quo; al. desinimus; al. opibus; al. detinetur; consulatus; a iuvene; Hannibal]

per occupationes intercludet. otium numquam agetur semper optabitur.
Excerpe itaque te vulgo pauline karissime in tranquilliorem portum non
pro etatis spatio iactatus tandem recede. Cogita quot fluctus
subieris quot tempestates partim privatas sustinueris partim
publicas in te converteris satis iam pro laboriosa et inquieta do
cumenta exhibita virtus est.

Experire quid in ocio faciat. maior pars etatis certe melior rei pu
blice data sit aliquid temporis tui sume etiam tibi. Nec te ad segnem
aut inertem quietem voco non ut somno et caris turbe voluptatibus
quicquid est in te indolis vive demergas non est istud adquiescere.
invenies maiora omnibus adhuc strenue tractatis operibus que
repositus et securus agites. tu quidem orbis terrarum rationes admini
stras tam abstinenter quam alienas tam diligenter quam tuas tam reli
giose quam publicas. In officio amorem consequeris in quo odium vitare
difficile est. sed tamen michi crede satius est vite sue rationem quam frumenti
publici nosse. Istum animi vigorem rerum maximarum capacissimum a mi
nisterio honorifico quidem sed parum ad beatam vitam apto revoca et co
gita non id te egisse ab etate prima omni cultu studiorum liberalium ut
tibi multa milia frumenti bene committerentur maius quiddam et altius
de te promiseras. Non deerunt et frugalitatis exacte homines et laborio
se opere tanto aptiora exportandis oneribus tarda iumenta sunt quam
nobiles equi quorum generosam pernicitatem quis umquam gravi sarci
na pressit. Cogita preterea quantum sollicitudinis sit ad tantam te mo
lem obicere. Cum ventre humano tibi negotium est. Nec rationem patitur
nec equitate mitigatur. Nec ulla prece flectitur populus esuriens.
Modo intra paucos illos dies quibus G. cesar periit si quis inferius
sensus est et hoc gravissime ferens quod videbat populo romano su
perstite vii aut octo certe cibaria dierum superesse dum ille pontes na
vibus iungit et viribus imperii ludit aderat ultimum malorum obsessis
quoque alimentorum egestas exitio pene ac fames constitit et que
famem sequitur rerum omnium ruina furiosi et externi et infelicis superbi regis
imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi quibus erat mandata frumenti
publici cura saxa ferrum ignes gladium excepturi summa dissimu
latione tantum inter viscera latentis mali tegebant cum ratione scilicet. quae
dam enim ignorantibus egris curanda sunt causa multis fuit moriendi
morbum suum nosse. Recipe te ad hec tranquilliora tutiora maio
ra. Simile tu putas esse utrum cures ut incorruptum et a fraude

aduehentium et a negligentia frumentum transfundatur in horrea ne
concepto humore vitietur et concalescat ut ad mensuram pondus que
respondeat. An ad hec sacra et sublimia accedas sciturus que materia
sit dei que voluptas que condicio que forma quis animum tuum casus
expectet ubi nos a corporibus dimissos natura componat? Quid sit
quod huius gravissima queque in medio sustineat supra levia suspen-
dat in summum ignem ferat sidera cursibus suis excitet. Cetera dein- (al. sidera motibus)
ceps ingentibus plena miraculis/ Vis tu relicto solo/ mente ad ista
respicere? Nunc dum calet sanguis vigentibus ad meliora eundum est.
Expectat te in hoc genere vite multum bonarum artium amor/ virtutum
usus/ cupiditatum oblivio/ vivendi atque moriendi scientia/ et alta rerum quies.
Omnium quidem occupatorum condicio misera est/ eorum tamen miserrima qui (Nota de miseria occupatorum curialium)
ne suis quidem occupationibus laborant/ ad alienum dormiunt somnum/ ad
alienum ambulant gradum/ amare et odisse res omnium liberrimas iubentur
Hii si volunt scire quam brevis ipsorum vita sit/ cogitent ex quota parte
sua sit. Cum videris itaque pretextam sepe iam sumptam/ cum celebre in foro
nomen ne invideris ista vite dampno parantur/ ut unus ab illis numeretur
annus omnes annos suos conterent/ Quosdam autem in summum ambi-
tionis eniterentur inter prima luctantes/ etas reliquit. Quosdam cum
in consummationem dignitatis per mille indignationes erupissent/ misera subit
cogitatio/ laborasse ipsos in titulum sepulcri/ Quorundam ultima senectus
cum in novas spes ut iuventa disponitur inter conatus magnos et impro-
bos invalida defecit. Fedus ille qui in iudicio pro ignotissimis liti-
gatoribus grandem natu et imperite corone assensiones captantem
spiritus liquit/ Turpis ille qui vivendo lassus citius quam laborando inter
ipsa officia collapsus est/ Turpis quem in accipiendis morientem ra-
tionibus diu tractus risit heres.

Preterire quod michi occurrit exemplum non possum Turannius (Exemplum notabile)
fuit exacte diligentie senex qui post annum nonagesimum cum va-
cationem procurationis ab C. Cesare ultro accepisset/ componi se in lecto
et velud exanimem a circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus
otium domini senis/ nec finivit ante tristiciam quam labor illi suus resti-
tutus est/ adeo nec iuvat occupatum mori? Idem plerisque animus est.
diutius cupiditas vel laboris quam facultas est. cum imbecillitate
corporis pugnant/ senectutem ipsam nullo alio modo gravem iudicant
quam quod illos seponit. Lex a quinquagesimo anno militem non legit

a sexagesimo senatore non citat / difficilius homines a se otium im
petrant quam a lege / Interim dum rapiuntur et rapiunt / dum alter
alterius quietem rumpit / dum mutuo fiunt miseri / uita est sine fru
ctu sine uoluptate / sine ullo profectu animi / Nemo in conspicuo
mortem habet / nemo non procul spes suas intendit / Quidam uero dis
ponunt etiam illa que ultra uitam sunt / magnas moles sepulcrorum / et
operum publicorum dedicationes / et ad rogum munera / ambitiosas ex
sequias / At me hercule / istorum funera tamquam minimum uixerint ad faces
et cereos ducenda sunt / Si uite nostre compares / firma sunt si redigas
ad conditionem nature omnia destruentis / et unde edidit eodem reuocantis
caduca sunt / Quid enim immortale manus mortales fecerunt / Septem illa
miracula / et si qua hiis multo mirabiliora / sequentium annorum extruxit
ambitio / aliquando solo equata uisentur / Ita est nichil perpetuum / pauca
diuturna sunt / aliud alio modo fragile est / rerum exitus uariantur / Ce
terum quicquid cepit et desinit / Mundo quidam minantur interitum / et hoc
uniuersum / quod omnia diuina humanaque complectitur / si fas putas credere
dies aliquis dissipabit / et in confusionem ueterem tenebrasque demerget /
Eat nunc aliquis / et singulas comploret animas / Carthaginis / ac Numan
tie Corinthique cinerem / et si quid aliud altius cecidit / lamentetur
cum et hoc quod non habet quo cadat / etiam sit interiturum / Eat aliquis
et fata tantum aliquando nephas ausura / sibi non pepercisse conqueratur / Quis
tam superbe impotentisque arrogantie est / ut in hac nature necessitate omnia
ad eundem finem reuocantis / se unum ac suos seponi uelit / ruineque ipsi
mundo imminenti aliquam domum subtrahat / Maximum ergo solatium est cogi
tare id sibi accidisse quod ante se passi sunt omnesque passuri / Et ideo mihi
uidetur rerum natura quod grauissimum fecerat commune fecisse / ut crudelitatem fati con
solaretur equalitas / Illud te quoque non minimum adiuuerit si cogitaueris
nichil profuturum dolorem tuum / nec illi quidem quem bene ualere desideras
nec tibi / noles enim longum esse quod irritum est / Nam si quicquam tristicia
profecturi sumus / non recuso quicquid lacrimarum fortune mee superfuit tue
fundere / Inueniam etiam nunc per hos exhaustos iam fletibus domesticis
oculos quod effluat / si modo id tibi futurum bono est / Quid cessas co
queramur / atque adeo ipse hanc litem meam faciam /

Iniquissima omnium iudicio est fortuna / adhuc uidebaris eum hominem
continuisse / qui munere tuo tanta ueneratione receperat / ut quod raro
ulli contingit / felicitas eius effugeret inuidiam / Ecce eum dolorem
illi quem saluo Cesare accipere maximum poterat impressisti / et cum bene

illum iudicem contigisse / intellexisti hanc partem tum maxime patere ictibus tuis. Quidquid enim illi alienum fateres / poteramus eripere / nunquam illi obnoxius fuit / nunc quoque quantum potest illam a se abigat / et in tanta felicitate adquirendi nullum maiorem ex ea fructum quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos sciebas tam habilem esse / ut facile in locum amissorum posset alios substituere / unum enim hunc ex hiis quos in principali domo potentes vidi cognovisse videor / qui omnibus amicum habere cum expediat / magis tamen etiam libet. Eriperes illi bonam opinionem / solidior est hec apud eum / quam ut a te quoque ipsa concuti possit. Eriperes bonam valitudinem / sciebas animum eius liberalibus disciplinis quibus non innutritus tantum / sed innatus est / sic esse fundatum / ut supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritum / quantulum nocuisses / longissimum illi ingenii eius famam promisit / id egit ipse ut meliore sui parte duraret / et compositis eloquentie preclaris operibus a mortalitate se vindicaret. Quamdiu fuerit ullus litteris honor / quamdiu steterit / aut latine lingue potentia / aut grece gratia / vigebit cum maximis viris quorum se ingeniis vel contulit / vel si hoc verecundia eius recusat applicuit. Hoc ergo unum excogitasti / quomodo maxime illi posses nocere. Quo melior enim quisque est / hoc sepius ferre te consuevit / sine ullo dilecto furentem / et inter ipsa beneficia metuendam. Quantulum erat tibi immunem ab hac iniuria prestare eum hominem in quem videbatur indulgentia tua ratione certa pervenisse / et non ex tuo more temere incidisse. Adiciamus si vis ad has querelas ipsius adolescentis interceptam inter prima incrementa indolem. Dignus fuit te fratre. Tu certe eras dignissimus / qui ne ex indigno quidem quicquam doleres fratre. Redditur illi testimonium equale omnium hominum / desideratur in tuum honorem / laudatur in suum. Nichil in illo fuit / quod non libenter cognosceres / tu quidem etiam minus bono fratri fuisses bonus / sed in illo pietas tua ydoneam nacta materiam multo te liberius exercuit. Nemo potentiam eius iniuria sensit. Nunquam ille te fratrem ulli minatus est. Ad exemplum se modestie tue formaverat / cogitabatque quantum tu et ornamentum tuorum esses et honos. Sufficit ille huic sarcine. O dura fata et nullis equa virtutibus / antequam felicitatem suam nosset frater tuus exemptus est. Parum autem me indignari scio. Nichil enim est difficilius quam magno dolori paria verba reperire. Iam nunc tamen si quid proficere possimus conqueramur / quid tibi voluisti tam iniusta et tam violenta fortuna? tam cito indulgentie tue penituit? que ista crude

q. d. aliunde non poteras ei nocere

s. i. preclara

De fortune furore et inconstantia s. i. delectu vel differentia

s. i. consulebat non ex ea

Sed non nimis est etiam minus bono fratri. Inducit hic paulum loquentem de fratre mortuo

No. de fortuna.

licitas est in medios fratres impetu facto et tam cauta rapina ex
lectissimam turbam intemptatam bene stipatam optimos. Adolescentem
tuam domum in nullo fratre degeneratam turbare et sine ulla causa delibare
tare voluisti. Nichil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta. Ni
chil antiqua frugalitas. nichil felicitatis summe potentia summa con
servata abstinentia. nichil sincerus et tutus litterarum amor. nichil ab
omni labe mens vacans. Luget polibius et in uno fratre quid de re
liquis possit metuere admonitus et de ipsis doloris sui solaciis timet
facinus indignum. Luget polibius et aliquid propitio dolet cesare. Hoc
sine dubio impotens fortuna captasti ut ostenderes neminem contra
te nec a cesare quidem posse defendi. Diutius accusare fata possumus.
stant dura et inexorabilia. Nemo illa convicio. nemo fletu. nemo
causa movet. Nichil umquam parcunt ulli. nec remittunt.

Parcamus itaque lacrimis. nichil proficientibus. facilius enim nos
illis dolor iste adiciet quam illos nobis reducet. Qui si nos
torquet non adiuvat. primo quoque tempore deponendus est et ab ina
nibus solaciis atque amara quadam libidine dolendi animus reci
piendus est. Nam in lacrimis nostris nisi ratio finem fecerit fortuna
non faciet. Omnes agedum mortales circumspice. larga ubique flendi et
assidua materia. Alium ad quottidianum opus laboriosa egestas vocat.
Alium ambitio numquam quieta sollicitat. Alius divitias quas opta
verat metuit et voto laborat suo. Alium sollicitudo. alium labor torquet.
Alium semper vestibulum obsidens turba. Hic se habere dolet liberos. hic
perdidisse. Lacrime nobis deerunt antequam cause dolendi. Non vides
qualem nobis vitam rerum natura promiserit. que primum nascentium hominum fle
tum esse voluit. Hoc principio edimur. huic omnis sequentium annorum
ordo consentit. Sic vitam agimus. Ideoque moderate id fieri debet a
nobis quod sepe faciendum est. et respicientes quantum a tergo rerum tri
stium immineat non finire lacrimas at certe reservare debemus. Nulli
parcendum est rei magis quam huic cuius tam frequens usus est. Illud
quoque te non minimum adiuvabit si cogitaveris nulli minus gratum
esse dolorem tuum quam ei cui prestare videris. Torqueri ille te aut non
vult si vivit. aut non intelligit. Nulla itaque eius officii ratio est
quod ei cui prestatur si nichil sentit supervacuum est. si sentit ingra
tum est. Neminem ex toto orbe terrarum qui delectetur lacrimis tuis au
dacter dixerim. Quid ergo. quem nemo adversus te animi gerat. eum

esse in tedio fratris tui / ut cruciatu tuo noceat tibi / ut te velit
abducere ab occupationibus tuis idest a studio et a cesare. Non est
hoc simile veri. Ille enim indulgentiam tibi tamquam fratri prestitit / venera-
tionem tamquam parenti / cultum tamquam superiori. Ille desiderio tibi esse vult
/ tormento esse non vult. Quid itaque iuvat dolori intabescere quem si quis
defunctis sensus est / finiri frater tuus cupit. De alio fratre cuius incerta
posset voluntas videri / omnia hec non dubie ponere / et dicerem / sive te tor-
queri lacrimis numquam desinentibus frater tuus cupit / indignus hoc affe-
ctu tuo est / sive non vult / utrique vestrum inherentem dolorem dimitte. Nec
impius frater sic desiderari debet / nec pius sic velit. In hoc vero cuius
tam explorata pietas est / pro certo habendum est / nichil esse illi posse acer-
bius / quam si tibi hic casus eius acerbus est / si te ullo modo torquet.
/ si oculos tuos / indignissimos hoc malo / sine ullo flendi fine / et
conturbat idem / et exhaurit.

Pietatem tuam tamen nichil eque a lacrimis tam inutilibus abducet quam
si cogitaveris fratribus te tuis exemplo esse debere fortiter hanc for-
tune iniuriam sustinendi. Quod duces magni faciunt rebus affli-
ctis ut hilaritatem de industria simulant / et adversas res adumbrata
leticia abscondant / ne militum animi si fractam ducis sui mentem viderint
et ipsi collabantur / id nunc quoque faciendum est / indue dissimilem animo
tuo vultum. Et si potes proice omnem ex toto dolorem / si minus introrsus
abde et contine ne appareat / et da operam ut fratres tui te imitentur / qui ho-
nestum putabunt / quodcumque facientem te viderint animumque ex vultu tuo su-
ment / et solacium debes esse illorum et consolator. Non poteris autem horum
merori obstare / nisi tuo indulseris. Potest et illa res a luctu te pro-
hibere nimio / si tibi ipse renunciaveris / nichil horum que facis posse
subduci. Magnam tibi personam hominum consensus imposuit / hec tibi tuen-
da est. Circumstat te omnis ista consolantium frequentia et in animum tuum
inquirit ac perspicit quantum roboris ille adversus dolorem habeat /
et utrumne tu tantum rebus secundis indulgere scias an et adversas possis
viriliter ferre / Observantur oculi tui. Liberiora omnia sunt hiis quorum
affectus tegi possunt / tibi nullum secretum liberum est. In multa luce for-
tuna te posuit. Omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris vulnere. utrum-
ne statim percussus arma submiseris an in gradu steteris. Olim te
in altiore ordine et amor cesaris extulit et tua studia deduxerunt.
Nichil te plebeium decet. nichil humile. Quid autem tam humile ac
muliebre est quam consumendum se dolori committere. Non idem tibi in

luctu pati quod tuis fratribus licet. Multa tibi non permittit
opinio de studiis ac moribus tuis recepta; multum a te homines
exigunt, multum expectant. Si volebas tibi omnia licere, non conver-
tisses in te ora omnium. Nunc autem tibi prestandum est quantum promisisti
omnibus illis qui opera ingenii tui laudant, qui describunt, — scilicet ipsa opera
quibus cum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. custodes ani-
mi tui sunt. Nichil umquam ita potes indignum facere perfecti et eruditi viri
professione ut non multos admirationis de te sue peniteat. Non
licet tibi flere immodice; nec hoc tantum non licet, sed nec somnum quidem
extendere in partem diei licet, aut a tumultu rerum in otium ruris qui-
etis confugere, aut assidua laboriosi officii statione fatigatum corpus
voluptaria peregrinatione recreare, aut spectaculorum varietate animum
detinere. Multa tibi non licent que humillimis in angulo iacentibus licent.
Magna servitus est magna fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo
facere: audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi libelli; tantus rerum
ex orbe toto coeuntium congestus, ut possit per ordinem suum principis maxi-
mi animo subici, exigendus est. Non licet tibi, inquam, flere, ut multos
flentes audire possis, ut periclitantium et ad misericordiam mitissimi Cesa-
ris pervenire cupientium lacrime siccentur; tibi tue assiccande sunt.
Hec tamen etiam nunc levioribus remediis adiuvabunt. Cum voles omnium rerum
oblivisci, cogita Cesarem; vide quantam huius in te indulgentie fidem, quan-
tam industriam debeas; intelliges non magis tibi incurvari licere quam
illi, si quis modo fabulis traditur, cuius humeris mundus innititur. Ce-
sari quoque ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Omnium
domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delici-
as illius industria, omnium vacationem illius occupatio. Ex quo se Cesar
orbi terrarum dedicavit, sibi se eripuit, et siderum modo que irrequie-
ta semper cursus suos explicant, numquam illi licet nec subsistere nec
quicquam suum facere. Ad quendam itaque modum tibi quoque eadem neces-
sitas iniungitur: non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia respicere.
Cesare orbem terrarum possidente impertire te nec voluptati nec do-
lori nec ulli alii rei potes; totum te Cesari debes. Adice nunc quod, cum tu
semper predices quod cariorem tibi spiritu tuo Cesarem esse, fas tibi non
est salvo Cesare de fortuna queri. Hoc incolumi salvi tibi sunt
tui, nichil perdidisti; non tantum siccos oculos tuos esse sed etiam letos
oportet. In hoc tibi omnia sunt, hic pro omnibus est. Quod longe
a sensibus tuis prudentissimis piissimisque abest, adversus felicitatem

Margin notes: scilicet laudatibus — Nota quod non licet magnatibus quod minoribus sunt officiis — aut ex tuo arbitrio diem disponere — scilicet sicut deus siccare lacrimas tuas — Hoc videtur quod fabulose hoc dicitur de Hercule — Nota quod omnia non licent Cesari — scilicet Cesare — ipse Cesar



tuam p

tuam parum gratus es / si tibi quicquam hoc salvo flere permittis. Ad
studia etiam nunc non quidem firmius remedium sed familiarius
Si quando te domum receperis tunc erit tibi metuenda tristicia. Nam
quamdiu numen tuum intueberis / nullum illa ad te inveniet accessum.
omnia in te Cesar tenebit / cum ab illo discesseris tunc velud occasione
data insidiabitur solitudini tue dolor / et requiescenti animo tuo paula-
tim irrepit. Itaque non est quod ullum tempus vacare patiaris a studiis.
tunc tibi littere tue tam diu ac tam fideliter amate gratiam referant.
tunc te ille antistitem et cultorem suum vindicent. Tunc Homerus et Vir-
gilius tam bene de humano genere meriti quam et de omnibus et de il-
lis meruisti / quos pluribus notos esse voluisti quam scripserant mul-
tum tecum morentur / tutum hoc erit id omne tempus quod illis tuendum
commiseris / tunc Cesaris tui opera ut per omnia secula domestico narrentur
preconio / quantum potes compone. Nam ipse tibi optime formandi con-
dendique res gestas / et materiam dabit et exemplum. Non audeo te
usque producere ut fabulas quoque et esopeos longos / intemptatum
romanis ingeniis opus solita sibi venustate connectas / difficile est
quidem / ut ad hec hilariora studia tam vehementer perculsus animus tam
cito possit accedere / hoc tamen argumentum habeto iam corroborati eius
et redditi sibi / si poterit se a severioribus scriptis ad hec solutiora producere.
In illis enim quamvis egrum eum adhuc / et secum reluctantem avocabit
ipsa rerum quas tractabit austeritas / Hec que remissa fronte com-
menda sunt non feret nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque
debebis eum severiore materia primum exercere deinde hilariore temperare.
Illud quoque magno tibi erit levamento / si sepe te interrogaveris
utrum meo nomine doleo / an eius qui decessit. Si meo / perit
mee indulgentie iactatio / et incipit dolor / hoc uno excusatus quod hone-
stus est cum ad utilitatem respicit a pietate discisere / nichil autem minus bo-
no viro convenit quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine
doleo necesse alterutrum ex hiis duobus esse iudicem. Nam si nullus
defunctis sensus superest / evasit omnia frater meus vite incommoda
et in eum restitutus est locum in quo fuerat antequam nasceretur et expers omnis
mali / nichil timet / nichil cupit / nichil patitur. Quis iste furor est
pro fratre meo me numquam dolere desinere / qui numquam doliturus est.
Si est aliquis defunctis sensus / nunc animus fratris mei velud ex
diutino carcere emissus / tandem sui iuris et arbiter esse gestit / et rerum
nature spectaculo fruitur / et humana omnia ex loco superiore despicit.

diurna vi quod tam diu frustra quesierat comminus intuetur.
Illud itaque eius desiderio maceror (vincor) qui aut beatus aut nullus est.
Beatum deflere invidia (derogatio) est, nullum dementia. An hoc te movet quod videntibus
et ingentibus et cum maxime circumfusus esset bonis caruisse. Cum
cogitaveris multa esse que perdidit, cogita plura esse que non timet.
Non ira eum torquebit, non morbus affliget, non suspicio lacesset,
non edax et inimica semper alienis processibus invidia consectabitur,
non metus sollicitabit, non levitas fortune cito munera sua transferentis
inquietabit. Si bene computes plus illi remissum quam ereptum est. Non o-
pibus fruetur, non tua simul ac sua gratia, non accipiet beneficia, non
dabit. Miserum putas quod ista amisit, an beatum quod non desiderat? Michi
crede is beatior est cui fortuna supervacua est quam is cui parata est. Omnia
ista bona que nos speciosa sed fallaci voluptate delectant, pecunia,
dignitas, potentia, aliaque complura ad que generis humani ceca cupidi-
tas obstupescit, cum labore possidentur, cum invidia conspiciuntur, eosdemque
ipsos quos exornant et premunt, plus minantur quam prosunt, lubrica et incerta
sunt, numquam bene tenentur. Nam ut nichil de tempore futuro timeatur,
ipsa tamen magne felicitatis tutela sollicita est. Si velis credere altius
veritatem intuentibus, omnis vita supplicium est. In hoc profundum inquie-
tumque proiecti mare alternis estibus reciprocum et modo allevans nos
subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans,
numquam stabili consistimus loco, pendemus et fluctuamur et alter in alterum
illidimur et aliquando naufragium facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso
et in omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mor-
tis est. Ne itaque invideris fratri tuo, quiescit. Tandem liber, tandem tutus,
tandem eternus est. Superstitem cesarem omnemque eius prolem superstitem
tecum totis heredibus et fratribus, antequam quicquam ex suo favore fortuna mu-
taret, stantem adhuc illam et munera plena manu congerentem reliquit.
Fruitur nunc aperto et libero celo, ex humili atque depresso in eum emicuit
locum, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu,
et nunc libere vagatur omniaque rerum nature bona cum summa voluptate
perspicit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed sinceriorem sortitus est.
Omnibus illo nobis commune est iter. Quid fata deflemus? Non reliquit
ille nos, sed antecessit. Est michi crede magna felicitas in ipsa fe-
licitate moriendi. Nichil ne in totum quidem diem certi est.
Quis in tam obscura et involuta veritate divinat utrum ne
fratri tuo mors inviderit an consuluerit.
Illud quoque qua iustitia in omnibus rebus es necesse te adiuvet.

Margin notes:
- al. conspiciuntur
- scilicet sollicitudine et occupationibus metuque plena
- Nullus in mundo portum nisi mortem esse
- scilicet fortuna

al. cogitate te

cogitamus non iniuriam tibi factam quod talem fratrem amisisti. Sed bene
ficium datum quod tam diu tibi pietate eius uti fruique licuit. Iniquus
est qui muneris sui arbitrium danti non relinquit / auidus qui non
lucri loco habet quod accepit / sed damni quod reddidit. Ingratus est
qui iniuriam vocat finem voluptatis. Stultus qui nullum fructum
esse putat bonorum nisi presentium / qui non et in preteritis acquiescit et ea
iudicat certiora que abierunt quia de illis ne desinant non est timendum.
Nimis angustat gaudia sua qui eis tantum que habet ac videt frui
se putat et habuisse eadem pro nichilo ducit. Cito enim nos omnis vo
luptas relinquit que fluit et transit / et pene / antequam veniat aufertur.
Itaque in preteritum tempus animus mittendus est et quicquid nos umquam delectauit re
ducendum / ac frequenti cogitatione pertractandum est. Longior fideliorque est
memoria voluptatum quam presentia. Quod habuisti ergo optimum fratrem in sum
mis bonis pone. Non est quod cogites quanto diutius habere potueris sed
quamdiu habueris. Rerum natura illum tibi sicut ceteris fratribus suis non
mancipio dedit sed commodauit cum visum est / deinde repetit. Nec tuam in eo
satietatem secuta est / sed suam legem. Si quis pecuniam creditam sol
uisse se moleste ferat / eam presertim cuius vsum gratuitum acceperit /
nonne iniustus vir habeatur? Dabat natura fratri tuo vitam / dedit et tibi
que suo iure vsa fuit / a quo voluit / debitum suum citius exigit. Non
illa in culpa est cuius nota erat condicio. Sed mortalis animi spes a
uida / que subinde quid rerum natura sit obliuiscitur / nec umquam sortis sue
meminit / nisi cum admonetur. Gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem
et vsum fructumque eius quamuis breuior voto tuo fuerit boni consule.
Cogita iocundissimum esse quod habuisti. Humanum quod perdidisti. Nec enim
quicquam minus inter se consentaneum est quam aliquem moueri quod sibi fra
ter talis parum diu contigerit / non gaudere quod tamen contigerit. At inopinatum erep
tus est / sua quemque credulitas decipit / et in eis que diligit voluntaria
mortalitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis sue gratiam facturam
esse testata est. Cotidie preter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque fu
nera. Nos tamen aliud agimus et subitum id putamus esse quod nobis tota
vita denuntiatur futurum. Non est itaque ista fatorum iniquitas / sed men
tis humane prauitas insatiabilis rerum omnium / que indignatur inde se
eximere quo admissa est precario. Quanto ille iustior qui nuntiata filii mor
te digna magno viro vocem emisit ego cum genui tunc moriturum sciui.
Prorsus non mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset.
Non accepit tamquam nouum nuntium filii mortem. Quid enim est nouum
hominem mori cuius tota vita nichil aliud quam ad mortem iter

est. Ergo cum genui te moriturum sciui. Deinde adiciat te maioris prudentie et animi / et huic rei sustuli / omnes huic rei tollimur / Quisquis ad vitam editur / ad mortem destinatur. Gaudeamus ergo eo quod dabitur / reddamusque id cum reposcemur / alium alio tempore fata comprehendent / neminem preteribunt. In procinctu stet animus / et id quod necesse est / numquam timeat / quod incertum est semper expectet. Quid dicam duces ducumque progeniem et multis aut consulatibus conspicuos / aut triumphis sorte defunctos inexorabili. tota cum regibus regna / populique cum gentibus / tulere fatum suum / Omnes immo omnia in ultimum diem spectant. non idem universis finis est. Alium in medio cursu vita deserit / alium in ipso aditu relinquit / alium in extrema senectute fatigatum iam et exire cupientem vix emittit / alio quidem atque alio tempore omnes tamen in eundem locum tendimus. Utrum ne stultius sit nescio mortalitatis legem ignorare aut impudentius recusare. Agedum illa que multo ingenii tui labore celebrata sunt / in manus sume utriuslibet auctoris carmina que tu ita resolvisti / ut quamvis structura illorum recesserit / permaneat tamen gratia. Sic enim ex illa lingua in aliam transtulisti / ut quod difficillimum erat omnes virtutes in alienam te orationem secute sint / et nullus erat in illis scriptis liber / qui non plurima varietatis humane / incertorumque casuum et lacrimarum / ex alia atque alia causa fluentium / exempla tibi suggerat / lege quanto spiritu ingentibus intonueris rebus / pudebit te subito deficere / et ex tanta orationis magnitudine desciscere. ne commiseris ut quisquis exemplo ac modo scripta tua mirabitur querat quo tam grandia tamque solida tam fragilis animus conceperit.

Potius ab istis te que torquent / ad hec tot et tanta que consolantur converte ac respice optimos fratres / respice uxorem filium respice / pro horum omnium salute hac tecum portione fortuna decidit / Multos habes in quibus acquiescas / ab hac te infamia vindica / ne videatur omnibus plus apud te valere unus dolor / quam hec tam multa solatia. Omnes istos una tecum perculsos vides / nec posse tibi subvenire / immo etiam ultro expectare / ut a te subleventur intelligis / et ideo quanto minus in illis doctrine minusque ingenii est / tanto magis obsistere te necesse est communi malo. Est autem hoc ipsum solatii loco / inter multos dolorem suum dividere / qui quia dispensantur inter plura / exigua debet apud te parte subsidere. Non desinam totiens tibi offerre Cesarem illo moderante terras et ostendente quanto melius beneficiis imperium custodiatur quam armis / illo rebus humanis preside / non est periculum / ne quid perdidisse te sentias / in hoc /

i. ad mortem

i. ab infelicibus i. magnis

i. quod utrum sit stultius

i. Homeri et Virgilii

i. ne facias

i. dividit

vno tibi satis presidii satis solatii est / at tolle te et quotiens la
crime suboriuntur / oculis tuis / totiens illos in cesarem dirige. Sicca
buntur maximi et clarissimi conspectu numinis. fulgor eius illos ut
nichil aliud possint aspicere prestringet et in se herentes detinebit.
Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus a quo numquam deicis
animum / cogitandus est. hic contra fortunam advocandus. Nec dubito / cum
tanta illi adversus omnes illos sit mansuetudo / tantaque indulgentia / quin
multis iam solaciis tuum istud vulnus obduxerit / et nonnulla que do
lori obstarent tuo congesserit. / Quid porro ut nichil horum fecerit / nonne
protinus ipse conspectus per se tantummodo cogitatusque cesaris maximo solatio tibi
est. Dii illum deeque terris diu commendent / acta hic divi augusti equet annos
vincat / quam diu mortalis erit. Nichil ex domo sua mortale esse sentiat.
Rectorem romano imperio filium longa fide adprobet / et ante illum consortem
patris / quam successorem accipiat / Sera et nepotibus demum nostris dies no
ta sit antequam illum gens sua celo adserat. Abstine / ab hoc manus tuas
fortuna / nec in isto potentiam tuam nisi ea parte qua prodes extenderis
Patere illum generi humano / iam diu egro et affecto mederi. Patere quicquid
prioris principis furor concussit / in suum locum restitue / ac repone. Sydus
hoc quod / precipitato in profundum et demerso in tenebras orbi refulsit semper
luceat / Hic germaniam placet / britanniam aperiat / et patrios triumphos
ducat et novos quorum me quoque spectatorem / futurumque ex virtutibus eius
primum optinet locum promittit clementia / nec enim sic me deiecit ut nollet e
rigere / immo nec deiecit quidem sed impulsum a fortuna et cadentem susti
nuit / in preceps euntem leniter divine manus usus moderatione depo
suit. deprecatus est pro me senatum et vitam michi non tantum dedit sed etiam
petiit / viderit qualem me velit esse / existimet causam meam / vel iusticia eius
bona perspiciat / vel clementia faciat bona. Utrumque in equo michi eius
beneficium erit / sive innocentem me sciverit esse / sive voluerit. Interim ma
gnum miseriarum mearum solatium est videre misericordiam eius totum orbem perva
gantem que cum ex ipso angulo in quo defixus sum / complures multorum
iam annorum ruina obrutos effoderit et in lucem reduxerit non vereor
ne me unum transeat. Ipse autem optime novit tempus quo cuique debeat
succurrere. ego omnem operam dabo / ne pervenire ad me erubescat. O felicem
clementiam tuam cesar. que efficit ut quietiorem sub te agant vitam exu
les / quam nuper sub gaio egere principes / non trepidant / nec per singulas horas
gladium expectant. Nec ad omnem navium conspectum pavent. per te habent ut
fortune sevientis modum ita spem quoque melioris eiusdem ac presentis quietem.

s. i. multa

s. i. porro

Hic incipit quodammodo cesarem deo et ipsum laudare

dilatas

victorias

al. inserta

Orian[tur] licet tandem fulmina ex iustissima que etiam percussi colunt

Hic itaque princeps qui publicum omnium hominum solatium est, aut me omnia fallunt, aut iam recreavit animum tuum, et tam magno vulneri maiora adhibuit remedia, iam te omni confirmavit modo, iam omnia exempla quibus ad animi equitatem compellaris tenacissima memoria retulit, iam omnium precepta sapientum assueta tibi facundia explicuit. Nullus itaque melius ad loquendi partes occupaverit. Aliud habebunt hoc dicente pondus verba velud ab oraculo missa. Omnem vim doloris tui divina eius contundet auctoritas. Hunc itaque tibi puta dicere. Non te solum fortuna sumpsit sibi quem tam gravi afficeret iniuria, nulla domus in toto orbe terrarum aut est aut fuit sine aliqua comploratione. Transibo exempla vulgaria que etiam si minora tamen mira sunt, ad fastus te et annales perducam publicos. Vides omnes has ymagines que impleverunt cesarum atrium, nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est. Nemo non ex istis in ornamentum seculorum refulgentibus viris aut desiderio suorum tortus est, aut a suis cum maximo animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referam Scipionem Africanum cui mors fratris in exilio nunciata est. Is frater qui eripuit fratrem carceri non potuit eripere fato. Et quam patiens iuris equi pietas Affricani fuit cunctis apparuit. Eodem enim die Scipio Affricanus quo viatoris manibus fratrem abstulerat tribunoque plebis privatus intercessit. Tam magno tamen fratrem desideravit hic animo quam defenderat. Quid referam Emilianum Scipionem qui uno pede eodemque tempore expectavit patris triumphum duorumque fratrum funera. Adolescentulus tamen ac prope modum puer tanto animo tulit illam familie sue super ipsum Pauli triumphum concidentis subitam vastitatem quanto debuit ferre vir in hoc natus ne urbi Romane aut Scipio deesset aut Cartago superesset. Quid referam duorum Lucullorum diremptam morte concordiam. Quid Pompeios quibus nec hoc quidem seviens reliquit fortuna ut una denique concideret ruina. Vixit Sextus Pompeius primum sorori superstes cuius morte optime coherentis romane pacis vincula resoluta sunt. Idemque hic vixit superstes optimo fratri quem fortuna in hoc evexerat ne minus alte eum deiceret quam patrem deiecerat. Et post hunc tamen casum Sextus Pompeius non tantum dolori sed etiam bello suffecit.

Innumerabilia undique exempla separatorum morte fratrum succurrunt, immo contra vix ulla unquam horum paria conspecta sunt una senescentia. Sed contentus nostre domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis ut fortunam ulli queratur luctum intulisse quam

fecerit cum cesarum lacrimas concupisse. Divus augustus amisit octa-
viam sororem carissimam. Et nec ei quidem rerum natura lugendi necessitatem
abstulit cui celum destinaverat. Ymmo vero idem augustus omni genere orbitatis ve- — *i. tempus ubi esset quod destinatum esset ad gaudia celorum*
xatus sororis filium successioni preparatum sue perdidit. Denique ne sin-
gulos eius luctus enumerem, et generos ille amisit et liberos et — *i. subiectum humanis casibus*
nepotes. Ac nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se dum
[illegible] amisit — inter homines erat sensit. Tamen tot tantosque luctus cepit rerum omnium
capacissimum eius pectus victorque divus augustus non gentium tantummodo
externarum sed etiam dolorum fuit. C. cesar divi augusti avunculi mei — *i. Gaius qui et Galigula dicitur et fuit*
adnepos circa primos iuvente sue annos lucium fratrem carissimum sibi — *nepos tyberii cuius uxoris quod fuit filia*
principem eiusdem iuventutis amisit in apparatu parthici belli et gra- — *divi augusti*
viore multo animi vulnere quam postea corporis ictus est. Quod utrumque
et piissime idem et fortissime tulit. Cesar patruus meus drusum ger- — *i. Claudius*
manicum patrem meum minorem natu quam ipse erat fratrem intima ger-
manie recludentem et gentes ferocissimas romano subicientem
imperio in complexu et in osculis suis amisit. Modum tamen lugendi non
sibi tantum sed etiam aliis fecit. Ac totum exercitum non solum mestum sed etiam
attonitum corpus drusi sui vindicantem ad morem romani luctus rede-
git, iudicavitque non militandi tantum disciplinam esse servandam sed etiam do-
lendi. Non potuisset ille lacrimas alienas compescere nisi prius pressisset
suas. M. avus antonius avus meus nullo minor nisi eo quo victus est
tunc cum rem publicam constitueret et triumvirali potestate preditus nichil supra se — *collega quod legitur*
videret, et exceptis duobus collegis omnia infra se cerneret, fratrem inter-
fectum audivit. Fortuna impotens, quales ex humanis malis tibi ipsa
ludos facis. Eo ipso tempore quo marcus antonius civium suorum vite
sedebat mortisque arbiter, M. antonii frater duci iubebatur ad supplici-
um. Tulit hoc tamen tam triste vulnus eadem magnitudine animi M. antonius
qua omnia alia adversa tolleraverat. Et hoc fuit eius lugere, xx
legionum sanguine fratri parentare. Sed ut omnia alia exempla pre-
team, ut in me quoque ipso alia taceam funera, bis me fraterno luctu
aggressa fortuna est, bis intellexi ledi me posse, vinci non posse. — *Commendabile dolendi morem non*
Amisi germanicum fratrem, quem quomodo amaverim intelligit profecto quisquis
cogitat quomodo suos fratres pii fratres ament. Sic tamen affectum meum rexi-
ut nec relinquerem quicquam quod exigi deberet a bono fratre, nec
facerem quod reprehendi possit in principe.

Hec ergo puta tibi parentem publicum referre exempla, eundem
ostendere quam nichil sacrum intactumque sit fortune, que ex eis — *i. al. solum al. [illegible]*
penatibus ausa est funera ducere, ex quibus erat deos petitura.

Nemo itaque timet aliquid ab illa ut crudeliter fieri aut inique. Scit enim hoc adversus privatas domos nullam equitatem nosse aut ullam modestiam cuius implacabilis sevitia totiens ipsa funestavit pulvinaria. Faciamus licet illi convicia non nostro tantum ore sed etiam publico, non tamen mutabitur; adversus omnes preces omnesque querimonias eriget se. Hoc fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit. nichil inausum sibi reliquit, nichil intactum relinquet. Ibit violentior per omnia sicut solita semper est. Eas quoque domos ausa iniurie causa intrare in quas per templa aditur et atram laureatis foribus induet vestem. Hoc unum obtineamus ab illa votis ac precibus publicis, si nondum illi genus humanum placuit consumere, si romanum adhuc nomen propicia respicit, hunc principem lassis hominum rebus datum sicut omnibus mortalibus sibi esse sacratum velit. Discat ab illo clementiam atque fiat mitissimo omnium principum mitis. Debes itaque eos intueri omnes quos paulo ante retuli aut ascitos celo aut proximos et ferre equo animo fortunam ad te quoque porrigentem manus quas nec ab eis quidem per quos iuramus abstinet. Debes illorum imitari firmitatem in perferendis et evincendis doloribus in quantum modo homini fas est per divina ire vestigia. Quamvis in aliis rebus dignitatum et nobilitatum sint magna discrimina, virtus in medio posita est. neminem dedignatur qui modo dignum se illa iudicat. Optime certe illos imitaberis qui cum indignari possent non esse ipsos expertes huius mali, tamen in hoc uno se ceteris exequari hominibus non iniuriam sed ius mortalitatis iudicaverunt. tuleruntque nec nimis acerbe et aspere quod acciderat nec molliter et effeminate. Nam et non sentire mala sua non est hominis et non ferre ea non est viri. Non possum tamen cum omnes circuierim cesares quibus fortuna fratres et sorores eripuit hunc preterire ex omni cesarum numero excerpendum quem rerum natura in exitium opprobriumque humani generis edidit, a quo imperium adustum atque eversum funditus principis piissimi recreat clementia. C. cesar amissa sorore drusilla, is homo qui non magis dolere quam gaudere principaliter posset, conspectum conversationemque civium suorum profugit, exequiis sororis sue non interfuit, iusta sorori non prestitit, sed in albano suo tesseris ac foro et advocatis et huiusmodi aliis occupationibus acerbissimi funeris elevabat mala. pro pudor imperii, principis romani lugentis sororem alea solamen fuit. Idem ille gaius furiosa inconstantia modo barbam capillumque summittens modo ytalie ac sicilie oras errabundus permetiens et nunquam satis certus utrum lugeri vellet an coli sororem eodem omni tempore

quo templa illi constituebant ac pulvinaria eos qui parum mesti fue-
rant crudelissima afficiebat animadversione. Eadem enim intemperie
animi adversarum rerum ictus ferebat qua secundarum elatus eventu super
humanum intumescebat modum. Procul istud exemplum ab eo Roma-
no viro, luctum suum aut intempestivis renovare lusibus, aut sordidum
ac squaloris feditate irritare, aut alienis malis oblectare mini-
me humano solatio. Tibi vero melius ex consuetudine mutandum tua
quam quidem ea instituisti amare studia que optime et felicitatem
extollunt et facillime minuunt calamitatem, eadem quoque et ornamenta
maxima hominum sunt et solatia.

Nunc itaque studiis tuis immerge te arcius, nunc illa tibi velud mu-
nimenta animi circunda ne ex ulla tui parte inveniat introitum
dolor. Fratris quoque tu produc memoriam aliquo scriptorum monimento tuorum.
Hoc enim unum e rebus humanis opus est cui nulla tempestas noceat, quod
nulla consumat vetustas. Cetera que per constructiones lapidum et marmo-
reas moles aut terrenos tumulos in magna eductos altitudinem con-
stant non propagant longam diem. Quippe et ipsa intereunt. Immortalis
est ingenii memoria. Hanc fratri tuo tu largire. In hac eum colloca.
Melius illum duraturo semper consecrabis ingenio quam irrito dolore lugebis.
Quod ad ipsam fortunam pertinet etiam si non agi apud te causa eius non
potest. Omnia enim illa que nobis dedit ob hoc ipsum quod aliquid
eripuit invisa sunt. Tunc tibi erit agenda cum primum equiore te illi iu-
dicem dies fecerit. Tunc enim poteris in gratiam cum illa redire. Nam multa
providit quibus hanc emendaret iniuriam. Nulla etiam non dabit quibus
redimat. Denique ipsum quod abstulit ipsi dederat tibi. Noli ergo contra te
ingenio uti tuo. Noli adesse dolori tuo. Potest quidem eloquentia tua
que parva sunt approbare pro magnis, rursus magna attenuare
et ad minima ducere. Sed alio ista vires servet suas. Nunc tota se in sola-
tium tuum conferat. Et tu dispice ne hoc iam quoque ipsum sit supervacu-
um. Aliquid enim a nobis natura exigit, plus vanitate contrahitur.

Nunquam autem ego a te ne ex toto mereas exigam, et scio inveniri
quosdam dure magis quam fortis prudentie viros, qui negent do-
liturum esse sapientem. Hi non videntur michi unquam in eiusmodi casum
incidisse, alioquin alioquin excussisset illis fortuna superbam sapientiam et ad
confessionem eos veritatis invitos compulisset. Satis prestiterit ratio si id
unum ex dolore quod et superest et habundat exciderit. Ut quidem nullum
omnino esse compatiatur nec sperandum illi nec concupiscendum est.
Hunc potius modum servet qui nec impietatem imitetur nec

Margin notes (left): al' intumescebat · i. diutino · i. interposito · i. allata iniuria · i. ad aliud

Margin notes (right): Maxima ornamenta hominum et solacia sunt opere felicitatem extollere et calamitatem minuere · i. iuste iudicari · i. causa fortune · i. aliquam · scilicet quod enim mereat quod funera fratris cum nichil sit per immoderate mereat et ex vanitate

infamiam . et nos in eo teneat habitu qui et pie mentis est. Nec
mere effluant lacrime . sed eedem desinant trahantur ex imo pectore
gemitus sed ibidem et finiantur. Sic rege animum tuum ut sapientibus te adpro-
bare possis et fratribus . Effice ut frequenter fratris tui memoria
tibi velis occurrere . ut illum et sermonibus celebres . et assidua recorda-
tione representes tibi . Quod ita demum consequi poteris si tibi memori-
am eius iocundam magis quam flebilem feceris . Naturale enim est ut semper
animus ab eo refugiat ad quod cum tristicia revertitur . Cogita mode-
stiam eius cogita in rebus agendis solertiam in exequendis industriam
in promissis constantiam omnia dicta eius ac facta aliis expone et
tibi met ipse commemora . Qualis fuit cogita . qualisque sperari po-
tuerit . Quid enim de illo non tuto sponderi fratre posset . Hec utcumque
potui longo iam situ obsoleto et hebetato animo composui que si aut
parum respondere ingenio tuo aut parum mederi dolori videbuntur
cogita quam non possit is aliene vacare consolationi . quem sua ma-
la occupatum tenent . quam non facile latina ei verba homini succurrant
quem barbarorum inconditus et barbaris quoque humanioribus gravis
fremitus circumsonat Explicit Seneca de brevitate vite .

Lucii annei Senece ad Gallionem de vita beata . Incipit
liber primus . Rubrica .

Vivere gallio semper omnes beate volunt . sed ad pro-
videndum quid sit quod beatam vitam efficiat cali-
gant . Adeoque non est facile consequi beatam vitam ut
ab ea quisque eo longius recedat quo ad illam concitatius
fertur . si via lapsus est . que ibi in contemptum ducit
ipsa velocitas maioris intervalli causa fit . Proponendum est itaque primum
quid sit quod appetamus . Tunc circumspiciendum est qua contendere illo celer-
rime possimus intellecturi in ipso itinere si modo rectum erit quantum cotidie
profligetur quantoque propius ab eo simus ad quod nos cupiditas naturalis
impellit . Quamdiu quidem passim vagamur non duce secuti sed fremitum
et clamorem dissonum in diversa vocantium conteretur vita inter errores bre-
vis etiam si dies noctesque bone menti laboremus . Decernatur itaque et quo
tendamus et qua non sine perito aliquo cui explorata sint ea in que
procedimus . quoniam quidem non eadem hic que in ceteris peregrinationibus
condicio est . In illis comprehensus aliquis limes et interrogati incole non
patiuntur errare . At hic tritissima queque via et celeberrima maxime de-
cipit . Nichil ergo magis prestandum est quam ne pecorum ritu sequamur

al's in contrarium

profligetur al's perficiatur

i. per duces

i. vulgarissima

antecedentium gregem / pergentes non quo eundum est / sed quo itur.
Atqui nulla res nos maioribus malis implicat quam quod ad rumo
rem componimur. optima rati ea que magno assensu recepta sunt.
Quisque exempla bonis multa sunt nec ad rationem sed ad similitudinem
vivimus. Inde ista tanta coacervatio aliorum super alios ruentium.
Quod in strage hominum magna evenit cum ipse se populus premit. Nemo ita
cadit ut non alium in se attrahat. Primi exitio sequentibus sunt.
Hoc in omni vita accidere videas licet. Nemo sibi tantum errat. sed alieni
erroris et causa et auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus et dum
unusquisque mavult credere quam iudicare. numquam de vita iudicatur semper
creditur. Versatque nos et precipitat traditus per manus error. alienis perimus
exemplis. Sanabimur si modo separemur a cetu. Nunc vero stat contra ra
tionem defensor mali sui populus. Itaque id evenit quod in comitiis in
quibus eos factos esse pretores / iidem qui fecere mirantur / cum se mo
bilis favor circumegit. Eadem probamus. eadem reprehendimus. Hic exi
tus est omnis iudicii / in quo secundum plures datur.

Cum de beata vita agitur. Non est quod mihi illud dissentionum mo
re respondeas / Hec pars maior esse videtur / Ideo et peior est.
Non tam bene cum rebus humanis geritur / ut meliora pluribus place
ant / argumentum pessimi turba est. Queramus quid optime fa
ctum sit / non quid usitatissimum / et quid nos in possessionem felicitatis
eterne constituat / non quid vulgo / veritatis pessimo interpreti proba
tum sit. Vulgus autem tam clamidatos quam coronatos voco / Non enim
colorem quibus pretexta sunt corpora aspicio / Oculis de homine non credo.
habeo melius et certius lumen / quo a falsis vera diiudicem / Animi bo
num animus inveniat. Hic si umquam respirare illi et recedere in se vaca
verit / O quam sibi ipse verum tortus a se / fatebitur / ac dicet / Quicquid feci
adhuc / esse mallem / Quicquid dixi / cum recogito in multis video.
Quicquid optavi / inimicorum execrationem puto / Quicquid timui / dii boni
quanto levius fuit / quam quod concupivi / Cum multis inimicicias gessi et
in gratiam ex odio / si modo ulla inter malos gratia est redii / michi ipsi nondum
amicus sum. Omnem operam dedi / ut me multitudini educerem. et
aliqua dotem notabilem facerem. Quid aliud quam telis me oppo
sui / et malivolentie quod morderet ostendi / Vides istos / qui eloquentiam
laudant / qui opes sequuntur / qui gratie adulantur / qui potentiam ex
tollunt. omnes aut sunt hostes / aut quod in equo est esse possunt. Quam
magnus mirantium tam magnus invidentium populus est. Quin
potius quero aliquod usu bonum / quod sentiam / non quod o

stendam. Ista que spectantur ad que consistitur que alter altera stu-
pens monstrat foris nitent introrsus misera sunt. Queramus aliquid
non in speciem bonum sed solidum et equale et a secretiore parte formo-
sius. hoc eruamus. nec longe positum est. invenietur. scire tantum opus est quo
manum porrigas. Nunc velud in tenebris vicina transimus offensan-
tes ipsa que desideramus.

Sed nec te per circuitus traham. aliorum quidem opiniones preteribo.
nam et enumerare illas longum est et coarguere. Nostram accipe.
Nostram vero cum dico non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus.
Est et michi censendi ius. Itaque aliquem sequar. aliquem iubebo sententiam
dividere. fortasse et post omnes citatus nichil improbabo ex hiis que priores
decreverint et dicam hoc amplius censeo. Interim quod inter omnes Stoicos convenit
rerum nature assentio. ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque
formari sapientia est. Beata est ergo vita conveniens nature sue. que non aliter contingere
potest quam si primum sana mens est et in perpetua possessione sanitatis sue. Deinde
fortis ac vehemens. tunc pulcherrima et patiens apta temporibus corporis sui.
Pertinentiumque ad id curiosa non anxie. tum aliarum rerum que vitam in-
struunt diligens sine admiratione cuiusquam. usura fortune muneribus non
servitura. intelligis etiam si non adiciam sequi perpetuam tranquillitatem
libertatem. depulsis hiis que aut irritant nos aut territant nos.
Nam voluptatibus etiam pro illis que parva ac fragilia sunt et ipsis fla-
gitiis noxia ingens gaudium subit inconcussum et equale. Tunc pax
et concordia est animi magnitudo cum mansuetudine. Omnis enim ex
infirmitate feritas est. Quemadmodum idem exercitus modo altius
panditur. modo in angustum coartatur et aut in cornua sinuata media
parte curvatur. aut recta fronte explicatur. vis illi utcumque ordinatus
est eadem est et voluntas pro eisdem partibus standi. ita diffinitio sum-
mi boni alias diffundi potest et exporrigi. alias colligi et in se cogi. Idem
utique erit si dixero summum bonum est animus fortuita despiciens
virtute letus. Aut invicta vis animi perita rerum placida in actu
cum humanitate multa et conversantium cura. Libet itaque finire ut beatum
dicamus hominem illum cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque
animus. honesti cultor. virtute contentus. quem non extollant fortuita
nec frangant. qui nullum maius bonum eo quod sibi ipse dare potest
noverit. cui vera voluptas erit voluptatum contemptio.

Licet si evagari velis idem in aliam atque aliam faciem salva et
integra potestate transferre. Quid enim prohibet nos beatam vitam

Quid sit quod sit vita beata

Diffinitio summi boni

dicere liberum animum et erectum et interritum ac stabilem extra metum extra
cupiditatem positum cui unum bonum sit honestas unum malum turpi
tudo. Cetera vilis turba rerum nec detrahens quicquam beate vite nec
adiciens sine auctu ac detrimento summi boni veniens ac recedens.
Hunc ita fundatum necesse est velit nolit sequatur hilaritas continua
et leticia alta atque ex alto veniens ut qui suis gaudeat nec maiora
domesticis cupiat. Quid ni ista penset bene cum minutis et frivo
lis et non perseverantibus corpusculi motibus. quo die infra voluptatem
fuerit et infra dolorem erit. Vides autem quam malam et noxiam ser
vitutem serviturus sit quem voluptates doloresque incertissima domina
impotentissimaque alternis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est.
Hanc non alia res tribuit quam fortune negligentia. Tunc illud orietur inex
timabile bonum quies mentis in tuto collocate et sublimitas expul
sisque terroribus ex cognitione veri gaudium grande et inmotum comi
tasque et diffusio animi quibus delectabitur non ut bonis sed ut
ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere cepi potest beatus dici qui
nec cupit nec timet beneficio rationis. quoniam et saxa timore et tri
sticia carent nec minus pecudes non ideo tamen quisquam felicia dixerit quibus
non est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines quos in numerum
pecorum et animalium redegit hebes natura et ignorantia sui. Nichil interest
inter hos et illa quoniam illis nulla ratio est his prava et malo suo
atque in perversum solers. Beatus enim nemo dici potest extra veritatem pro
iectus. Beata ergo vita est in recto certoque iudicio stabilita et inmutabilis.
Tunc enim pura mens est et soluta omnibus malis cum non tantum lacerationes
sed etiam vellicationes effugerit statura semper ubi constitit ac sedem suam
etiam irata et infestante fortuna vendicatura.

Nam quod ad voluptatem pertinet licet circumfundatur undique per
omnes vias influat animumque blandimentis suis leniat aliaque ex
aliis admoveat quibus nos totos partesque nostri sollicitet quis mortalium
cui ullum superest hominis vestigium per diem noctemque titillari velit
et deserto animo corpori operam dare. Sed et animus quoque inquis volupta
tes et habebit suas. Habeat sane sedeatque luxurie et voluptatum
arbiter impleat se eis omnibus que oblectare sensus solet. Deinde
preterita respiciat et exoletarum voluptatum memor exultet prioribus futurisque
iam immineat ac spes ordinet suas et dum corpus in presenti sagina
iacet cogitationes ad futura premittat. Hoc michi videbitur miserior
quoniam mala pro bonis amplecti dementia est. Nec sine sanitate

quisquis beatus est, nec sanus est cui futura pro optimis appetuntur. Beatus est ergo iudicii rectus. Beatus est presentibus qualiacumque sunt contemptus amicusque rebus suis. Beatus est is cui omnem habitum rerum suarum ratio commendat. Videat et illi qui summum bonum dixerint quam turpi illud loco posuerint.

Vide hanc materiam in xxiii epistola ad Lucillum

Itaque negant posse voluptatem etiam a virtute deduci, et aiunt nec honeste quemquam vivere ut non iocunde vivat, nec iocunde ut non honeste quoque. Non video quo ista diversa in eandem copulam comitiantur. Quid est oro vos cur separi voluptas a virtute non possit. videlicet quia omne bonis ex virtute principium est. Ex huius radicibus etiam ea que vos et amatis et expetitis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent, non videremus quedam iocunda et honesta, quedam vero honestissima sed aspera per dolores exigenda. Adice nunc quod voluptas etiam ad vitam turpissimam venit. At virtus malam vitam non admittit, et infelices quidam non sine voluptate sunt, quod non eveniret si virtuti se voluptas immiscuisset. Qua virtus sepe caret, numquam indiget. Quid dissimilia immo diversa componitis, altum quiddam est virtus, excelsum et regale, invictum, infatigabile. Voluptas humile, servile, imbecillum, caducum, cuius statio ac domicilium fornices et popine sunt. Virtutem in templo invenies, in foro, in curia, pro muris stantem, pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus. Voluptatem latitantem sepius, ac tenebras captantem circa balnea ac sudatoria, ac loca edilem metuentia, mollem, enervem, mero atque unguento madentem, pallidam aut fucatam et medicamentis pollutam. Summum bonum immortale est, nescit exire, nec satietatem habet nec penitentiam, numquam enim recta mens vertitur, nec sibi odio est, nec quicquam mutavit quia semper secuta est optima. At voluptas tunc cum maxime delectat extinguitur. Non multum loci habet, itaque cito implet et tedio est, et post primum impetum marcet, nec umquam certum est cuius in motu natura est. Ita nec potest quidem ulla eius esse substantia quod venit transit ue celerrime in ipso usu sui periturum; eo enim pervenit ubi desinat et dum incipit spectat ad finem. Quid quod tam bonis quam malis voluptas inest, nec minus turpes dedecus suum quam honestos egregia delectant. Ideoque preceperunt veteres optimam sequi vitam, non iocundissimam, ut recte ac bone voluntatis non dux sed comes voluptas sit. Natura enim duce utendum est; hanc ratio observat, hanc consulit.

Idem est ergo beate vivere et secundum naturam. Hoc quod sit iam aperiam: si corporis dotes et apta nature conservabimus

diligens et impavide tamquam in diem data et fugacia si non subierimus
eorum servitutem nec nos aliena possederint si corpori grata ad
venticia eo nobis loco fuerint quo sunt in castris auxilia et ar
matura levis. Serviant ista non imperent ita demum utilia sunt
menti. Incorruptus vir sit externis et insuperabilis miratorque sui tamen fi
dens animo atque ad utrumque paratus artifex vite. Fiducia eius non sine
scientia sit scientia non sine constantia. Maneat illi semel placita nec ulla
in decretis eius litura sit. Intelligitur etiam si non adiecero compositum
ordinatumque fore talem virum et in hiis que aget cum comitate magni
ficum. Erit vera ratio sensibus insita et capiens inde principia. Nec
enim habet aliud unde conetur aut unde ad verum impetum capiat et in se
revertatur. Nam mundus quoque cuncta complectens rectorque universi deus in
exteriora quidem tendit sed tamen introrsum undique in se redit. Idem nostra mens
faciat cum secuta sensus suos per illos se ad externa porrexerit et illorum et sui
potens sit. Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi et ratio illa certa
nascetur non dissidens nec hesitans in opinionibus comprehensionibusque nec in sua
persuasione que cum se disposuit et partibus suis consensit et ut ita dicam con
cinuit summum bonum tetigit. Nichil enim pravi nichil lubrici superest nichil in
quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo nichilque opinatum
faciet sed quicquid aget in bonum exibit facile et parate et sine tergiver
satione agentis. Nam pigricia et hesitatio pugnam et inconstantiam o
stendit. Quare audacter licet profitearis summum bonum esse animi concor
diam virtutes enim ibi esse debebunt ubi consensus atque unitas erit. Dissi
dent vicia.

Sed tu quoque inquis virtutem non ob aliud colis quam quia aliquam ex illa
speras voluptatem. Primum non si voluptatem prestatura virtus est
ideo propter hanc petitur. Non enim hanc prestat sed nec huic laborat sed la
bor eius quamvis aliud petat hoc quoque assequetur. Sicut in arvo
quod segeti proscissum est aliqui flores internascuntur non tamen huic her
bule quamvis delectet oculos tantum operis insumptum est aliud fuit serenti
propositum hoc supervenit. Sic et voluptas non est merces nec causa virtutis
sed accessio. Nec quia delectat placet sed quia placet delectat. Summum
bonum in ipso iudicio est et habitu optime mentis que cum suum
implevit et finibus se suis cinxit. Consummatum est summum bonum nec
quicquam amplius desiderat. Nichil est extra totum non magis quam
ultra finem. Itaque erras cum interrogas quid sit illud propter quod vir
tutem petam. Queris aliquid supra summum. Interrogas quid petam ex virtute

ipsam. Nichil enim habet melius ipsa precium sui. an hoc parum magnum
est. Cum tibi dicam summum bonum est infrangibilis animi rigor et
providentia et subtilitas et sanitas et libertas et concordia et decor,
aliquid etiam nunc exigis maius ad quod ista referuntur. Quid mihi
voluptatem nominas? hominis bonum quero non ventris qui
pecudibus ac beluis laxior est.

ix Dissimulas inquis quid a me dicatur. ego enim nego quemquam posse
iocunde vivere nisi simul et honeste vivat. quod non potest mutis con
tingere animalibus nec bonum suum cibo metientibus. Clare inquam ac pala
testor hanc vitam quam ego iocundam voco non sine adiecta virtute con
tingere. Atqui quis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultis
simos quosque et nequitiam habundare iocundis. Animumque ipsum non tantum genera
voluptatis prava, sed multa suggerere. in primis insolentiam et nimiam
extimationem sui, tumoremque elatum super ceteros, et amorem rerum suarum cecum
et improvidum, delicias fluentes ex minimis, ac puerilibus causis
exultationem, iam dicacitatem ac superbiam contumeliis gaudentem, desidiam
dissolutionemque segnis animi indormientis sibi. Hec omnia virtus discu
tit, et aurem pervellit, et voluptates extimat, antequam admittat. nec quas
probavit magni pendit, utique enim admittit. nec usu earum sed temperantia le
ta est. Temperantia autem cum voluptates minuat, summi boni iniuria est.
Tu voluptate complecteris, ego compesco. tu voluptate frueris, ego u
tor. tu illam summum bonum putas, ego nec bonum. tu omnia voluptatis
causa facis, ego nichil. Cum dico me nichil voluptatis causa facere,
de illo loquor sapiente cui soli concedis voluptatem. non voco autem sapi
entem supra quem quicquam est, nedum voluptas. et ab hac occupatus
quomodo resistet labori et periculo, egestati et tot humanam vitam circumstre
pentibus minis. Quomodo conspectum mortis, quomodo dolores feret, quomodo mun
di fragores et tantum acerrimorum hostium, tam molli adversario victus. Quic
quid voluptas suaserit faciet. Age non vides quam multa suasura sit.

Nichil inquis poterit turpiter suadere, quia adiuncta virtuti est.
Non vides iterum quale sit summum bonum, cui custode opus est ut
bonum sit. Virtus autem quomodo voluptatem reget quam sequitur, cum sequi
parentis sit, regere imperantis. A tergo ponis quod imperat. Egregium
autem est virtutis apud vos officium voluptates pregustare. Sed vide
bimus an apud quos tam contumeliose tractata virtus est, adhuc
virtus sit, que habere nomen suum non potest, si loco cessit. Interim de quo
agitur multos ostendam voluptatibus obsessos, in quos fortuna omnia

munera sua effudit / quos fateris nec te mentiris malos / Aspice nomen-
tanum et apicium terrarum ac maris ut isti vocant bona conquirentes / scrutantes
/ et super mensam recognoscentes omnium gentium alia / vide hos eosdem e suggestu
/ expectantes popinam suam / aures vocis sono / spectaculis oculos / sapori-
bus palatum suum delectantes / mollibus lenibusque fomentis / totum lacessi- / quorum
tur eorum corpus (voluptuosorum) / et ne nares interim cessent odoribus variis inficitur
locus ipse in quo luxurie parentat / Hos esse in voluptatibus dices /
nec tamen illis bene erit quia non bono gaudent. Male inquit illis erit
quia multa interveniunt que perturbent animum et opiniones inter se contrarie
mentem inquietabunt. Quod ita esse concedo. sed nichilominus illi ipsi stulti
et inequales et sub ictu penitentie positi magnas percipiunt voluptates.
/ ut fatendum sit tam longinquum illos ab omni molestia abesse quam
a bona mente. Et quod plerisque contingit hilarem insaniam / insanire / ac per — Nota de voluptatibus
risum furere / At contra sapientum remisse voluptates et modeste ac
pene languide sunt compresseque et vix notabiles / ut que neque arcessite
veniant nec quamvis per se accesserint in honore sint (cordiales) neque ullo gaudio
percipientium excepte. Miscent enim illas et interponunt vite ut lu-
dum iocumque inter seria

Desinant ergo inconvenientia iungere et virtuti voluptatem implicare
per quod vitium pessimis quibusque adulantur. Ille effusus in volu- — scilicet sequens pessimus
ptates ructabundus semper atque ebrius quia scit se cum voluptate vivere cre-
dit et cum virtute. audit enim voluptatem a virtute separari non posse.
deinde vitiis suis sapientiam inscribit et abscondenda profitetur. Itaque non
ab epicuro impulsi luxuriantur. sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophie — scilicet quod Epicurus non docet eos luxuriari sed ex eius opinione quod scilicet voluptas non est sine virtute sub nomine philosophie palliant luxuriam suam et alia quam
sinu abscondunt. et eo concurrunt ubi audiant laudari voluptatem.
Nec estimant voluptas illa epicuri. ita me hercule et sentio quam so-
bria ac sicca sit / sed ad nomen ipsum advolant (desiderant) querentes libidinibus suis
patrocinium aliquod ac velamentum (protectionem). Itaque quod unum habebant in malis
bonum perdunt peccandi verecundiam. laudant et ea quibus erubesce-
bant et vitio gloriantur. Ideoque nec resurgere quidem adolescentie licet
cum honestus turpi desidie titulus accessit. Hoc est cur ista voluptatis
laudatio perniciosa sit / quia honesta precepta intra latent (abscondita) / quod corrumpit
apparet / In ea quidem ipse sententia sum / invitis hoc nostris popularibus — Nota excusationem Epicuri
dicam. sancta epicurum et recta precipere / et si propius accesseris tristia. Volu-
ptas enim illa ad parvum et exile revocatur. Et quam nos virtuti legem
dicimus (scilicet epicurus) eam ille dicit voluptati / iubet illam (voluptatem) parere nature / parum est
autem luxurie / quod nature satis est. Quid ergo est. Ille quisquis desidio-
sum otium / et gule ac libidinis / vices felicitatem vocat bonum male rei

Left margin notes: usitorum nomentanum; desiderant; scilicet tam longe unum; Sau. fatendum sit; iunctio; quia isti laudant; nomen epicuri; quia non peccas; cum

quaerit auctorem, et dum ille venit, blando nomine inductus, sequi-
tur voluptatem, non quam audit, sed quia attulit, et vitia sua cum
coepit putare similia praeceptis, indulget illis, non timide nec ob-
scure luxuriatur, etiam inde pacto capite. Itaque non dico, quod plerique
nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse. Sed illud dico: male
audit, infamis est, et immerito. Hoc scire quis potest nisi interius admissus?
Frons ipsa dat locum fabulae et ad mala spem irritat. Hoc tale est
quale vir fortis stolam indutus: constanti tibi pudicitia, virilitas
salva est, nulli corpus tuum patientiae vacat, sed in manu tympanum est.
Titulus itaque honestus eligatur et inscriptio ipsa excitans animum: quae sta-
tim invenerat vitia. Quisquis ad virtutem accessit, dedit generosae indolis
specimen; qui voluptatem sequitur, videtur enervis, fractus, degenerans viri,
perventurus in turpia, nisi aliquis distinxerit illi voluptates, ut quae
ex eis intra naturale desiderium desistant, et quae praecipites ferantur infinitaeque
sint et quo magis implentur eo magis inexplebiles. Agedum, virtus
antecedat, tutum erit omne vestigium. Et voluptas nocet nimia. In
virtute non est verendum ne quid nimium sit, quia ipsa est modus.
Non est bonum quod magnitudine laborat sua. Rationabilem porro sortitus
naturam, quia melius res quam ratio proponitur?

Et si placet ista iunctura, si hoc placet ad beatam vitam ire co-
mitatu, virtus antecedat, comitetur voluptas et circa cor-
pus ut umbra versetur. Virtutem quidem excellentissimam dominam volu-
ptati tradere ancillam nihil magnum animo capientis est. Prima virtus
ad hoc ferat signa: habebimus nihilominus voluptatem, sed domini eius et
temperatores erimus; aliquid nos exorabit, nihil coget. At hii qui volu-
ptati tradidere principia, utroque caruere; virtutem enim amittunt. Ceterum
non ipsi voluptatem, sed ipsos voluptas habet, cuius aut inopia torquentur
aut copia strangulantur, miseri si deseruntur ab illa, miseriores si ob-
ruuntur, sicut deprensi mari Syrtico modo in sicco relinquuntur, modo torrente
unda fluctuantur. Evenit autem hoc nimia intemperantia et amore caeco rei.
Nam mala pro bonis petenti periculosum est adsequi. Ut feras cum labore pe-
riculoque venamur et captarum quoque illarum sollicita possessio est, saepe enim la-
niant dominos, ita habentes magnas voluptates in magnum malum
evasere captaeque cepere. Quae cum plures maioresque sint, eo ille mi-
nor ac plurium servus est quem felicem vulgus appellat. Permanere
libet in hac etiam nunc huius rei imagine. Quemadmodum qui bestiarum
cubilia indagat et laqueo captare feras magno existimat et la-
tos canibus circumdare, ut illarum vestigia premat, potio-
ra deserit multisque officiis renuntiat, ita qui sectatur voluptatem

omnia postponit et primam libertatem negligit ac pro ventre dependit
nec voluptates sibi emit sed se voluptatibus vendit.
Quid tamen inquit prohibet in unum virtutem voluptatemque confundi et
ita effici summum bonum ut idem et honestum et iocundum sit. Nec sum-
mum bonum habebit sinceritatem suam si aliquid in se viderit dissimile
meliori. Nec gaudium quidem quod ex virtute oritur quamvis bonum sit
absoluti tamen boni pars est non magis quam letitie tranquillitas quamvis ex
pulcerrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona sed consequentia summum
bonum non consummantia. Qui vero virtutis voluptatisque societatem facit et
nec ex equo quidem fragilitate alterius boni quicquid in altero vigoris
est hebetat libertatemque illam ita demum si nichil se preciosius novit
invictam sub iugum mittit. Nam quod maxima servitus est incipit illi opus
esse fortuna. Sequitur vita anxia suspiciosa trepida casum paciens
temporum suspensa momenta sunt. Non das virtutis fundamentum grave immo-
bile sed iubes illam in loco volubili stare. Quid autem tam volubile est
quam fortuitorum expectatio et corporis rerumque corpus afficientium varie-
tas. Quomodo hic potest deo parere et quicquid evenit bono animo excipere. Nec de
fato queritur casuum suorum benignus interpres si ad voluptatum dolorumque
punctiunculas concitatur. Sed nec patrie quidem bonus tutor aut vindex est
nec amicorum propugnator si ad voluptates vergit. Illo (illuc) ergo summum bonum
ascendat unde nulla vi detrahitur quo neque dolori neque spei neque
timori sit aditus nec ulli rei que deterius summi boni ius faciat.
Ascendere autem illo sola virtus potest. Illius gradu clivus iste frangendus
est. Illa (virtus) fortiter stabit et quicquid (evenerit) eveniet feret non paciens tantum
sed etiam volens omnemque temporum difficultatem sciet legem esse nature.
Et ut bonus miles feret vulnera, enumerabit cicatrices et transver-
beratus telis moriens amet eum pro quo cadet imperatorem. Habebit in
animo illud vetus preceptum deum sequere. Quisquis autem queritur (gravate) et plorat
et gemit imperata facere vi cogitur et invitus rapitur ad iussa nichilominus.
Quae autem dementia est potius trahi quam sequi. Tam me hercule quam
stulticia et ignorancia condicionis est sue dolere quod est aliquid tibi
(illabi) aut incidit durius, et que mirari aut indigne ferre ea que tam bonis
accidunt quam malis. Morbos dico funera debilitates et cetera ex trans-
verso in vitam humanam incurrentia. Quicquid ex universi constitucione pati-
endum est magno suscipiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus
ferre mortalia nec perturbari hys que vitare non est potestatis non est.
In regno nati sumus. Deo parere libertas est. Ergo in virtute posita est vera
felicitas. Quid hec tibi virtus suadebit. Ne quid aut bonum aut malum

sed voluptates

Quia pars honesti non potest esse nisi honestum

scilicet animus perfecti similis est deo

extimes quod nec virtute p[ossi]s malicia contingere. deum ut sis inmobil
s. at. diu te fingas — et contra malum ex bono ut c[on]tinue fas est deum effingas. Quid tibi p[ro] hac
expeditione promittitur? ingencia et equa diuinis. Nichil cogeris
\+ tutus — nullo indigebis liber eris tutus indempnis nichil frustra temptabis
nichil prohiberis omnia tibi ex sententia cedent nichil aduersum accidet
Nichil contra opinionem ac uoluntatem. Quid ergo virtus ad beate viuend[um]
sufficit. perfecta illa diuina, quare non sufficiat ymo superfluat. Quid ei
deesse potest extra desiderium omnium posito. Quid extrinsecus opus est ei
qui omnia sua in se collegit.
Sed ei qui ad virtutem tendit etiam si multum processit opus est — al. lucta
aliqua fortune indulgentia adhuc inter humana luctanti dum nod[um]
s. iter ad virtutem — illum exsoluit et omne vinculum mortale. quid ergo interest quod a me
alligati sunt alii astricti alii destricti quoque. Hic qui ad superiora pro
gressus est et se altius extulit laxam cathenam trahit non dum liber
iam tamen pro libero. Si quis itaque ex istis qui philosophiam conlatrant
quod solet dixerit quare ergo tu fortius loqueris quam viuis. quare ex su
\+ submittes — periori verba summittis et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas et da
mno moueris et lacrimas audita coniugis aut amici morte demittis
et respicis famam et malignis sermonibus tangeris. quare cultius rus
tibi est quam naturalis usus desiderat. Cur non ad prescriptum tuum cenas.
Cur tibi nitidior supellex est. Cur apud te vinum etate tua uetustius
s. quam vinum bibens secundum diuersa tempora — bibitur. Cur autem disponitur. Cur arbores nichil preter umbram daturas — al. da
conseruantur. Quare vxor tua locupletis domus censum auribus
s. et aures que sunt ualoris locupletis domus — gerit. Quare de pedagogium preciosa veste succingitur. Quare ars
s. quod ministrandi est — est apud te ministrare nec temere et ut libet collocatur sed perite
s. forte nomen est artis et tamen suspensione seruatur alia industria — seruatur. et est aliquis scindendi obsonium magister. Adhuc si vis cur trans
mare possides. cur plura quam nosti. turpiter aut tam negligens es
ut non noueris pauculos seruos aut tam luxuriosus ut plures habeas
quam quorum noticie memoria sufficiat. Adiuuabo postmodum conuicia et
plura michi quam putas obiciam. Nunc hoc respondeo tibi non sum sapi
ens ut maliuolencia pascam non ero. Exigo itaque a me ut non optimus
par sim sed ut malis melior. Hoc michi satis est quottidie aliquid ex
uiciis meis demere et errores meos obiurgare. Non perueni ad sa
s. ipsa podagra — nitatem ne ueniam quidem delinimenta magis quam remedia po
s. ista quia non eueniunt tantum dolor continuus minabantur podagra consueta — dagre mee compono contemptus si rarius accidit et si minus
uerminat. Vestris quidem pedibus comparatus debilis cursor sum.
Hec non pro me loquor. Ego enim in alto viciorum omnium sum. sed pro
illo cui aliquid acti est.

Aliter inquit loqueris aliter uiuis. Hoc malignissima capita et
optimo cuique inimicissima platoni obiectum est. hoc obiectum
epicuro. obiectum zenoni. Omnes isti dicebant non quemadmodum ipsi ui-
xerunt sed quemadmodum esset ipsis uiuendum. De uirtute non de me
loquor et cum uiciis conuicium facio in primis meis facio cum potero uiuam
quomodo oportet. Nec malignitas me ista multo ueneno tincta deterrebit
ab optimis. Nec uirus quidem istud quo alios conspargitis quo uos
necatis me impediet quominus perseuerem laudare uitam non quam a-
go sed quam agendam scio, quominus uirtutem adorem et ex interuallo inge-
ti reptabundus sequar. Expectabo scilicet ut quicquam maliuolentie inuio-
latum sit, cui sacer nec rutilius fuit nec cato. cur aliquis non istis nimis
diues uideatur, quibus demetrius cinicus parum pauper est. Virum acerrimum
et contra omnia nature desideria pugnantem. hoc pauperiorem quam ceteros
cinicos quod cum sibi interdixerat habere, interdixit et poscere, negant sa-
tis egere, uides enim non uirtutis scientiam sed egestatis professus est. Dio-
dorum, epicureum philozophum, qui intra paucos dies finem uite sue ma-
nu sua imposuit. negant ex decreto epicuri fecisse quod sibi gulam pre-
secuit. Alii dementiam uideri uolunt factum hoc eius. alii temeritatem
Ille interim beatus ac plenus bona conscientia reddidit sibi testimonium pre-
cedens uita laudabilis que eius etatis in portu et ad hanc horam uite
acte quietem. Et dixit quod uos inuiti audistis, quasi uobis quoque faciendum
sit uixi et que dederat cursum fortuna peregi

De alterius uita de alterius morte disputatis et ad nomen ma-
gnorum ob aliquam eximiam laudem uirorum sicut ad occursum igno-
torum hominum minuti canes latratis. Expedit enim uobis neminem uideri
bonum, quasi aliena uirtus exprobatio delictorum omnium sit. Inuidi sple-
dida cum sordibus uestris confertis. Nec intelligitis quanto id uestro de-
trimento audiatis. Nam si illi qui uirtutem sequuntur auari libidinosi
ambitiosique sunt quid uos estis quibus ipsum nomen uirtutis odio est.
Negatis quemquam prestare quod loquitur. Nec ad exemplar orationis sue ui-
uere. Quid mirum cum loquantur fortia ingentia omnes humanas tempesta-
tes euadentia cum refigere se crucibus conentur in quas unusquisque
uestrum clauos suos ipse adigit ad supplicium. tamen acti stipitibus singulis
pendent. Hii qui in se ipsi animum aduertunt quot cupiditatibus tot crucibus
distrahuntur. Et maledici in alienam contumeliam uenusti sunt. Crederem
illis hoc uacare nisi quidam ex patibulo suos spectatores conspuerent.
Non prestant philosophi que loquuntur. multum tamen prestant quod loquuntur quod
honesta mente concipiunt. Nam quidem si et paria dictis agerent.

Scilicet ipsi non possunt et tunc sequi reptabundo pro posse

fortissimum

Deprecatio quia bonis detrahat mali

quid esset illo beatius. Interim non est quod contempnas bona verba et bonis cogitationibus plena precordia. Studiorum salutarium etiam citra effectum laudanda tractatio est. Quid mirum si non ascendunt in altum ardua aggressi. Sed virtutes suspice, etiam si decidunt magna conantes generosa res est respicientes non ad suas sed ad nature sue vires conari alta temptare et mente maiora concipere quam etiam ingenti animo adornatis effici possit.

Qui sibi hoc proposuit: ego mortem eodem vultu audiam quo videbo. Ego laboribus quantiscumque illi erunt parebo animo fulciens corpus. Ego divitias et presentes et absentes contempnam, nec si alicubi iacebunt tristior, nec si circa me fulgebunt animosior. Ego fortunam nec venientem sentiam nec recedentem. Ego terras omnes tamquam meas videbo, meas tamquam omnium. Ego sic vivam quasi sciam aliis me natum et nature rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius genere negotium meum agere potuit? Unum me donavit omnibus, uni michi omnes. Quicquid habebo nec sordide custodiam nec prodige spargam. Nichil magis possidere me credam quam bene donata, non numero nec pondere beneficia nec ulla nisi accipientis estimatione pendam. Numquam id michi multum erit quod dignus accipiet. Nichil opinionis causa, omnia conscientie faciam. Populo spectante fieri credam quicquid michi conscio faciam. Edendi erit bibendique finis desideria nature restringere, non implere alvum et exinanire. Ego amicis iocundus, inimicis mitis et facilis. Exorabor antequam roger, honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam et presides deos. Hos supra me circaque me stare factorum dictorumque censores. Quandocumque autem natura spiritum repetet aut ratio dimittet, testatus exibo bona me conscientiam amasse, bona studia, nullius per me libertatem deminutam, a nemine meam. Qui hoc facere proponet volet temptabit, ad deos iter faciet. Nec ille etiam si non tenuerit, magnis tamen excidit ausis.

Vos quidem quod virtutem cultoremque eius odistis nichil novi facitis. Nam et solem et lumina egra formidant, et adversantur omne splendidum nocturna animalia que ad primum eius ortum stupent et latibula sua passim petunt, abducunt in aliquas rimas timida lucis. Gemite et infelicem linguam bonis exercete, hiatus instate, commordete. Citius multo frangetis dentes quam imprimetis. Quare ille philosophie studiosus est et tam dives vitam agit? Quare opes contempnendas dicit et habet, vitam contempnendam putat et tamen vivit, valitudinem contempnendam et tamen illam diligentissime tuetur atque optimam mavult, et exilium nomen vanum putat et ait: Quid est enim mali mutare regiones? et tamen si licet senescit patria, et inter longius tempus et

breuiter michil interesse indicat. tamen si michil prohibet extendit se-
nectutem et in multa senectute placide viuit.
At ista debeat (sapiente) continere non ne habeat sed ne sollicitus habeat. non
abigit illa a se sed abeuncia securus prosequitur. Diuicias quidem
ubi tucius fortuna deponat quam ibi unde sine querela reddentis re-
ceptura est. M. cato cum laudaret curium et coruncanium et seculum illud
in quo crimen erat (paucae) plane argentula mille possidebat ipse qua-
dragies sextercium minus sine dubio quam crassus plus quam censorius
cato. Maiore spacio si comparentur proauum vicerat quam a crasso vin-
ceretur. et si maiores illi obuenissent. et si maiores illi obuenissent o-
pes non spreuisset. nec enim se sapiens indignum ullis muneribus for-
tuitis putat. non amat diuicias sed mauult. non in animum illas
sed in domum recipit nec respuit possessas sed continet. Et maiorem vir-
tutis sue materiam subministrari vult. Quid autem dubii est quin
hec maior materia sapienti viro animi explicandi sui in diuiciis sit
temperancia et liberalitas et diligencia et disposicio et magnificencia cam-
pum habeat patentem. Non contemnet se sapiens eciam si fuerit mi-
nime stature esse tamen se procerum volet et exilis corpore aut amisso ocu-
lo valebit. malet tamen sibi corporis esse robur. Et hoc ita ut sciat esse
aliud in se valencius. malam valitudinem tollerabit. bonam optabit.
Quedam enim eciam si in summam rei parua sint ut et subduci sine ruina
principalis boni possunt adiciunt tamen aliquid ad perpetuam leticiam et ex
virtute nascentem. sic illum afficiunt diuicie et exhilarant ut nauigantem
secundus et ferens ventus ut dies bonus et in bruma ac frigore apricus
locus. Quis porro sapientum nostrorum dico quibus unum est bonum virtus ne-
gat eciam que in differencia ~~vocamus~~ habere et in se aliquid precii et alia
aliis esse potiora. Quibusdam ex hiis tribuitur aliquid honoris quibusdam
multum. ne erres itaque inter potiora diuicie sunt.
Quid ergo inquis me derides cum eundem locum apud te habeant
que apud me. Vis scire quam non habeant eundem locum michi di-
uicie si affluxerint nichil auferent nisi semetipsas. tu stupebis et vi-
deberis tibi sine te relictus si ille a te recesserint. Apud me diuicie
aliquem locum habent. apud te summum ac postremum. Diuicie mee sunt.
tu diuiciarum es. Desine ergo philosophis pecuniam interdicere. Nemo sapienciam
paupertate dampnauit. Habebit philosophus amplas opes. sed nulli detrac-
tas nec alieno sanguine cruentas sine cuiusquam iniuria partas sine sor-
didis questibus quarum tam honestus sit exitus quam introitus quibus
nemo ingemescat nisi malignus. In quantum vis exagera illas honeste
sunt in quibus cum multa sint que quisque sua dicere velit nichil
est quod quisquam possit suum dicere. Ille vero fortune benignitatem

l. ab eo nimirum ac co- forum ac non esse sobrium [illegible]

cum in paupertate vero hoc unum genus virtutis sit non inclinari nec deprimi in diuiciis et temperancia

l. al. contemnet

l. amenus

a se non summovebit. Et patrimonio honeste quesito nec gloria
bitur nec erubescet. habebit tamen eciam quo glorietur si aperta do
mo et admissa in res suas civitate poterit dicere quod quisque agno
f. quod quisque agnoverit suum tollat — verit tollat. O magnum virum et optime divitem si post hanc vocem
tantundem habuerit / ita dico si tuto et securus scrutacionem populo pre
buerit si nichil quisquam apud illum invenerit quo manus iniciat
audacter et propalam erit dives. Si sapiens nullum denarium intra
limen suum admittet male intrantem. Idem magnas opes mu
nus fortune fructumque virtutis non repudiabit nec excludet. Quid
enim est quare illis bono loco invideat. veniant hospitentur. nec
iactabit illas nec abscondet / alterum infruniti animi est. alterum timi
di et pusilli velud magnum bonum intra sinum continentis. Nec dixi ut
eiciat illas e domo. Quid enim dicet utrum ne inutiles estis / an ego
uti divitiis nescio. Quemadmodum eciam si pedibus suis poterit
iter conficere ascendere tamen vehiculum malet sic pauper si pote
rit esse dives volet. habebit itaque opes. sed tamquam leves et avo
laturas nec ulli alii nec sibi graves esse patietur.

XX[i] q̄ donat — Quid donabit / erexistis aures / quid expeditis sinum. Donabit
aut bonis / aut eis quos facere poterit bonos. Donabit cum
summo consilio dignissimos eligens ut qui meminerit tam expensorum quam
acceptorum racionem esse reddendam. donabit ex recta et probabili causa
Nam inter turpes iacturas malum munus est. habebit sinum facilem
non perforatum ex quo multa exeant / et nichil excidat. Errat si quis ex
istimat facilem rem esse donare. plurimum ista res habet difficultatis.
Si modo consilio tribuitur / non casu et impetu spargitur. Hunc promereor /
illi reddo huic succurro huius misereor / illum instruo dignum quem
non deducat paupertas / nec occupatum teneat. Quibusdam non dabo
quamvis desit / quia eciam si dedero erit defuturum / quibusdam offeram.
quibusdam eciam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens. Num
quam magis nomina facio / quam cum dono. Quid / tu inquis / recepturus donas?
Seipso pulcra — Ymo non perditurus. Eo loco sit donacio unde repeti non debeat.
reddi possit. Beneficium collocetur quemadmodum thezaurus alte obru
tus quem non eruas nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa di
vitis viri / quantam habet beneficiendi materiam. Quid enim liberali
tatem tantum ad togatos vocat. Hominibus prodesse natura iubet / et servi
liberi ne sint. hii ingenui / an libertini iuste libertatis / an inter
\+ amicos date / quid refert / ubicumque homo est ibi beneficio locus.
f. liberalitas — Potest itaque pecuniam eciam intra limen suum diffundere et liberalitatem exer
cere que non quia liberis debetur / sed quia a libero animo proficiscitur ita nominata

est hoc apud sapientem. Alter unguem in turpes indignosque impingit
nec unquam ita defatigata erat ut non quotiens digitum inveniret qui
ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis que honeste fortiter
animose a studiosis sapientie dicuntur.

Et hoc primum attendite aliud esse studiosum sapientie aliud iam adeptum sapientiam. Ille tibi dicet optime loquor sed adhuc inter mala volutor plurima. Non est quod me ad formulam meam exigas cum maxime facio me et formo et ad exemplar ingens attollo. Si processero quantum proposui exige ut dictis facta respondeant. Adsecutus vero humani boni summam aliter tecum aget et dicet. primum non est quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam. michi iam quod argumentum est recti contigit malis displicere.

Sed ut tibi rationem reddam quare nulli mortalium invideo audi quid promittam et quanti quaeque extimem. Divitias nego bonum esse nam si essent bonos facerent. Nunc quod apud malos deprehenditur dici bonum non potest. hoc illis nomen nego. Ceterum et habendas esse et utiles et magna commoda vite conferentes fateor.

Quid ergo est quare illas non in bonis numerem et quid praestem in illis aliud quam vos cum inter utrosque conveniat habendas audite. Pone in opulentissima me domo. pone aurum argentumque in promiscuo usu sit. non suspiciam me ob ista que etiam si apud me extra me tamen sunt. In sublicium pontem me transfer et inter egentes abige non ideo tamen me despiciam quod in illorum numero consedero qui manum ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem an frustum panis desit cui non deest mori posse. Quid est ergo domum illam splendidam malo quam pontem. Pone in instrumentis splendentibus et delicato apparatu nichilo me feliciorem credam quod michi molle erit amiculum quod purpura conviviis meis substernetur. multas magnas meas nichilo miserior ero si lassa cervix mea in manipulo feni acquiescet, si super circense tomentum per sarturas veteris lintei effluens incubabo. Quid ergo est malo quid animus meus sit ostendere praetextatus et causiatus quam nudis scapulis aut sententiis omnes michi ex voto dedicant. Omne gratulationes prioribus subterrant non ob hoc michi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis. Hinc illinc percutiatur animus damno luctu incursionibus variis nulla hora sine querela sit. Non ideo me dicam inter miserrima miserrimum non ideo aliquem execrabor diem. provisum est enim a me ne quis michi ater dies esset. Quid ergo est malo gaudia temperare quam dolores compescere. hoc tibi ille

Socrates dicet / fac me victorem universarum gentium · delicatus ille
liberi currus triumphantem usque ad thebas a solis ortu vehat / iura
reges persarum petant · me hominem esse maxime cogitabo · cum deus
undique consultabor · Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus pre-
cipitem mutationem · alienum imponar ferculum exornaturus victoris su-
perbi ac feri pompam / non humilior sub alieno curru agar quam in meo
steteram · Quid ergo est / vincere tamen quam capi malo / totum fortune regnum
despiciam / sed ex illo / si dabitur electio meliora sumam · Quicquid ad
me venerit bonum fiet / sed malo faciliora ac iocundiora veniant et
minus vexatura tractantem · Non est enim / quod existimes ullam sine la-
bore virtutem / sed quedam virtutes stimulis / quedam frenis egent
quemadmodum corpus in proclivi retinere debet animus in ardua impelli
ita quedam virtutes in proclivi sunt / quedam clivum subeunt · an dubium sit quin
ascendat et nitatur obluctetur paciencia fortitudo perseverancia et quecumque
alia duris opposita virtus est / et fortunam subigit · Quid ergo / non eque
manifestum est per devexum ire · liberalitatem temperanciam magnitudinem ·
In his continemus animum / ne prolabatur / in illis exhortamur incitamusque acerri-
me / Ergo paupertati adhibebimus illas que impugnare sciunt fortiores
/ divitiis illas diligenciores que suspensum gradum ponunt / et pondus suum
sustinent / Cum hoc ita divisum sit · malo has in usu mihi esse · que exercende
tranquillius sunt / quam eas quarum experimentum sanguis et sudor est ·

Ergo non ego aliter vivo / quam loquor / sed vos aliter au-
ditis / sonus tantum verborum ad aures vestras pervenit / quod significet
non queritis · Quid ergo inter me stultum et te sapientem interest / si uterque
habere volumus plurimum / divitie enim apud sapientem virum in servitute
sunt · apud stultum in imperio · Sapiens divitiis nichil permittit · vobis divi-
cie omnia / vos tamquam aliquis eternam possessionem vobis promiserit assuescitis
illis et heretis / sapiens tunc paupertatem maxime meditatur cum in mediis
divitiis constitit · Numquam imperator ita paci credit / ut non se preparet
bello / quod etiam si non geritur indictum est / vos domus formosa tamquam
nec ardere / nec ruere possit · insolentes vos opes tamquam pericu-
lum omne transcenderint maioresque sint vobis quam quibus consumendis
satis virium habeat fortuna / obstupefaciunt / ociosi divitiis luditis
/ nec providetis illarum periculum / sicut barbari plerumque inclusi et
ignari machinarum segnes labores obsidentium spectant · nec quo
illa pertinenda nec ex longinquo struuntur intelligunt · Idem vobis
evenit / marcetis in vestris rebus nec cogitatis quot casus
undique immineant iam iamque preciosa spolia laturi / Sapienti quisquis
abstulerit divitias omnia illi sua relinquet / vivit enim

s. magis volo

s. plus volo

s. corpus tamquam in proclivi positum retinendum, animus ac impellendum ut ascendat [illegible]

[illegible]

xxv

presentibus letus futuris securus. Nichil magis Sor. ille inquit
aut aliquis alius cui idem ius adversus humana atque eadem
potestas est. Persuasi michi terga me ad opiniones vestras actu vite
me flecterem. Volite conferre undique verba non quiritari vos
putabo sed vagire velud infantes miserrimos ¶ ¶ — xxvi
Hec dicet ille cui (sapientis) sapientia contingit que animus viciorum immunis
increpare alios non quia odit sed in remedium iubet. (sapiens) Adiciet — al. odit
hiis: illa existimatio me vestra non meo nomine sed vestro movet: quia — eiuratio
calamitatis est odisse et lacessere virtutem bone spei (effusio) eiuratio est. Nul-
lam michi iniuriam facitis: sed (nec) diis qui aras evertunt. Sed malum
propositum apparet malumque consilium etiam ibi ubi nocere non potuit. Sic — nocere
vestras allucinationes fero. Quemadmodum Iupiter optimus maximus — al. illi
ineptias poetarum: quorum alius illi alas imposuit alius cornua — Opiniones poetarum de Iove
alius adulterum illum induxerit et abnoctantem alius sevum in deos alius
iniquum in homines alius raptorem ingenuorum corruptorem et cognatorum
quidem alius parricidam et regni alieni paternique expugnatorem.
Quibus nichil aliud actum est quam ut pudor hominibus peccandi de-
meretur si tales deos credidissent. Sed quamquam ista me nichil ledant vestra
tamen vos moneo causa: suspicite virtutem credite hiis qui illam diu secu-
ti magnum quiddam ipsos et quod (et de die in diem) in dies maius appareat sequi
clamant et ipsam ut deos et professores eius et antistites colite et
quotiens mentio sacrarum litterarum intervenerit favete linguis. Hoc — s. i. silentium servate nec quod lingue faveat silentium servatis
verbum non ut plerique existimant a favore trahitur sed imperatur silen-
tium ut rite peragi possit sacrum nulla voce mala obstrepente. quod
multo magis necessarium est imperari vobis ut quotiens aliquid ex illo pro-
fertur oraculo intenti et compressa voce audiatis. Cum sistrum aliquis
concutiens ex imperio mentitur cum aliquis secandi lacertos suos ar-
tifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat cum aliqua
genibus per viam repens ululat laurumque linteatus senex et medio
lucerna die preferens conclamat iratum aliquem deorum concurritis et auditis
ac divinum esse eum invicem mutuum alentes stuporem affirmatis. Ecce
Socrates ex illo carcere quem intrando purgavit omnique honestiorem curia
reddidit proclamat quis iste furor que ista inimica diis hominibusque
natura infamare virtutes et malignis sermonibus sancta violare. Si pote-
stis bonos laudate si minus transite. Quod si vobis exercere tetram — exerce
istam licentiam placet alter in alterum incursitate. Nam cum in celum
insanitis non dico sacrilegium facitis sed operam perditis. — al. iocos
Prebui ego aliquando Aristophani (iocorum) materiam iocorum tota illa
qui deridebat sapientiam et viros sapientes

comitiorum poetarum manet in me / venenatos sales suos effudit. Il-
lustrata est virtus mea per ea ipsa per que petebatur / produci enim illi
et temptari expedit / nec ulli magis intelligunt quanta sit quam qui
vires eius lacessendo senserunt. Duritia silicis nullis magis quam feri-
entibus nota est. Prebeo me non aliter quam rupes aliqua in vadoso
mari destituta, quam fluctus non desinunt undecumque moti sunt verberare.
nec ideo aut loco eam movent aut per tot etates crebro incursu suo
consumunt / assilite facite impetum ferendo vos vincam. In ea que firma
et inexpugnabilia sunt quicquid incurrit in malo suo vim suam exercet.

Proinde querite aliquam mollem cedentemque materiam in qua tela
xxvii vestra figantur. Vobis autem vacat aliena scrutari mala et sente-
ntias ferre de quoquam. Quare hic philosophus laxius habitat? quare
hic lautius cenat? papulas observatis alienas / obsiti plurimis
ulceribus. Hoc tale est quale si quis pulcerrimorum corporum nevos
aut verrucas derideat quem fera scabies depascitur. Obicite Pla-
toni quod petierit pecuniam / Aristotili quod acceperit / Democrito quod negle-
xerit / Epicuro quod consumpserit / michi ipsi Alcibiadem et Phedrum obiectate.
O vos usu maxime felices, cum primum vobis imitari vitia nostra contigerit.
Quin potius mala vestra circumspicitis, que vos ab omni parte confodiunt.
alia grassantia extrinsecus alia in visceribus ipsis ardentia. non eo lo-
co res humane sunt, etiam si statum vestrum parum nostis, ut vobis tantum otium su-
persit, ut in probra meliorum agitare linguam vacet. Hoc vos non intelli-
gitis et alienum fortune vestre vultum geritis, sicut plurimi quibus in circo
aut theatro desidentibus iam funesta domus est nec adnuntiatum
malum. At ego ex alto prospiciens video que tempestates aut im-
mineant vobis / paulo tardius rupture nimbum suum, aut iam vicine
ut vos ac vestra rapture propius accesserint.

Quid porro? non nunc quoque etiam si parum sentitis turbo quidam
xxviii animos vestros rotat et involvit fugientes petentesque eadem et
nunc in sublime allevatos nunc in infima allisos. Cur nobis ma-
gno consensu vitia commendant. licet nichil aliud quod sit salutare
temptemus / proderit tamen per se ipsum secedere / meliores erimus singuli.
Quid quod secedere ad optimos viros et aliquod exemplum eligere ad quod
vitam dirigamus licet. Quod nisi in otio non fit. tunc potest obtinere quod semel
placuit ubi nemo intervenit, qui iudicium adhuc imbecillum populo
adiutore detorqueat. tunc potest equali vita et uno tenore procedere
quam propositis diversissimis scindimus. Nam inter cetera mala illud
Nota pessimum est quod vitia ipsa mutamus. Sine hoc quidem nobis contingit

perseverare in malo iam familiari / aliud ex alio placet vexat
nos. Hoc quoque quod iudicia nostra non tantum prava sed etiam levia sunt.
fluctuamus aliudque ex alio comprehendimus. petita relinquimus. reli
cta repetimus. Alterne inter cupiditatem nostram et penitentiam vi
ces sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudiciis. Et id optimum
nobis videtur quod petitores laudatoresque multos habet. Non id
quod laudandum petendumque est. nec viam bonam ac malam per se
extimamus sed turbam vestigiorum in quibus nulla sunt redeuntium.
Dices michi quid agis Seneca deseris partes. Certe stoici
vestri dicunt / usque ad ultimum vite finem in actu erimus. non desi
nemus communi bono operam dare. adiuvare singulos / opem ferre
etiam inimicis senili manu. / nos sumus qui nullis annis vacationem
damus / et quod ait ille vir disertissimus canitiem galea premimus. nos
sumus apud quos usque eo nichil ante mortem ociosum est. ut si res
patitur non sit ipsa mors ociosa. / Quid nobis epycuri precepta
in ipsis zenonis principiis loqueris. quin tu bene naviter si partium
piget / transfugis potius quam prodis. Hoc tibi in presentia respondebo.
numquid vis amplius quam ut me similem ducibus meis prestem.
Quid ergo est non quo miserint me illi sed quo duxerint ibo. Nunc pro
bo tibi non desciscere me a preceptis stoicorum. Nam nec ipsi quidem
a suis desciverunt. et tamen excusatissimus essem etiam si non pre
cepta illorum sequerer. sed exempla.

Hoc quod dico in duas dividam partes. primum ut possit aliquis
vel a prima etate contemplationi veritatis totum se tradere / rationem
vivendi querere atque exercere secreto. Deinde ut possit hoc aliquis
emeritis iam stipendiis profligate etatis iure optimo facere. et xxx
ad alios actus animos referre / virginum vestalium more. que
annis inter officia divisis discunt facere sacra / et cum didicerunt docent.
Hoc stoicis quoque placere ostendam / non quia michi legem dixerim
nichil contra dictum zenonis crisippive committere / sed quia res ipsa patitur
me ire in illorum sententiam / quia si quis semper unius sequitur non
in curia sed in factione est. Utinam quidem iam tenerentur omnia et in aperto
confessa veritas esset. nichilque ex decretis mutaremus. Nunc veritatem
cum eis ipsis qui docent querimus. Due maxime et in hac re dis
sident secte epycureorum et stoicorum sed utraque ad otium diversa via
mittit. Epycurus ait. Non accedet ad rem publicam sapiens nisi si quid

XC

intervenerit / Zenon dicit accedet ad re pub. nisi si quid

impedierit. Alter vero otium ex proposito petit, al. ex causa. Causa autem illa
occultata / late patet si res publica corruptior est quam adiuvari possit, si obscurata
est malis, non nitetur sapiens in supervacuum nec se nihil profuturus
Nota / impendet, si parum habebit auctoritatis aut virium, nec illum erit
admissura res publica, si valitudo illum impediet. Quomodo navem quassatam
non deduceret in mare, quomodo nomen in milicia non daret debilis,
sic ad iter aditum quod inhabile sciet non accedet. Potest ergo et ille cui
omnia adhuc in integro sunt, antequam ullas experiatur tempestates,
in tuto subsistere et protinus commendare se bonis artibus et illud
beatum otium exigere virtutum cultor, que exerceri etiam quietissimis
Nota bene / possunt. Hoc nempe ab homine exigitur ut prosit hominibus si fieri potest
multis, si minus paucis, si minus proximis, si minus sibi. Nam
cum se utilem ceteris efficit, commune agit negotium. Quo modo qui se dete-
Nota / riorem facit non sibi tantummodo nocet sed etiam omnibus eis quibus melior
factus prodesse potuisset, sic si quis bene de se meretur hoc ipso ali-
is prodest quod illis profuturum parat.

Duas respublicas animo complectamur, alteram magnam et vere
publicam, qua dii atque homines continentur, in qua non ad hunc
xxxi / angulum respicimus aut ad illum sed terminos civitatis nostre cum sole
q. d. complectamur nostre rei publice totum mundum / metimur. Alteram cui nos adscripsit condicio nascendi. Hec aut
atheniensium erit aut carthaginensium aut alterius alicuius urbis
que non ad omnes pertineat homines sed ad certos. Quidam eodem tempore
utrique rei publice dant operam maiori minori ve. Quidam tantum minori,
quidam tantum maiori. Huic maiori rei publice et in otio deservire
posse ei deservire / possumus, immo vero nescio an in otio melius, ut queramus quid
sit virtus, una plures ne sint, natura an ars bonos viros fa-
ciat, unum sit hoc quod maria terrasque et maria a terris inserta
complectitur, an multa eiusmodi corpora deus sparserit. Continua
sit omnis et plena materia ex qua cuncta gignuntur, an diducta
et solidis inane permixtum sit, deus sedens opus suum spectet an
tractet, utrum ne extra secus illi circumfusus sit an toti inditus,
immortalis sit mundus an inter caduca et ad tempus nata nume-
randus. Hec qui contemplatur, quid deo prestat? Ne tanta eius
opera sine teste sint. Solemus dicere summum bonum esse secundum naturam
vivere; natura nos ad utrumque genuit, et contemplationi rerum et actioni.

xxxii / Nunc probemus quod prius diximus. Quid porro? Hoc non erit
probatum, si se unusquisque consuluerit, quantam cupiditatem ha-

beat ignota noscendi / quam ad omnes fabulas excitet. Navigat
quidam / et labores peregrinationis longissime una mercede perpetiuntur
cognoscendi aliquid abditum remotumque. Hec res ad spectacula
rerum populos contraxit / hoc cogit preclusa rimari / secretiora ex-
quirere / antiquitates evolvere / mores barbarum audire gentium. Cu-
riosum nobis natura ingenium dedit / et artis sibi ac pulcritudinis
sue conscie spectatores / nos tantis rerum spectaculis genuit perditu-
ra fructum sui / si tam magna / tam clara / tam subtiliter ducta /
tam nitida / et non uno genere formosa solitudini ostenderet. Ut scias
illam spectari voluisse / non tantum aspici / vide quem nobis locum dederit
/ in media nos sui parte constituit / et circumspectum omnium nobis dedit.
/ nec erexit tantummodo hominem / sed etiam ad contemplationem factum / ut ab ortu si-
dera in occasum labentia prosequi posset / et vultum suum circumferre
cum toto. sublime fecit illi caput / et collo flexibili imposuit / Deinde
sena per diem sena per noctem signa perduxit / nulla non parte sui expli-
cuit / ut per hec que obtulerat oculis eius / cupiditatem faceret etiam cete-
rorum / Nec enim omnia / nec tanta visimus quanta sunt / sed acies nostra
/ aperit sibi investigandi viam / et fundamenta vera iacit / ut inquisitio
transeat ex apertis in obscura / et aliquid ipso mundo inveniat anti-
quius / unde ista sydera exierint / quis fuerit universi status / antequam
singula in partes descenderent. Que ratio / mersa et confusa didu-
xerit / Quis loca rebus assignaverit / Sua parte natura gravia descen-
derint / et volaverint levia / an preter nisum pondus corporum al-
tior aliqua vis legem singulis dixerit / an illud verum sit quod maxime
probat / homines divini spiritus esse / partem ac veluti scintillas
quasdam sacrarum in terram desiluisse / atque ex alieno heisse. Cogitatio
nostra / celi munimenta perrumpit / nec contempta est id quod ostenditur
scire. Illud inquit scrutor / quod ultra mundum iacet / utrum ne pro-
funda vastitas sit / an et hoc ipsum terminis suis claudatur. Qualis
sit habitus exclusis / in forma confusa sint / an in omnem partem
tantundem loci obtinentia / an et illa in aliquem cultum descripta sint.
Huic coherant mundo / an longe ab hoc secesserit / et hic in vacuo
volutentur. Individua sint per que struitur omne quod natum futurumque
est / an continua eorum materia sit / et totum mutabilis. Utrum contraria
inter se elementa sint / an non pugnent / sed per diversa conspirent.
Ad hec querenda natus / extima / quam non multum acceperit temporis

etiam si illud totum sibi vendicat / cum liceat michi fatalitate cepi / in
chil negligentia patiatur exitum. licet horas suas avarissime servet.
eiusque in ultimum etatis humane terminos procedat. Nec umquam ille
ex eo quod natura constituit / fortuna quatiat / tamen homo ad inmorta
lium cognitionem nimis mortalis est. Ergo secundum naturam vivo / si to
tum me illi dedi / si illius admirator / cultorque sum. Natura autem utrumque
facere me voluit / et agere / et contemplationi vacare / utrumque facio. quoniam
ne contemplatio quidem sine actione est.

Sed refert inquis an ad hanc voluptatis causa accesserit. nichil aliud
ex illa petens quam assiduam contemplationem / sine exitu est. Est
enim dulcis et habet illecebras suas. Adversus hoc tibi respondeo. eque
refert quo animo civilem agas vitam. An inquietus semper sis nec
umquam sumas illud tempus quo ab humanis ad divina respicias
sicut res appetere sine ullo virtutum amore / et sine cultu ingenii ac
nudas edere operas minime probabile est. Commisceri enim ista inter se bo
num est. in otium sine actu proiecta virtus imperfectum id quod didicit
ostendere. Quis negat illam debere profectus suos in opere temptare.
Nec tamen quid faciendum sit cogitare / sed etiam aliquando manum exer
cere et ea que meditata sunt ad verum perducere / quid si per ipsum sapien
tem non est mora. si non actor deest sed agenda desunt. hoc quid
illi secum esse permittes. quo animo ad otium sapiens secedit ut sciat
quoque ea acturum per que posteris prosit. Nos certe sumus qui dicimus
et Zenonem et crisippum maiora egisse quam si duxissent exercitus ges
sissent honores leges tulissent. quas non uni civitati sed toti humano
generi tulerunt. Quid est ergo quare tale otium non conveniat bono viro
per quod futura secula ordinet / nec apud paucos contionetur. sed
apud omnes omnium gentium homines quique sunt. Ad summam quero
an ex preceptis suis vixerint cleantes et crisippus et zenon. Non
dubie respondebis sic illos vixisse quemadmodum dixerat esse vivendum / Atqui nemo illorum rempublicam administravit. Non fuit inquis illis
aut ea fortuna. aut dignitas ea que admitti ad publicarum rerum
tractationem solet / sed et idem nichilominus non segnem egere vitam /
invenerunt quemadmodum plus quies illorum hominibus prodesset
quam aliorum discursus et sudor. Ergo nichilominus hii multum egisse
visi sunt quamvis publice nichil agerent.

Preterea tria genera sunt vite inter que quod sit optimum
queri solet. Unum voluptati vacat. Alterum contemplationi

Tertium actiuum. Primum quod deposita contemplatione deposito quoque odio
quod implacabile est diuersa sequentibus indiximus videamus
an hec omnia ad idem sub alio atque alio titulo perueniant. nec ille qui voluptatem probat sine contemplatione est nec ille qui se contemplationi inserit sine voluptate est nec ille cuius vita
cuius vita actionibus destinata est sine contemplatione. Plurimum
inquis discriminis est. utrum aliqua res propositum sit. an propositi alterius
accessio sit. Sane grande discrimen tamen alterum sine altero non est. nec
ille sine actione contemplatur. nec iste sine contemplatione agit. nec
ille tercius de quo male existimare consensimus voluptatem inhertem
probat. sed eam quam ratione efficit firmam sibi. Ita et hec ipsa
voluptaria secta in actu est. Quidni in actu est cum ipse dicat Epy
curus aliquando se recessurum a voluptate. dolorem etiam appetiturum.
Si aut voluptati imminebit penitentia aut dolor minor pro gra
viore sumetur. Quid pertinet hec dicere. ut appareat contemplationem
placere omnibus. alii petunt illam. nobis statio hec non portus est.
Adice nunc huc quod de lege Crisippi viuere ocioso licet. non dico ut
ocium patiatur sed ut eligat. Negant nostri sapientem ad qualibet
rem publicam accessurum. Quid autem interest quo sapiens ad ocium veniat.
utrum quia respublica ei deest. an quia ipse rei publice. Si omnibus futura
respublica est semper autem deerit fastidiose querentibus. Interrogo ad quam rem
publicam sapiens sit accessurus. ad athenientium in qua Socrates damnatur.
Aristotiles ne damnaretur fugit. in qua opprimit inuidia virtutes.
Negabis michi accessurum in hanc rem publicam sapientem. ad cartaginentium
ergo rem publicam sapiens accedit. in qua continua sedicio et optimo cuique
infesta libertas est summa equi ac boni vilitas aduersus hostes inhu
mana crudelitas. etiam aduersus suos hostilis. et hanc fugiet.
Si percensere singula voluero nulla inueniam que sapientem aut
quam sapiens pati possit. Quod si non inuenitur illa respublica quam
nobis fingimus incipit omnibus esse ocium necessarium quia quod unum preferri
poterat ocio nusquam est. Si quis dicit optimum esse nauigare.
deinde negat nauigandum in eo mari in quo naufragia fieri soleant
et frequenter subite tempestates sint que rectorem in contrarium
rapiant. puto hic potius me vetat nauem soluere quam lau
det nauigationem :-

Explicit liber Senece de vita beata.

Deo gratias.

Incipit liber primus de Ira ad Novatum. Rubrica.

Exegisti a me Novate ut scriberem quemadmodum
posset ira leniri / nec immerito michi videris hunc
precipue affectum pertimuisse / maxime ex omnibus te-
trum ac rabidum. Ceteris enim aliquid quieti pla-
cidique inest. hic totus concitatus et in impetu est doloris
armorum sanguinis suppliciorum / minime humana furens cupiditate
dum alteri noceat sui negligens in ipsa irruens tela. et ultionis secum
al. i. retractare — multum extracture avidus. Quidam itaque ex sapientibus viris iram
dixerunt brevem insaniam. eque enim impotens sui est decoris oblita ne-
cessitudinum immemor. In quod cepit pertinax et intenta rationi consiliisque
preclusa vanis agitata causis ad inspectum equi verique inhabilis ru-
inis simillima que super id quod oppressere franguntur. Ut scias autem non
esse sanos quos ira possedit / ipsum illorum habitum intuere. Nam ut fu-
rentium certa indicia sunt audax et minax vultus / tristis frons / tor-
va facies / citatusque gradus. Inquiete manus / color versus / crebra et
De hiis etiam vide in li. iii. c. ultimo. et li. iii. c. iii. — vehementius acta suspiria. Ita irascentium eadem signa sunt. flagrant et
micant oculi. multus ore toto rubor exestuante ab imis precordiis
sanguine. labra quatiuntur. dentes comprimuntur. horrent ac subriguntur capilli.
spiritus coactus ac stridens. articulorum se ipsos torquentium sonus. gemitus
mugitusque et parum explanatis vocibus sermo preruptus. et complose
sepius manus et pulsata humus pedibus. et totum concitum corpus / ma-
gnasque ire minas agens. feda visu et horrenda facies depravan-
tium se atque intumescentium. Nescias utrum magis detestabile vitium
sit / an deforme. Cetera licet abscondere et in abdito alere. Ira se pro-
fert et in faciem exit / quantoque maior hoc effervescit manifestius. Non
vides ut omnia animalia simul ad nocendum insurrexerunt / quo in eis pre-
currat note. ac tota corpora solitum quietumque egrediantur habitum et — egrende
feritatem suam exasperent. Spumant apris ora. dentes acuuntur
attritu. Thaurorum cornua iactantur in vacuum et arena pulsa spargitur.
Leones fremunt. inflantur irritatis colla serpentibus. Rapidorum canum
tristis aspectus est. nullum est animal tam horrendum tam perniciosumque natura
ut non appareat in illo si illud ira invasit nove feritatis accessio.

Nec ignoro ceteros quoque affectus vix occultari / libidinem me-
tumque et audaciam dare sui signa et posse prenosci. Nec enim ulla
vehementior intra cogitatio est que non moveatur in vultu. Quid
ergo interest quod alii affectus apparent hic eminet. Iam vero si effe-
ctus eius damnaque intueri velis nulla pestis humano generi plu-
ris stetit. Videbis cedes ac venena et reorum mutuas sordes — al. mutu

Huius primi libri intentionem potes in quinque partes dividere. In prima ire diffinitionem ponit et probat. In 2a ibi Contra utrumque probat iram in nullum animal aliud quam hominem cadere. In 3a ibi Quid esset quo ira distet ab iracundia et que sint ire species. In 4a ibi Nunc queramus probat iram non esse secundum hominis naturam. In 5a probat eam non esse utilem vel necessariam vel ex aliqua parte retinendam.

et urbium clades et totarum exitia gentium et principum sub civili
hasta capita venalia et subiectas tectis faces. Nec inter me-
nia coercitos ignes sed ingentia spatia regionum hostili flamma
relucentia. Aspice nobilissimarum civitatum fundamenta vix notabilia
has ira deiecit. Aspice solitudines per multa milia sine ha-
bitatione desertas. has ira exhausit. Aspice tot memorie proditos
duces mali exempla fati. alium ira in cubiculo suo confodit. alium inter
sacra mense iura percussit. alium inter leges celebrisque spectaculum fori
lancinavit. Alium filii parricidio dare sanguinem iussit. Alium servili ma-
nu regalem aperire iugulum. Alium in cruces membra diffindere. et adhuc
singulorum supplicia narro. Quid tibi si libuerit relictis in quos ira
viritim exarsit aspicere cesas gladio contiones et plebem immisso milite
contrucidatam et in perniciem promiscuam totos populos capitis damna-
tos. tamquam aut curam nostram deserentibus. aut auctoritatem contemnentibus.
Quid gladiatoribus. quare populus irascitur et tam inique ut iniuriam
putet. quod non libenter pereunt. contemni se iudicat et vultu gestu ar-
dore a spectatore in adversarium vertitur. Quod quidquid tale non est ira. sed
quasi ira. sicut puerorum qui si ceciderunt terram verberari volunt et sepe
nesciunt quid est cui irascantur. sed tamen irascuntur sine causa et sine iniuria
non tamen sine aliqua iniurie specie. non sine aliqua pene cupiditate.
Deluduntur itaque in imitatione plagarum et simulatis deprecantium lacri-
mis placantur et falsa ultione falsus dolor tollitur. Irascimur inquit
sepe non illis qui leserunt sed hiis qui lesuri sunt ut scias iram
non tantum ex iniuria nasci. verum etiam irasci nos lesuris. sed ipsa co-
gitatione nos ledunt et iniuriam qui facturus est iam facit. Ut scias
inquit non esse iram pene cupiditatem. infirmissimi sepe potentissimis
irascuntur nec penam concupiscunt quia non sperant. Primum diximus
cupiditatem esse pene non facultatem. concupiscunt autem homines et que
non possunt. Deinde nemo tam humilis est qui penam vel summi hominis
sperare non possit. ad nocendum potentes sumus. Aristotelis diffinitio
non multum a nostra abest. ait enim iram esse cupiditatem doloris repo-
nendi. Quid inter nostram et hanc diffinitionem intersit exequi longum est.

Contra utramque dicitur feras irasci nec iniuria irritatas nec
pena doloris non alieni causa. nam etiam si hec efficiunt non hec petunt.
Sed dicendum est feras ira carere et omnia preter hominem. Nam cum sit ini-
mica rationi nusquam tamen nascitur nisi ubi rationi locus est. Impetus
habent fere rabiem feritatem incursum. Iram quidem non magis
quam luxuriam et in quasdam voluptates intemperatiores homine sunt.

gende

Utrum ira in aliud animal quam hominem cadat et probat

Non est quod credas illi qui dicit. Non aper irasci meminit, non fidere cursu
Cerva nec armentis incurrere fortibus ursi. Irasci dicit incitari impingi.
Irasci quidem non magis sciunt quam ignoscere. Multa animalia humanis
affectibus carent. habent autem similes illis quosdam impulsus. alioquin
si amor in illis esset et odium esset. si amicitia et simultas. et dissensio et
concordia. Quorum aliqua in illis forte extant vestigia. Ceterum humanorum
pectorum propria bona malaque sunt. Nulli enim homini concessa prudentia est,
providentia, diligentia, cogitatio. nec tantum virtutibus humanis animalia
sed etiam viciis prohibita sunt. Tota illorum ut extra ita intra forma
humane dissimilis est. Regium est illud et principale aliter ductum, ut vox
est quidem, sed non explanabilis et perturbata, et verborum inefficax, ut
lingua sed devincta nec in motus varios soluta. Ita ipsum principale
parum subtile, parum exactum, capit ergo visus speciesque rerum quibus ad
impetus evocetur sed turbidas et confusas. Ex eo procursus illarum tumultusque
vehementes sunt. motus autem sollicitudinesque et tristicia et ira non sunt.
sed hiis quedam similia. ideo cito cadunt et mutantur in contrarium. et cum
acerrime seviunt expaveruntque. pascuntur. et ex fremitu discursuque
vesano statim quies soporque sequitur.

Quid est ira satis explicitum est. Quo distet ab iracundia apparet.
quo ebrius ab ebrioso et timens a timido. Iratus potest non esse
iracundus. iracundus non potest aliquando iratus non esse. Cetera que pluribus
apud grecos nominibus in species iram distinguunt. quia apud nos vo-
cabula sua non habent. preteribo. etiam si amarum nos acerbumque dicimus
nec minus stomachosum rabiosum clamosum difficilem asperum que
omnia irarum differentie sunt. Inter hos morosum ponas licet deli-
catum iracundie genus. quedam enim sunt ire que intra clamorem considant.
quedam non minus pertinaces quam frequentes. Quedam seve manu verbis
parciores. Quedam in verborum maledictorumque amaritudinem effuse.
Quedam ultra querelas et aversationes non exeunt. Quedam alte gra-
vesque sunt et introrsus verse. Mille alie species sunt mali multiplicis.
Quid esset ira quesitum est. an in ullum aliud animal quam in homi-
nem caderet. quo ab iracundia distaret, et que eius species essent.

Nunc queramus an ira secundum naturam sit an utilis atque ex aliqua parte
retinenda. An secundum naturam sit manifestum erit si hominem inspe-
xerimus. quo quid est mitius dum in recto animi habitu est. Quid
autem ira crudelius est? Homine quid amantius? Quid ira infestius?
Homo in adiutorium mutuum generatus est. Ira in exitium. Hic congregari
vult. illa discedere. Hic prodesse, illa nocere. Hic etiam ignotis suc-
currere. illa etiam carissimos petere. Hic aliorum commodis vel impende-

se paratus est. Illa in pericula dummodo deducat descendere. Quis
ergo magis naturam rerum ignorat quam qui optimo eius operi et
emendatissimo hoc ferum ac perniciosum vitium assignat. Ira ut diximus
avida pene est cuius cupiditatem esse pacatissimo hominis pectori mi-
nime secundum eius naturam est. Beneficiis autem humana vita constat et
concordia nec terrore sed mutuo amore in fructum auxiliumque commune s. al. in fedus
constringitur. Quid ergo non aliquando castigatio necessaria est. Sed hec sincera cum
ratione. Non enim nocet sed medetur specie nocendi. Quemadmodum quedam
astilia detorta ut corrigamus adurimus et adactis cuneis non ut
frangamus sed ut explicemus elidimus sic ingenia vitio prava do-
lore corporis animique corrigimus. Nempe medicus in levibus vitiis
exercitationibus temptat non multum ex quotidiana consuetudine inflectere et cibis et potio-
nibus ordinem imponere ac valitudinem tantum mutata vite disposi-
tione firmare. Proximum est ut medicus proficiat. Si modus et ordo
non proficit subducit aliqua et circumcidit. Si non adhuc quidem
respondet interdicit cibis et abstinentia corpus exonerat. Si frustra
molliora cesserunt ferit venam membrisque si adherentia nocent et mor-
bum diffundunt manus affert nec ulla dura videtur curatio cuius
salutaris effectus est. Ita legum presidem civitatisque rectorem decet
quamdiu potest verbis et mollibus hiis ingenia curare ut facienda
suadeat cupiditatemque honesto et equo conciliet animis faciatque vitiorum
odium pretium virtutis. Transeat deinde ad tristiorem orationem qua mo-
neat adhuc et exprobret. Novissime ad penas et has adhuc leves
et revocabiles decurrat. Ultima supplicia sceleribus ultimis ponat
ut nemo pereat nisi quem perire etiam pereuntis intersit. Hoc uno
medentibus erit dissimilis quod illi quibus vitam non potuerunt largiri
facilem exitum prestant. Hic damnatos cum dedecore et traductione vi-
tam exigit non quod delectetur ullius pena. Procul enim est a sapiente
tam inhumana feritas sed ut documentum omnium sint et qui vivi
noluerunt prodesse morte certe eorum res publica utatur. Non est ergo
natura hominis pene appetens. Ideo nec ira quidem secundum naturam hominis
quia pene appetens est. Et Platonis argumentum afferam. Quid enim nocet
alienis uti illa ex parte qua nostra sunt. Vir bonus inquit non ledit. No
Pena ledit. Bono ergo pena non convenit ob hoc nec ira quia pena ire con-
venit. Si vir bonus pena non gaudet non gaudebit nec eo quidem
affectu cui pena voluptati est. Ergo non est naturalis ira. C

Numquid quamvis non sit naturalis ira assumenda est quia uti-
lis sepe fuit. Extollit animos et incitat nec quicquam sine illa

magnificum in bello fortitudo erit? nunc hinc flamma subdita est et hic
stimulus peragitans misitque in pericula audaces. Optimum itaque qui-
dam putant temperare iram non tollere eoque detracto quod exundat
ad salutarem modum cogere. Id non retinere sine quo languebit
actio et vis aut vigor animi resolvetur. Primum facilius est ex-
cludere perniciosa quam regere et non admittere quam admissa moderari.
nam cum in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt nec recidi se
minuive patiuntur. Deinde ratio ipsa cui freni traduntur tam diu potens
est quam diu diducta ab affectibus est; si miscuit se illis et inquinavit non
potest continere quos summovere potuisset. Commota enim semel et excus-
sa mens ei servit quo impellitur. Quarundam rerum initia in nostra
potestate sunt. ulteriora nos in sua rapiunt nec regressum relinquunt.
ut in preceps datis corporibus nullum sui arbitrium est nec resi-
stere morarive deiecta potuerunt sed consilium omne et penitentiam
irrevocabilis precipitatio abscidit et non licet eo non pervenire quo
non ire licuisset. Ita animus si in iram amorem aliosque se proiecit
affectus non permittitur reprimere impetum rapiat illum oportet et ad ymum
agat suum pondus. Et vitiorum natura proclivis. optimum est primum
irritamentum ire protinus spernere ipsisque repugnare seminibus et
dare operam ne incidamus in iram. nam si cepit ferre transversos
difficilis ad salutem recursus est. quoniam nichil rationis est ubi semel
affectus inductus est iusque illi aliquod voluntate nostra datum est.
Faciet de cetero quantum volet non quantum permiseris. In finibus
hostis arcendus est. Nam cum intravit et portis se intulit modum a
captivis non accepit. Neque enim sepositus est animus et extrinsecus
speculatur affectus ut illos non patiatur ultra quam oportet procede-
re sed in affectum ipse mutatur. Ideoque non potest utilem illam vim et salu-
tarem proditam iam infirmatamque revocare. Non enim ut dixi se-
paratas ista sedes suas diductasque habent sed affectus et ratio
in melius peiusque mutatio animi est. Quomodo ergo ratio occupata et
oppressa vitiis resurget que ire cessit. aut quemadmodum a confu-
sione se liberabit in qua peiorum mixtura prevaluit. ¶
Sed quidam inquit in ira se continent. Utrum ergo ita nichil ut fa-
ciant eorum que ira dictat an ut aliquid. si nichil faciunt
apparet non esse ad actiones rerum necessariam iram quam vos quasi fortius
aliquid ratione habentem advocabatis. Denique interrogo valentior est
quam ratio an infirmior? Si valentior quomodo illi modum ratio ponere poterit

imponere tamen parem non imbecilliora non solent. Si infirmior est,
sine hoc ipsa ad rerum effectus sufficit ratio nec desiderat imbe-
cillioris auxilium. At irati quidam constant sibi et continent. Quando tamen
iam ira euanuit et sua sponte decedit, non tamen in ipso feruore; tunc
enim potentior est. Quid ergo? Non aliquando in ira quoque et dimittunt inco-
lumes intactosque quos oderunt et a nocendo abstinent? Faciunt. Quando?
Cum affectus repercussit affectum et aut metus et cupiditas aliquid im-
petrauit. Non rationis beneficio quieuit sed affectuum infida et
mala pace. Denique nichil habet in se utile nec acuit animum ad res
bellicas; numquam enim uirtus uitio adiuuanda est se contenta. Quotiens
impetu est opus, non irascitur sed exurgit et in quantum putauit opus
esse concitatur remittiturque, non aliter quam que tormentis exprimuntur
tela in potestate mittentis sunt in quantum torqueantur. Ira inquit A-
ristoteles necessaria est nec quicquam sine illa expugnari potest nisi illa im-
plet animum et spiritum accendit. Utendum ergo illa est non ut duce sed ut
milite. Quod falsum est. Nam si exaudit rationem sequiturque qua ducitur,
iam non est ira, cuius proprium est contumacia. Si uero repugnat et non
ubi iussa est quiescit sed libidine ferociaque prouehitur, tam inutilis
animi minister est quam miles qui signum receptui negligit. Itaque si
modum adhiberi sibi patitur, alio nomine appellanda est, desinit ira
esse, quam effrenatam indomitamque intelligo. Si non patitur, perniciosa est
nec inter auxilia numeranda. Ita aut ira non est aut inutilis est.
Nam si quis penam exigit non ipsius pene auidus sed quia oportet,
non est annumerandus iratis. Hic erit utilis miles qui scit parere
consilio. Affectus quidem tam mali ministri quam duces sunt. Ideo
numquam assumet ratio in adiutorium improuidos et uiolentos impetus,
apud quos nichil ipsa auctoritatis habeat, quos numquam comprimere
posset nisi pares illis similesque apposuerit, ut ire metum, inhertie iram,
timori cupiditatem. Absit hoc a uirtute malum, ut umquam
ratio ad uitia confugiat. Non potest hic animus fidele otium capere; quatiatur
necesse est fluctueturque, qui malis suis tutus est, qui fortis esse nisi
irascitur non potest, industrius nisi cupit, quietus nisi timet.
In tyrannide illi uiuendum est in alicuius affectus uenienti seruitutem.
Non pudet uirtutes in clientelam uitiorum dimittere? Deinde desinit
quicquam posse ratio si nichil potest sine affectu, et incipit par illi
similisque esse. Quid enim interest si eque affectus inconsulta res est
sine ratione quam ratio sine affectu inefficax? Par utrumque est, ubi esse

alterum sine altero non potest. Nunc aut substineat affectum ex-
quare rationi. Ira inquit utilis affectus est si modicus est. Immo
si natura utilis est. Sed si impatiens imperii rationisque hoc dunta-
xat moderatione consequatur ut quo minor fuerit minus noceat.
Vo ergo modicus affectus nichil aliud quam malum modicum est.
Sed adversus hostes inquit necessaria est ira. Nusquam minus ubi non
effusos esse oportet impetus sed temperatos et obedientes. Quid enim
est aliud quod barbaros tanto robustiores corporibus tanto patientiores
laborum comminuat nisi ira infestissima sibi. Gladiatores quoque ars tue-
tur ira denudat. Deinde quid opus est ira cum idem proficiat ratio.
An tu putas venatorem irasci feris. An qui euenientes excipit et
Vo effugientes persequitur et omnia illa sine ira facit ratio. Sed Cimbrorum
Theuthonorumque tot milia superfusa alpibus ita sustulit ut tante cladis noti-
al. alimia ciam ad suos non nuntius sed fama pertulerit nisi quod erat illis ira pro
virtute. Que ut aliquando perculit stravitque obvia ita sepius sibi exitio est.
Germanis quid est animosius. Quid incursu acrius. Quid armorum
cupidius quibus innascuntur innutriunturque quorum unica illis cura est in alia
negligentibus. Quid induratius ad omnem patientiam ut quibus ma-
gna ex parte non tegimenta corporum provisa sunt non suffragia adversus
perpetuum celi rigorem. Hos tamen Hyspani Gallique Asie Syreque molles bello
viri antequam legio visatur cedunt ob nullam aliam rem opportunos
quam ob iracundiam. Agedum illis corporibus illis animis delicias luxum
opes ignorantibus da rationem da disciplinam ut nil amplius dicam
necesse erat nobis certe mores romanos repetere. Quo alio Fabius
affectas imperii vires recreavit quam quod cunctari et trahere et morari scivit.
que omnia irati nesciunt. Perierat imperium quod tunc in extremo sta-
bat si Fabius tantum ausus esset quantum ira suadebat. Habuit in consilio
fortunam publicam et extimatis viribus ex quibus iam perire nichil sine
universo poterat dolorem ultionemque seposuit in unam utilitatem et occasionem
intentus iram ante vicit quam Anibalem. Quid Scipio nonne relicto An-
bale et punico exercitu omnibusque quibus irascendum erat bellum in Affricam
transtulit tam lentus ut opinionem luxurie segnitieque malignis daret.
Quid alter Scipio non circa Numantiam multum diuque sedit et hunc
suum publicumque dolorem equo animo tulit diutius Numantiam quam Car-
thaginem vinci. Quam dum circumvallat et includit hostem eo compulit
ut ferro ipsi suo caderent. Non est itaque utilis ne in prelijs quidem
Vo aut bellis ira. In temeritatem enim prona est et pericula dum inferre
vult non cavet. Illa certissima est virtus que se diu multumque

quia per iracundiam et nimiam audaciam romanos vicerant ab Anibale diversos conflictus sed per temperanciam Fabii restauratum fuit

et alias circa

ex quo quidem

bellum portatum

circumspexit et texit et ex lento ac destinato provenit.
Quid ergo inquit vir bonus non irascitur si cedi patrem suum vide-
rit. si rapi matrem non irascetur sed vindicabit. sed tuebitur. Quid
autem times ne parum magnus illi stimulus etiam sine ira pietas sit.
aut dic eodem modo. Quid quod cum videat secari patrem suum filium-
ve vir bonus non flebit nec linquetur animo que accidere feminis videmus
quotiens illas levis periculi suspicio perculit. officia sua vir bonus
exequitur inconfusus intrepidus et sic bono viro digna faciet ut nichil
faciat bono viro indignum. Pater cedetur defendam. cesus est exequar
quia oportet non quia dolet. tu hoc dicis theofraste querens invi-
diam preceptis fortioribus et relicto iudice ad coronam venis. quia
unusquisque in eiusmodi suorum casu irascitur. putas iudicaturos ho-
mines id fieri debere quod faciunt. ffere enim iustum quisque affectum iu-
dicat quem agnoscit. Irascuntur boni viri pro suorum iniuriis sed idem fa-
ciunt si calida non bene prebetur si vitreum fractum est si calceus lu-
to sparsus est. Non pietas illam iram sed infirmitas movet. sicut pueri
qui tam parentibus amissis flebunt quam nucibus. Irasci pro suis non
est pii animi sed infirmi. Illud pulcrum dignumque parentibus liberis
amicis civibus prodire defensorem ipso officio ducente volentem iudican-
tem prudentem non impulsum et rapidum. Nullus enim affectus vindi-
candi cupidior est quam ira. et ob id ipsum ad vindicandum inhabilis
prerapidus et amens ut omnis fere cupiditas ipsa sibi in id in quo
properat opponitur. Itaque nec in pace nec in bello umquam bona fuit. pacem
enim similem belli efficit. In armis vero obliviscitur martem esse communem. ve-
nitque in alienam potestatem dum in sua non est. Deinde non ideo vicia in
usum recipienda sunt quia aliquando aliquid boni effecerunt. Nam et fe-
bres quedam genera valitudinis levant. nec ideo non ex toto illis ca-
ruisse melius est. Abhominandum remedii genus est sanitatem de-
bere morbo. simili modo ira etiam si aliquando ut venenum et precipitatio
et naufragium ex opinato profuit non ideo salutaris iudicanda est.
sepe enim saluti fuere pestifera. Deinde que habenda sunt quo maiora
eo meliora et optabiliora sunt. si iusticia bonum est nemo dicet
meliorem futuram si quid detractum ex eo fuerit. si fortitudo bo-
num est non illam desiderabit ex aliqua parte diminui. ergo
et ira quo maior hoc melior. Nullius enim boni accessionem recu-
saverit. atqui augeri illam inutile est. ergo et esse non est bonum quod
incremento malum fit.

[illegible] bona est

Utilis inquit ira est quia pugnatores facit. Isto modo et ebrietas
facit enim protervos et audaces multique meliores ad ferrum fuerunt
male sobrii. Isto modo dic et frenesim atque insaniam viribus necessariam
quia sepe validiores furor reddit. Quid non aliquotiens metus ex
contrario fecit audacem et mortis timor etiam inhercissimos excitavit in
prelium. Sed ira ebrietas metus aliaque eiusmodi feda et caduca irrita-
menta sunt nec virtutem instruunt que nichil vitiis eget sed segnem
alioqui animum et ignavum paulum allevat. Nemo irascendo fit fortior
nisi qui fortis sine ira non fuisset. Ita non in adiutorium virtutis venit
sed in vicem. Quid quod si bonum esset ira perfectissimum quemque sequeretur
atqui iracundissimi infantes senesque et egri sunt et invalidum omne natura
querulum est. Non potest inquit fieri Theophrastus ut bonus vir non irascatur
malis. Isto modo quo melior quisque hoc iracundior erit. Vide ne contra pla-
[illegible] sit minus iracundus — cidior solutusque affectibus et cui nemo odio sit peccatis. Non quid
habet cur oderit cum error illos in huiusmodi delicta compellat. Non est
autem prudentis errantes odisse alioqui ipse sibi odio erit. Cogitet et
quam multa contra bonum morem faciat quam multa ex hiis que egit
veniam desideret. Iam irascetur etiam sibi. Neque enim equus iudex aliam
de sua aliam de aliena causa sententiam profert. Nemo inquam invenietur qui se
possit absolvere et innocentem quisque se dicit respiciens testem non conscientiam.
Quanto humanius mitem et patrium animum prestare peccatoribus et illos non persequi
sed revocare errantem per agros ignorantia vie melius est ad rectum iter ad-
movere quam expellere. Corrigendus est qui peccat et admonitione et vi et
molliter et aspere meliorque tam sibi quam aliis faciendus non sine ca-
stigatione sed sine ira. Quis enim cui medetur irascitur. At corrigi nequi-
unt nichilque in illis lene aut spei bone capax est. Tollantur e cetu
mortalium facturi peiora que contingunt et quo uno modo possunt
desinant mali esse sed hoc sine odio. Quid enim est cur oderim eum cui tunc
maxime prosum cum illum sibi eripio. Numquid membra sua odit tunc
abscidit. Non est illa ira sed misera curatio. Rapidos affligimus
canes et trucem atque inmansuetum bovem cedimus et morbidis pecoribus
ne gregem polluant ferrum dimittimus. Portentuosos fetus extingui-
mus. Non ira sed ratio est a sanis inutilia secernere.

Nil minus quam irasci punientem decet cum eo magis ad emen-
dationem pena proficiat si iudicio lata est. Inde est quod Socrates
servo ait. Cederem te nisi irascerer. Admonitionem servi in tempus sa-
nius distulit. In illo tempore se admonuit. Cuius erit tandem temperatus
affectus cum Socrates non sit ausus se ire committere. Ergo ad coher-

tionem errantium sceleratorumque irato castigatore non opus est. Nam
cum ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere peccantem.
Quid ergo non irascar latroni? quid ergo non irascar venefico? Non
neque enim michi irascor cum sanguinem mitto. Omne pene genus re-
medii loco admoveo. Tu adhuc in prima parte versaris errorum
nec graviter laberis sed frequenter; obiurgatio te primum secreta deinde
publicata emendare temptabit. Tu longius iam processisti quam ut pos-
sis verbis sanari; ignominia continebere. Tum tibi fortius aliquid et quod
sentias inurendum est; in exilium et loca ignota mitteris. In te duri-
ora remedia iam solida nequicia desiderat; et vincula publica et carcer
adhibebuntur. Tibi insanabilis animus et sceleribus scelera contexeris. Et iam
etiam causis que numquam malo defuture sunt impelleris. Sed satis tibi est
magna ad peccandum causa peccare. Perbibisti nequiciam et ita visceribus
immiscuisti ut nisi cum ipsis exire non possit. Olim miser mori queris;
bene de te merebimur; auferemus tibi istam qua vexaris insaniam
et per tua alienaque voluptate supplicia id quod unum tibi bonum
superest representabimus mortem. Quare irascar cum maxime prosim?
Interim optimum genus misericordie est occidere. Si intrassem valitudi-
narium exercitatus et sciens aut domos divitis, non idem imperassem
omnibus per diversa egrotantibus. Varia in tot animis vicia video et civitati
curande adhibitus sum; pro cuiusque morbo medicina queratur. Hunc sa-
net verecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum.
Itaque et si perversa induenda magistratui vestis et convocanda classi-
co concio est, procedam in tribunal non furens nec infestus sed vultu le-
gis et illa sollempnia verba leni magis gravique quam rapida voce con-
cipiam et agi iubebo non iratus sed severus; et cum cervice noxio
imperabo precidi, et cum parricidas insuam culleo, et cum mittam in sup-
plicium militare, et cum Tarpeio proditorem hostem vel publicum imponam,
sine ira eo vultu animoque ero quo serpentes et animalia venenata percucio.
Iracundia opus est ad puniendum. Quid tibi lex videtur irasci
hiis quos non novit, quos non vidit, quos non futuros spe-
rat? Illius itaque sumendus est animus, qui non irascitur sed constituit. Nam
si bono viro ob mala facinora irasci convenit, et ob secundas res ma-
lorum hominum invidere conveniet. Quid enim est indignius quam florere quosdam
et eos indulgente fortuna abuti quibus nulla potest satis mala
inveniri fortuna? Sed tam comoda illorum sine invidia videbit quam
scelera sine ira. Bonus iudex damnat improbanda, non odit.

Quid ergo non cum huiusmodi aliquid sapiens habebit in manibus tan-
getur animus eius eritque solito commotior. Fateor. sentietque levem
quendam tenuemque motum. Nam ut dicit Zenon in sapientis quoque
animo etiam cum vulnus sanatum est cicatrix manet. Sentiet itaque
suspitiones quasdam et umbras affectuum. ipsis quidem carebit. Ari-
stoteles ait affectus quosdam si quis illis bene utatur pro armis esse.
Quod verum foret si velud bellica instrumenta sumi deponique possent
induentis arbitrio. Hec arma que Aristoteles virtuti dat ipsa per
se pugnant non expectant manum et habent et non habentur. Nil aliis in-
strumentis opus est. satis nos instruxit ratione natura. Hoc dedit
telum firmum perpetuum obsequens nec anceps nec quod in dominum remit-
ti posset. non ad providendum tantum sed ad res gerendas satis est per se ipsa
ratio. Et enim quid est stultius quam hoc ab iracundia petere presidium. rem
rationem omnibus agendis sufficere
stabilem pro incerta. fidelem ab infida. sanam ab egra. Quid quod
in actiones quoque in quibus solis opera iracundie videntur necessaria multo
per se ratio fortior est. nam cum iudicavit aliquid faciendum in eo
perseverat. nichil enim melius inventura est se ipsa quo mutetur.
Ideo stat semel constitutis. Iram sepe misericordia retro egit. habet
enim non solidum robur sed vanum tumorem violentisque principiis u-
titur. Non aliter quam qui a terra venti surgunt et fluminibus paludi-
busque concepti sine pertinacia vehementes sunt. Incipit magno
impetu deinde deficit ante tempus fatigata et que nichil aliud
quam crudelitatem ac nova genera penarum versaverat cum animadver-
tendum est iam ira fracta lenisque est affectus cito cadit. equalis est ratio.

Ceterum etiam ubi perseveravit ira nonnumquam si plures sunt qui
perire meruerunt post duorum triumve sanguinem occidere desi-
nit. Primi eius ictus acres sunt sicut serpentium venena a cubili
nota de ratione et ira
erepentium nocent. Innoxii dentes sunt cum illos frequens morsus
exhausit. ergo non paria patiuntur qui paria commiserant et sepe qui
minus commisit plus patitur quia recentiori obiectus est. Et in totum
inequalis est modo ultra quam oportet excurrit modo citerius debito re-
sistit. sibi enim indulget ex libidine iudicat et audire non vult
et patrocinio non relinquit locum et ea tenet que invasit et eri-
pi sibi iudicium suum etiam si pravum est non sinit. Ratio utrique
parti tempus dat. deinde advocationem et sibi petit ut excutiende
vel al. advocationem
veritati spatium habeat. Ira festinat. ratio id adiudicari vult
quod equum est. Ira id equum videri vult quod iudicavit. Ratio

nichil preter ipsum de quo agitur spectat. Ira namque et extra causam obseruantibus commouetur. uultus illam securior. uox clarior. sermo liberior. cultus delicatior. aduocatio ambiciosior. fauor popularis exasperat. sepe infestus patrono reum damnat. etiam si ingerit oculis ueritas amat et tuetur errorem. conuinci non uult. et in male conceptis honestior illi pertinacia uidetur quam penitencia. Gn. piso fuit memoria nostra uir a multis uiciis integer. sed prauus et cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci iussisset eum qui ex commeatu sine commilitone redierat quasi interfecisset quem non exhiberet roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit. damnatus extra uallum deductus est. et iam ceruicem porrigebat cum subito apparuit ille commilito qui occisus uidebatur. Tunc centurio supplicio prepositus condere gladium speculatorem iubet. damnatum ad pisonem reducit redditurus pisoni innocentiam. nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur complexi sunt alter alterum cum magno gaudio castra commilitones. Conscendit tribunal furens piso ac iubet duci utrumque et eum militem qui non occiderat et eum qui non perierat. Quid hoc indignius quia unius innocentia apparuerat duo peribant. Piso adiecit et tercium. nam illum centurionem qui damnatum reduxerat duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri tres ob unius innocentiam. O quam sollers est iracundia ad fingendas causas furoris. te inquit duci iubeo quia damnatus es. te quia causa damnationis commilitoni fuisti. te quia iussus occidere imperatori non paruisti. Excogitauit quemadmodum tria crimina faceret quia nullum inuenerat.

Habet inquam iracundia hoc mali non uult regi. Irascitur ueritati ipsi si contra uoluntatem suam apparuit. Cum clamore et tumultu et totius corporis iactatione quos destinauit insequitur obiectis conuiciis maledictisque. Hoc non facit ratio. sed si ita opus est silens quietaque totas domos funditus tollit et familias reipublice pestilentes cum coniugibus ac liberis perdit. tecta ipsa diruit et solo exequat et inimica libertati nomina extirpat. sed non frendens nec caput quassans nec quicquam indecorum iudici faciens cuius maxime placidus esse debet et in statu uultus cum magna pronunciat. Quid opus est inquit hieronimus cum uelis cedere aliquem prius tua labia mordere? Quid si ille uidisset desilientem de tribunali proconsulem et fasces lictori auferentem et sua uestimenta scindentem quia tardius scindebantur aliena. Quid opus est mensam euertere? Quid pocula affligere? Quid se in columnas impingere? Quid capillos euellere? femur

peccantesque puniet? Irascatur ita putas quia quia non tam cito in alium
quam vult erupit in se revertitur. Tenent itaque a proximis et
rogant ut sibi ipsi placetur quod nil facit. Cum scilicet nationis irae
merita cuique pena iungit dimittit sepe eos quorum peccatum deprehendit
si penitentia facti spem bonam pollicetur, si intelligit non ex alto ve-
nire nequitiam sed summo quod aiunt animo inherere, dabit impunitatem
nec accipientibus nocituram nec dantibus. Non numquam magna scelera le-
vius quam minora compescet si illa lapsu non crudelitate commissa sunt.
His inest latens et operta et inveterata calliditas. Idem delictum in
duobus non eodem modo afficiet si alter per negligentiam admisit, al-
ter curavit ut nocens esset. Hoc semper in omni animadversione servabit ut
sciat alteram adhiberi ut emendet malos, alteram ut tollat. In
utroque non preterita sed futura intuebitur. Ita ut Plato ait: Nemo
prudens punit quia peccatum est sed ne peccetur. Revocari enim preterita
non possunt, futura prohibentur. Et quos volet nequitie male
cedentis exempla fieri palam occidet non tantum ut pereant ipsi sed ut ali-
os pereundo deterreant. Hec cuique expendenda estimandaque sunt.
Videt quam debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa di-
ligentia tractandam, si licet potestatem vite necisque. Male irato ferrum
committitur. Nec illud quidem iudicandum est aliquid iram ad magnitu-
dinem animi conferre. Non est illa magnitudo, tumor est. Nec cor-
poribus copia vitiosi humoris intensis morbus incrementum est sed
pestilens habundantia. Omnes quos animus supra cogitationes extollit hu-
manas altum quidem et sublime spirare se credunt. Ceterum nichil so-
lidi subest, sed in ruinam prona sunt que sine fundamentis crevere.
Non habet ira cui insistat, non ex firmo mansuroque oritur sed ventosa
et inanis est, tantumque abest a magnitudine animi quantum a fortitudine
audacia, a fiducia insolentia, ab austeritate crudelitas. Multum
inquam interest inter sublimem animum et superbum. Iracundia nichil am-
plum decorumque molitur. Contra mihi videtur ventuosi et infelicis animi
imbecillitas sibi conscia sepe indolescere, ut exulcerata et egra corpora
que ad tactus levissimos gemunt. Ita ira muliebre maxime et
puerile vitium est. At incidit et in viros. Nam viris quoque pue-
rilia ac muliebria ingenia sunt. Quid ergo? non alique voces ab iratis
emittuntur que magno emisse videantur animo, veram ignorantibus
magnitudinem, qualis illa dira et abhominanda, oderint dum me-
tuant, Sullano scias seculo scripta. Nescio utrum sibi peius opta-
verit ut odio esset an ut timori. Oderint. Occurrit illi futurus ut

grauentur. insideant ut opprimat. Illud adiecit. dii illi male fa-
ciant / adeo repperit dignum odio remedium oderint. Illud dii
perrant nondum probent. nunquid ergo dum timeant sic nec amari
quidem vellent. Magno hoc dictum spiritu putas falleris. Nec enim
magnitudo ista est sed immanitas. non est quod credas irascentium ver-
bis quorum strepitus magni minacesque sunt. Intus mens pauidissima.
Nec est quod existimes verum esse quod apud disertissimum virum Livi-
um dicitur. Vir ingenii magni magis quam boni. non potest illud
separari / aut etiam bonum erit aut nec magnum quia magnitudinem animi
inconcussam intelligo et introrsus solidam et ab imo parem firmamque
qualis inesse malis ingeniis non potest. Terribilia et ex tumultuosa et
exitiosa possunt / magnitudinem quidem cuius fundamentum roburque boni-
tas est non habebunt. Ceterum sermone conatu et omni extra paratu
facient magnitudinis fidem. Eloquentur aliquid quod tu magnum pu-
tes sicut C. cesar qui iratus celo quod obstreperet pantomimis quos
imitabatur studiosius quam spectabat. quodque comessatio sua fulminibus
terreretur prorsus parum certis ad pugnam vocauit Iouem. Et quidem
sine intermissione. Omericum illum exclamans versum. A. m. Vener.
Ay ec. Quanta dementia fuit. putauit aut sibi nocere ne a Ioue
quidem posse aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto parum mo-
menti hanc eius vocem ad incitandum coniuratorum mentes addidisse. ultra
etiam patientie visum est eum ferre qui Iouem non ferret. Nichil ergo
in ira ne cum videtur quidem vehemens et deos et homines despiciens
est magnum. Nichil nobile est. Aut si videtur alicui magnum animum
ira producere. Videatur et luxuria. Ebore enim sustineri vult purpura
vestiri auro tegi terras transferre maria concludere flumina precipitare
nemora suspendere. Videatur et auaricia magni animi aceruis auri
argentique incubat et prouinciarum nominibus agros colit et sub singulis
villicis latiores habet fines quam quos consules sortiebantur. Videatur
etiam libido magni animi. Transnatat freta. puerorum greges castrat.
sub gladio mariti venit uxor morte contempta. Videatur ambitio
magni animi non est contenta honoribus annuis si fieri potest vno no-
mine occupare fastus vult per omnem orbem titulos disponere. Omnia
ista non refert in quantum procedant extendantque se angusta sunt mi-
sera depressa. Sola sublimis et excelsa virtus est. Nec quicquam
magnum est nisi quod simul placidum : Explicit liber
primus. Incipit secundus de Ira. Rubrica.

/. i. facilioram i. utiliorem tractauit de ira docens quid sit et quod ab omnibus vitanda quod periculosa sit eo quod facilis est etc.

Primus liber Novate benigniorem habuit materiam.
facilis enim in proclivia vitiorum decursus est. Nunc
ad exiliora veniendum est. querimus enim ira utrum iudicio
aut impetu incipiat. i. utrum sua sponte moveatur an — sponte auce (?) se
quemadmodum pleraque intra nos insciis nobis oriuntur. Debet autem
in hoc se dimittere disputacio ut ad illa quoque altiora possit exurgere.
Nam et in corpore nostro ossa nervique et articuli firmamenta totius et
ut alia minime (?) preciosa visu prius ordinantur. deinde hec ex quibus — /al. speciosa
omnis in faciem aspectusque decor est. Post hec omnia qui maxime oculos
rapit color ultimus perfecto iam corpore affunditur. Iram quin species
oblate iniurie moveat non est dubium. sed utrum speciem ipsam statim
sequatur et non accedente animo excurrat. an illo assentiente moveatur
querimus. Nobis placet nichil ipsam per se audere sed animo approbante. — Sola (?)
Nam speciem capere accepte iniurie et ultionem eius concupiscere et utrumque
iungere nec ledi se debuisse et vindicari debere non est eius impetus
qui sine voluntate nostra concitatur. Ille simplex est. hic compositus et plura
continens intellexit aliquid indignatus est. dampnavit. ulciscitur. Hec
non possunt fieri nisi animus eis quibus tangebatur assensus est. Quorsus
inquis hec questio pertinet. ut sciamus quid sit ira. Nam si invitis
nobis nascitur numquam racioni succumbet. Omnes enim motus qui non
voluntate nostra fiunt. invicti et inevitabiles sunt. ut horror frigida — i. revoluto capitulo (?) ad veritatem
aspersis ad quosdam tactus aspernacio ad peiores nuncios subriguntur
pili. et rubor ad improba verba suffunditur. sequiturque vertigo prerupta
cernentis quia nichil in nostra potestate est. nulla quominus
fiant racio persuadet.

Ira preceptis fugatur. est enim voluntarium animi vicium. non ex hiis
que condicione quadam humane sortis eveniunt. Ideoque eciam sapientissimis
accidunt. Inter que et primus ille ictus animi ponendus
est qui nos post opinionem iniurie movet. hic subit etiam inter ludicra
scene spectacula et lectiones rerum vetustarum. Sepe Clodio Ciceronem
expellenti et Antonio occidenti videmur irasci. Quis non contra
Marii arma et contra Sille proscripciones concitatur. Quis non Theodoto et — /al. cum
Achille et ipsi puero non puerile auso facinus infestus est. Cantu
nos nonnumquam queritata modulacio instigat. Martiusque ille tubarum
sonus movet mentes et atrox pictura et iustissimorum suppliciorum
tristis aspectus. Inde est quod arridemus ridentibus et contristat nos
turba merencium et effervescimus ad aliena certamina. que non
sunt ire non magis quam tristicia est. que ad conspectum mimici

Supra in precedenti libro tractavit Seneca ostendens quid sit ira et que sint eius species et eam esse
ab omnibus evitandam cum non sit secundum naturam. Nunc in libro isto ad subtiliora procedit. et intendit
ostendere qualiter ira moveatur in nobis et explicare omnes excusaciones (?) irascencium usque ibi Cum quod de ira querimus
ubi secundum quosdam terminatur hic liber. Hic dividitur in tres partes. Primo enim tractat hanc questionem
an ira iudicio animi an solo impetu moveatur et probat eam ab approbacione moveri non ex hiis que condicione
humane sortis eveniunt. Ideoque eciam sapientissimis accidunt. Secundo ibi Illud eciam nunc querere an
hii qui seviunt et humano sanguine gaudent. Deinde (?) irasci cum occidendo a quibus nullam acceperunt iniuriam

naufragii contrahit frontem. Non magis quam timor qui Hanibalem s. i. post proelia illa tum romanis apud Cannas
post Cannas menia circum sedente lectoris percurrit animos. Sed omnia
ista motus sunt animorum moveri nolentium nec affectus sed principia
proludentia affectibus. Sic enim militaris viri in media pace iam togati
aures tuba suscitat equosque castrenses erigit crepitus armorum. Al
exandrum aiunt Xenofanto canente manum ad arma misisse. Nichil
ex hiis que animum fortuitu impellunt affectus vocari debet. Ista
ut ita dicam patitur magis animus quam faciat. Ergo affectus est non
ad oblatas rerum species moveri sed permittere se illis et hunc fortuitum mo
tum prosequi. Nam si quis pallorem et lacrimas procidentis et irrita
tionem humoris obscenii altumve suspirium et oculos subito acriores
aut quid hiis simile indicium affectus animique signum putat fallitur nec
intelligit corporis hos esse pulsus. Itaque et fortissimus plerumque vir
dum armatur expalluit et signo pugne dato ferocissimo militi pau
lulum genua tremuerunt. Et magno imperatori antequam inter se acies
arietarent cor exiluit. Et oratori eloquentissimo dum ad dicendum
componitur summa riguerunt.

Ira non moveri tantum debet sed excurrere. Est enim impetus. Numquam autem im
petus sine assensu mentis est. Neque enim fieri potest ut de ultione et
pena agatur animo nesciente. Putavit se aliquis lesum voluit ulci
sci dissuadente aliqua causa statim resedit. Hanc iram non voco sed mo
tum animi rationi parentem. Illa est ira que rationem transilit que
secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi quam species iniurie incussit
non magis ira est quam ipsa iniurie species. Ille sequens impetus qui
iniurie speciem non tantum accepit sed approbavit ira est concitatio animi
ad ultionem voluntate et iudicio pergentis. Numquam dubium est quin timor
fugam habeat ira impetum. Vide ergo an putes aliquid sine assensu
mentis aut peti posse aut caveri. Et ut scias quemadmodum incipi
ant affectus aut crescant aut efferantur. Est primus motus non vo
luntarius quasi preparatio affectus et quedam comminatio. Alter cum voluntate
non contumaci tamquam oporteat me vindicari cum lesus sim aut oporteat
hunc penas dare cum scelus fecerit. Tertius motus est iam impotens qui
si non oportet ulcisci vult sed utique qui rationem evicit. Primum illum animi
ictum effugere ratione non possumus sicuti nec illa quidem que
diximus accidere corporibus ne nos oscitatio aliena sollicitet ne
oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio
vincere. Consuetudo fortasse et assidua observatio extenuat. Alter
ille motus qui iudicio nascitur iudicio tollitur.

Videtur quod hec potius est dicenda crudelitas que tamen ab ira ducit originem. Circa vero Utilis [illegible]. Reprobare
incipit excusationem quorundam qui dicebant iram non esse penitus explandam sed mitigandam. Primo quia sub
specie iustitie. Secundo cum potius crastinum ferventius puniunt. Sed quia ira contemptu fugat et [illegible] terret. Tertio
utilis est [illegible]. Quia tamen ira ex nescientia veniat inquantum [illegible] penitus tolli non posse videtur quia ira virtutibus
sit consenda. Has autem excusationes per ordinem reprobat.

Liber secundus

Illud etiam nunc querendum est hii qui vulgo seviunt et sanguine
humano gaudent an irascantur cum eos occidunt a quibus nec ac
ceperunt iniuriam nec accepisse ipsos estimant qualis fuit Appollodorus
aut Phalaris. Hec non est ira / feritas est. Non enim quia accepit iniuriam
nocet, sed parata est dum noceat velle accipere. Nec illi verbera lace
rationesque in ultionem petuntur sed in voluptatem. Quid ergo? Origo huius
mali ab ira est, que ubi frequenti exercitatione et satietate in oblivi
onem clementie venit, et omne fedus humanum eiecit animo novissime in
crudelitatem transit. Rident itaque gaudentque et voluptate multa
perfruuntur plurimumque ab iratorum vultu absunt per otium sevi. Anibalem
aiunt dixisse cum fossam sanguine humano plenam vidisset: O formosum spe
ctaculum. Quanto pulcrius illi visum esset si flumen aliquod lacumque
complesset. Quid mirum si hoc maxime spectaculo caperis innatus
sanguini et ab infante cedibus admotus. Sequetur te fortuna crudeli
tatis tue per xv annos secunda, dabitque oculis tuis gratum ubique spe
ctaculum. Videbis istud et circa Trasimenum et circa Cannas et novissime
circa Carthaginem tuam. Volesus sub divo Augusto proconsul Asie cum
trecentos una die securi percussisset incedens inter cadavera vultu su
perbo quasi magnificum quoddam conspiciendumque fecisset, grece proclamavit:
O rem regiam. Quid hic rex fecisset? Non fuit hec ira sed mai
us malum insanabile.

Virtus inquit ut honestis rebus propicia est ita turpibus irata esse
debet. Quid si dicatur virtutem et humilem et magnam esse debere? Atqui
hoc dicit qui illam extolli vult et deprimi, quoniam leticia ob recte factum
clara magnificaque est, ira ob alienum peccatum sordida et angusti pecta
toris est. Nec umquam committet virtus ut vicia dum compescit imitetur.
Ipsam iram castigandam habet que nichilo melior est, sepe etiam peior
his delictis quibus irascitur. Gaudere letarique proprium et naturale
virtutis est. Irasci non est ex dignitate eius non magis quam
merere. Atqui iracundie et tristicia comes est. In hanc omnis
ira vel post penitentiam vel post repulsam revolvitur. Et si sapientis
est peccatis irasci, magis irascetur maioribus et sepe irascetur. Sequitur
ut non tantum iratus sit sapiens sed iracundus. Atqui si nec magnam
iram nec frequentem in animo sapientis locum habere credimus quid
est quare non ex toto hoc affectu illum liberemus? Modus inquit
esse non potest si pro facto cuiusque irascendum est. Nam aut iniquus
erit si equaliter irascetur delictis inequalibus aut iracundissimus
si totiens excanduerit quotiens iram scelera meruerint. Et

Hic incipit reprobare tres excusationes quorundam dicentium iram non esse penitus reprobandam sed minuendam.
Quarum prima est quia ira suffragatur iusticie. Tunc enim delictis irascimur delicta melius compescuntur. Hanc re
probat hic quia cum virtus honestis rebus sit propicia, ita non turpibus numquam virtus admittet iram quam castigare
debet ut vicia compescat cum virtus et vicia non coherreant. Preterea si peccatis debet irasci sapiens numquam erit sine ira
cum quotidie in omni loco et quolibet genere personarum enormia delicta de quibus subdit exempla quam plurima usque ibi
Utilis est ira etc. Ubi ponit secundam que est quia ira contemptum fugat et reprobos terret. Secundum dicit quod licet hoc non est ira
tenenda cum satius sit periculosius timeri quam despici. Et hoc probat usque ibi Non potest inquit etc. Ubi patet tertia scilicet quia ira
est inevitabilis nec omnino potest evelli quia hoc non patitur hominis natura. Quod probat hoc esse falsum cum nichil sit tam
arduum tamque difficile quod mens humana non vincat. Et hoc usque in finem

Qualiscumque sit ira eiusdem fere semper comitatur tristicia

Albino ira

quid indignemur quam sapientis affectu ex aliena pendere nequitia. Desinet socratem posse eundem vultum domum referre quem domo extulerat. Atqui si irasci sapiens debet turpiter factis et concitari contristarique ob scelera. Nichil est erumnosius sapiente. Omnis illi per iracundiam meroremque vita transibit. Quod enim momentum erit quo non improbanda videat. Quotiens processerit domo per sceleratos illi avarosque et prodigos et prudentes et ob ista felices incedendum erit. Nusquam oculi eius flectentur ut non quod indignentur inveniat. Deficiet si totiens a se iram quotiens causa poscet exegerit. Hec tot milia ad forum prima luce properantia quam turpes lites quanto turpiores advocatos conspicias. alius delator venit eius criminis cuius manifestior reus est et iudex damnaturus quod fecit eligitur et corona pro mala causa bona patroni voce corrupta. Quid singula prosequor. Cum videris forum multitudine refertum et septa concursu omnis frequentie plena et illum circum in quo maximam partem sui populus ostendit. hoc scito istud tantundem esse viciorum quantum hominum. Inter istos quos togatos vides nulla pax est. alter in alterius exitium levi compendio ducitur. Nulli nisi ex alterius damno questus est. Felicem oderunt. infelicem contempnunt. maiorem gravantur minori graves sunt. diversis stimulantur cupiditatibus. omnia perdita ob levem voluptatem predamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio vita est cum eisdem viventium pugnantiumque. Ferarum iste conventus est nisi quod ille inter se placide sunt morsuque similium abstinent. hii mutua laceratione satiantur. Hoc uno ab animalibus mutis differunt quod illa mansuescunt alentibus horum rabies ipsos a quibus est nutrita depascitur. Numquam irasci desinet semel si sapiens ceperit. omnia sceleribus aut viciis plena sunt. plus committitur quam quod possit cohertione sanari.

Certatur ingenti quidem nequicie certamine. maior cottidie peccandi cupiditas minor verecundia est. expulso melioris equiorisque respectu quocumque visum est libido se impingit. neque furtiva iam scelera sunt. preter oculos eunt. adeoque in publicum missa nequicia est et in omnium pectoribus evaluit ut innocentia non rara sed nulla sit. Numquid enim singuli aut pauci rupere legem. undique velud signo dato ad fas nefasque miscendum cohorti sunt. Non hospes ab hospite tutus. non socer a genero. fratrum quoque gratia rara est. Imminet exitio vir coniugis illa mariti. lurida terribiles miscent aconita noverce. filius ante diem patrios inquirit in annos. Et quota pars ista scelerum est. non descripsit castra ex una parte contraria

impudentes

et septa

Nota quod advocatus

quod non pauci sed omnes

Nota

Nota

et parentum liberorumque sacramenta diversa. Subiectam patrie civium ma-
nu flammam et agmina infestorum equitum ad conquirendas proscriptorum
latebras circumvolitantia et violatos fontes venenis et pestilentiam manu
factam et productum parentibus fossas plenos carceres et incendia totas ur-
bes cremantia dominationesque funestas et regnorum publicorumque exitiorum
clandestina consilia et pro gloria habita que quamdiu opprimi possunt
scelera sunt. ut raptus ac stupra et ne os quidem libidini exceptum. Ad-
de nunc publica periuria gentium et rupta federa et preda validioris quicquid
non resistebat. abductum circumscriptiones furta fraudes infitiationes quibus
trina non sufficiunt fora. Si tantum vis irasci sapientem quantum scelerum indigni-
tas exigit non irascendum illi sed insaniendum est. Illud potius cogitabit
non esse irascendum erroribus. Quid enim si quis irascitur in tenebris parum
vestigia certa ponentibus. Quid si quis surdis imperia non exaudientibus.
Quid si pueris quod neglecto despectu officiorum ad lusus et ineptos equalium
iocos spectent. Quid si illis irasci velis quod egrotant senescunt fatigantur
inter cetera mortalitatis incommoda et hec est caligo mentium nec tantum necessitas
errandi sed errorum amor. Ne singulis irascaris universis ignoscendum indul-
gendum est. Generi humano venia tribuenda est. Si irasceris iuvenibus
senibusque quod peccant irascere infantibus quod peccaturi sunt. Numquis ira-
scitur pueris quorum etas nondum novit rerum discrimina. Maior est
excusatio et iustior hominem esse quam puerum. Hac conditione nati sumus ani-
malia obnoxia non paucioribus animi quam corporis morbis morbis non
quidem obtusa nec tarda sed acumine nostro male utentia altera alteri
vitiorum exempla. Quisquis sequitur priores male iter ingressos. Quid ni
habeat excusationem cum publica via erraverit. In singulos severitas
imperatoris distringitur. at necessaria venia est ubi totus deseruit ex-
ercitus. Quid tollit iram sapientis turba peccantium. Intelligit quam
et iniquum sit et periculosum irasci publico vitio. Heraclitus quotiens (s. al' erat)
prodierat et tantum circa se male viventium immo male pereuntium viderat
flebat miserebatur omnium qui sibi leti felicesque occurrebant miti animo
(al' nimis) sed nimis imbecillo et ipse inter deploratos erat. Democritum contra aiunt
numquam sine risu in publico fuisse. adeo nichil illi videbatur serium eorum
que serio gerebantur. Ubi istic ire locus est. aut riden-
da omnia aut flenda sunt.

Non irascetur sapiens peccantibus. quare quia scit neminem nasci
sapientem sed fieri. scit paucissimos omni evo sapientes evadere.
quia conditionem humane vite perspectam habet. Nemo autem nature
sanus irascitur. Quid enim si mirari velit non in silvestribus dumis

pendere. quid si miretur spinetis sentesque non utili aliqua fruge co
pleri? Nemo irascitur ubi vitium natura defendit. placidus ergo sapiens
et equus erroribus non hostis sed corrector peccantium. Hoc cotti
die procedit animo: multi michi occurrent vino dediti, multi libidinosi,
multi ingrati, multi avari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia
ista tam propitius aspiciet quam egros suos medicus. Numquid ille
cuius navigium multam undique laxatis compagibus aquam trahit
nautis ipsique navigio irascitur? occurrit potius et aliam excludit
undam, aliam egerit. Manifesta foramina precludit, latentibus et ex
occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermittit
quod quantum exhaustum est subnascitur. lento adiutorio opus est contra mala
continua et fecunda, non ut desinant sed ut vincantur.

Utilis est inquit ira quia contemptum effugit, quia malos terret. Regibus quidam excusatior
Primum ira si quantum minatur valet ob hoc ipsum quod terribilis est et
invisa est. Periculosius est autem timeri quam despici. Si vero sine viribus
est magis exposita contemptui est et derisum non effugit. Quid enim est
iracundia in supervacuum tumultuante frigidius? Deinde non ideo quedam
quia sunt terribiliora potiora sunt. Nec hoc sapientibus dici velim quod sapi
entis quoque telum est timeri. Quid? non timetur febris, podagra, ulcus ma
lum? numquid ideo quicquam in istis boni est? At contra omnia despecta
fedaque et turpia sunt ipso quo timentur. sicut ira per se deformis est et
minime metuenda, at timetur a pluribus sicut deformis persona ab in
fantibus. Quid quod semper in auctores redundat timor, nec quisquam me
tuitur ipse securus. Occurrat hoc loco tibi laberianus ille versus,
qui medio civili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter
convertit quam si missa esset vox publici affectus. Necesse est multos
timeat quem multi timent. Ita natura constituit ut quicquid alieno me
tu magnum est a suo non vacet. Leonum quam pavida sunt ad levis
simos pectora tactus. acerrimas feras umbra vox et odor insolitus
exagitat. Quicquid terret et trepidat. Non est ergo quare concu
piscat quisquam sapiens timeri. Nec ideo iram magnum quiddam pu
tet quia formidini est. cum quidem etiam contemptissima timentur ut
venena et ossa pestifera et morsus. nec mirum est cum maiores ferarum
greges linea pennis distincta contineat et in insidias agat ab ipso af
fectu dicta formido. Vanis enim vana terrori sunt. Curriculi motus ro
tarumque versata facies leones redigit in caveam. Elephantes por
cina vox terret. Sic itaque ira metuitur quomodo umbra ab infa
tibus a feris rubens pinna. Non ipsa in se quicquam habet firmum

aut forte si quando aliquos movet. Neque inquit de toto ira tolle-
da est. si velis iram tollere neutrum autem potest fieri primum ut ali-
quis non algere quamvis ex rerum natura sit hiems et non estuare quamvis
menses estivi sint, aut cum loci beneficio adversus intemperiem anni
tutus est aut patientia corporis sensum utriusque pervincat. Deinde ver-
te istud necesse est prius virtutem ex animo tollas quam iracundiam recipi-
as. Quoniam cum virtutibus vicia non coeunt. Nec magis eodem tempore
et iratus potest esse et vir bonus quam eger et sanus.

Reprobatio tertie excusationis

Non potest inquit omnis ex animo ira tolli. nec hoc hominis na-
tura patitur. Atqui nichil est tam difficile et arduum quod non humana
mens vincat et in familiaritatem perducat assidua meditatio. Nulli-
que sunt tam feri et sui iuris affectus ut non disciplina perdomentur.
Quodcumque imperavit animus obtinuit. Quidam ut numquam riderent conse-
cuti sunt. vino quidam. alii veneri. quidam omni humori interdixere
corporibus. Alius contentus brevi somno vigiliam indefatigabilem exten-
dit. Didicerunt tenuissimis et adversis funibus currere et ingentia vixque
humanis tolleranda viribus honera portare et in immensam altitudinem
mergi ac sine ulla respirandi vice perpeti maria. Mille sunt alia in quibus
pertinacia impedimentum omne transcendit. Ostenditque nichil esse difficile
cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. Istis quos paulo ante retuli
aut nulla tam pertinacis studii aut indigna merces fuit. Quid enim ma-
gnificum consequitur ille qui meditatus est per intensos funes ire. Qui
sarcine ingenti cervices supponere. Qui somno non submittere oculos.

Frequens meditatio est

Qui penetrare in imum mare. et tamen ad finem operis non magno aucto-
ramento labor pervenit. Nos non advocabimus patientiam quos tantum premium
expectat. felicis animi inmota tranquillitas. Quantum est effugere maximum
malum iram et cum illa rabiem seviciam crudelitatem furorem et alios comi-
tes eius affectus. Non est quod patrocinium nobis queramus et excusatam
licentiam dicentes aut utile id esse aut inevitabile. Cui enim tandem vi-
cio advocatus defuit. Non est quod dicas excidi non posse. Sanabilibus
egrotamus malis. ipsaque nos in rectum genitos natura si emendari veli-
mus iuvat. Nec ut quibusdam visum est arduum in virtutes et asperum iter
est. plano adeuntur. Non vane nobis auctor rei nemo. Facilis est
ad beatam vitam via. Inite modo bonis auspiciis ipsisque diis bene iuvanti-
bus. Multo difficilius est facere ista que facitis. Quid animi quiete ocio-
sius. Quid ira laboriosius. Quid clemencia remissius. Quid crude-
litate negociosius. Vacat pudicitia libido occupatissima est.
Omnium que denique virtutum tutela fortior est. vicia magno coluntur.

Vide
Rabies, sevicia, crudelitas, furor sunt ire comites

Virtutum tutela facilior vitiorum laboriosa

Debet ira removeri hoc ex parte fatentur etiam qui dicunt esse minuendam. Tota dimittatur nichil profutura est. Sine illa facilius extinguntur scelera tolluntur mali punientur et transducentur in melius. Omnia que debet sapiens sine ullius male rei ministerio efficiet nichilque admiscebit cuius motum sollicitus observet.

Nunquam itaque iracundia admittenda est. aliquando simulanda si segnes audientium animi concitandi sunt. sicut tarde consurgentes ad cursum equos stimulis facibusque subditis excitamus. Aliquando mittendum est hijs metus apud quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est quam merere quam metuere. Quid ergo non incidunt cause que iram lacessant. sed tunc maxime illi opponende manus sunt. nec est difficile vincere animum cum athlete quoque in vilissima sui parte occupati tamen ictus doloresque patiantur ut vires cedentis exhauriant. nec cum ira suadet feriant. sed cum occasio. Pirrum maximum preceptorem certaminis gimnici solitum aiunt hijs quos exercebat precipere ne irascerentur. Ira enim perturbat artem et qua noceat tantum aspicit. Sepe itaque ratio patientiam suadet. ira vindictam et qui primis defungi malis potuimus in maiora devolvimur. Quosdam unius verbi contumelia non equo animo lata in exilium proiecit et qui levem iniuriam silentio ferre noluerant gravissimis malis obruti sunt. Indignatique aliquid ex plenissima libertate deminui servile in se attraxerunt iugum. Ut scias inquit iram in se habere generosi aliquid. liberas videbis gentes que iracundissime sunt. ut germanos et scithas quod evenit quia fortiora solidaque natura ingenia antequam disciplina molliantur prona in iram sunt. Quedam enim non nisi melioribus innascuntur ingeniis. Sicut valida arbusta et leta quamvis neglecta tellus creat et alta fecundi soli silua est. Itaque et ingenia natura fortia iracundiam ferunt. Nichilque tenue et exile capiunt ignea et fervida. Sed imperfectus illis vigor est ut omnibus que sine arte ipsius tantum nature bono exurgunt. Sed nisi cito domita sunt que fortitudini apta erant audacie temeritatique consuescunt.

Quid non mitioribus animis vitia leviora coniuncta sunt. ut misericordia amor et verecundia. Itaque sepe tibi bonam indolem malis quoque suis ostendam. Sed non ideo vitia non sunt si nature melioris indicia sunt. Deinde omnes iste feritate libere gentes leonum luporumque ritu ut servire non possunt ita nec imperare. non enim humani vim ingenii sed feri et intractabilis habent. Nemo autem regere potest

nisi et qui regi. Fere itaque imperia penes eos fuere populos qui miti-
ore celo utuntur. In frigora septentrionemque vergentibus immansueta
ingenia sunt ut ait poeta. Suoque simillima celo. Animalia inquit gene-
rosissima habentur quibus multum inest ire. Errat qui ea in exemplum
hominis adducit quibus pro ratione est impetus. Homini pro impetu
ratio est. Sed nec illis quidem omnibus idem prodest. Iracundia leo-
nes adiuvat. pavor cervos. accipitrem impetus. columbam fuga. Quid
quod nec illud quidem verum est optima animalia esse iracundissima. Feras
putem quibus ex raptu alimenta sunt. meliores quo iratiores. pa-
cientiam laudaverim boum et equorum frenos sequentium. Quid autem. Cur
hominem ad tam infelicia exempla revoces. Cum habeas mundum deumque
quem ex omnibus animalibus ut solus imitatur sic solus intelligit. Sim-
plicissimi inquit omnium habentur iracundi. Fraudulentis enim et versutis com-
parantur et simplices videntur quia expositi sunt. quos quidem non sim-
plices dixerim sed incautos. Stultis luxuriosis nepotibusque hoc nomen
imponimus et omnibus viciis parum callidis. Orator inquit iratus
aliquando melior est. Immo imitatus iratum. Nam et histriones in pronunciando
non irati populum movent. sed iratum bene agentes et apud iudices itaque
et in contione et ubicumque alieni animi ad nostrum arbitrium agendi sunt. mo-
do iram modo metum modo misericordiam ut aliis incuciamus ipsi simula-
bimus. et sepe id quod veri affectus non effecissent effecit imitacio af-
fectuum. Languidus inquit animus est qui ira caret. Verum est si nichil habet
ira valencius. nec latronem oportet esse nec predonem nec misericordem
nec crudelem. Illius nimis mollis animus. huius nimis durus est.
Temperatus sit sapiens et ad res forcius agendas non iram sed
vim adhibeat. Explicit liber secundus. Incipit tercius de ira.

Quoniam que de ira queruntur tractavimus accedamus
ad remedia eius. Duo autem ut opinor sunt. ne inci-
damus in iram et ne in ira peccemus. ut in corporum cura
alia de tuenda valitudine alia de restituenda pre-
cepta sunt. Ita aliter iram debemus repellere aliter compescere ut vin-
camus. Quedam ad universam vitam pertinencia precipientur ea in educa-
cionem et in sequencia tempora dividentur. Educacio maximam diligenciam
plurimumque profuturam desiderat. Facile enim est teneros adhuc animos
componere. difficulter reciduntur vicia que nobiscum creverunt. Oportu-
nissima ad iracundiam fervidi animi natura est. Nam cum elementa sint qua-
tuor ignis aqua aer et terra potestates pares hiis sunt fervida

In hoc docet in etate puerili adhibere remedia. hic ... quem ... de quibus etiam tractat in libro iiii et c. iiii ... [marginal note, partly illegible]

al. demum [marginal note, right]

Quoniam ... incipit ... de remedijs [marginal note, right, partly cut off]

¶ Quia supra quasdam questiones de ira tractavit. Hic accedit ad eius remedia. quidam hic sub hoc precepto ... incipere hic ... liber tercius inchoari qui dividitur in quatuor partes. Primo enim sic docet educari pueros ne in iram incidant adhibendo primo remedia contra causas naturales que iram provocant. Secundo contra accidentales. Tercio in secunda. Sed hoc ad literam. Dat adultis remedium ne in ira delinquant et per quod eam valeant declinare ... est ut ... opinione deviarent sive ... sit de rebus minimis et delusoriis de quibus multa supponit exempla sive sit de moribus quia eciam docet contemnendam sive ad nos iniuria perveniat per auditum cum multi falsa narrent sive per visum eciam per ... noticiam cum et illa ... circumstancias recipiat de quibus subdit exempla. Et quamvis iniuria sit tales que ullam excusationem recipiat ... eam admonet contempnendam quia magni animi est iniurias quasi despicere. Ad quod inducit exemplum Catonis et

frigida arida atque humida. Et locorum itaque et animalium et corporum et
morum varietates mixtura elementorum facit. Et proinde in aliquos
magis incubuit ingenia prout alicuius elementi maior vis habun-
dat. Inde quasdam humidas vocamus aridasque regiones et calidas et
frigidas. Eadem animalium et hominum discrimina sunt. Refert quantum quisque
humidi in se calidique contineat cuius in illo elementi portio prevalebit.
Inde mores erunt. Iracundos fervida animi natura facit. Est enim actu-
osus et pertinax ignis. Frigidi mixtura frigidos facit. Pigrum est enim
contractumque frigus. Volunt itaque quidam ex nostris iram in pectore mo-
veri effervescenti circa cor sanguine. Causa cur hic potissimum
assignetur ire locus non alia est quam quod in toto corpore calidissimum
pectus est. Quibus humidi plus inest eorum paulatim crescit ira quia
non est paratus illis calor sed motu acquiritur. Itaque puerorum feminarumque
ire acres magis quam graves sunt leviores dum incipiunt. Siccis eta-
tibus vehemens robustaque est ira sed sine incremento non multum sibi adi-
ciens quia inclinaturum calorem frigus insequitur. Senes difficiles et
queruli sunt ut egri et convalescentes et quorum aut lassitudine aut
detractione sanguinis exhaustus est calor. In eadem causa sunt siti fa-
meque rapidi et quibus exangue corpus est maligneque alitur et deficit.
Vinum incendit iras quia calorem auget. Pro cuiusque natura quidam ebrii
effervescunt quidam saucii. Neque ulla alia causa est cur iracundis-
simi sunt flavi rubentesque quibus talis natura calor est qualis fieri ceteris
inter iram solet. Mobilis enim illis agitatusque sanguis est.

Sed quemadmodum natura quosdam proclives in iram facit ita multe
incidunt cause que idem possint quod natura. Alios morbus aut iniu-
ria corporum in hoc produxit. Alios labor aut continua pervigilia no-
ctesque sollicite et desideria et amoresque quicquid aliud aut corpori no-
cuit aut animo egram mentem in querelas parat. Sed ista omnia ini-
tia causeque sunt. Plurimum potest consuetudo que si gravis est alit vi-
tium. Naturam quidem mutare difficile est nec licet semel mix-
ta nascentium elementa convertere. Sed in hoc nosse profuit ut calen-
tibus ingeniis subtrahas vinum quod pueris Plato negandum pu-
tat et ignem vetat igne incitari. Nec cibis quidem implendi sunt.
Distendentur enim corpora et animi cum corpore tumescent. Labor illos
citra lassitudinem exerceat ut minuatur non ut consumatur calor.
Nimiusque ille fervor despumet. Lusus quoque proderunt. Modica enim vo-
luptas laxat animos et temperat. Humidioribus siccioribusque
et frigidis non est ab ira periculum sed maiora vitia me-

rabidi

Tractavit de malis huius causis nunc tractat de accidentalibus que inducunt iram ...

In 3o c. Sepe autem quod iure maxime potentiores non solum sunt dissimulande sed etiam inflamande ex hoc
eis est propter ut quos leserint oderint et ad hoc inducit exemplum. Alias c. Ergo ira ... ab
omnibus cavendam contra omnes equaliter ad quam cavendam multum dicit prodesse si consideretur irati defor-
mitas qua late destruit et multa pericula que ex ira proveniunt que subdit in fine.

de v int

tuenda sunt. pavor difficultas et desperatio et suspitiones molliendi itaque fovendaque talia ingenia et in leticia evocanda sunt. Et quia aliis contra iram aliis contra tristiciam remediis utendum est. nec dissimilibus tamen ista sed contrariis curanda sunt. Semper ei occurrendum quod increverit. plurimum ingenii proderit pueros statim salubriter instituti. difficile autem regimen est quia dare debemus operam ne aut iram in illis nutriamus aut indolem retundamus. diligenti observacione res indiget. Utrumque enim quod et extollendum et quod deprimendum. Similibus alitur facile autem etiam attendentem similia decipiunt. crescit licencia spiritus servitute comminuitur. assurgit si laudatur et in spem sui bona adducitur. Sed eadem ista insolenciam et iracundiam generant. Itaque inter utrumque regendus est. ut nunc frenis utatur. modo stimulis. nichil humile nichil servile patiatur. Nunquam illi necesse sit rogare suppliciter nec prosit rogasse. potius cause sue et prioribus factis et bonis in futurum promissis donetur. in certaminibus equalium et vinci illum patiamur nec irasci. Demus operam ut familiaris sit hiis cum quibus contendere solet ut in certamine assuescat non nocere velle sed vincere. Quotiens superavit et dignum aliquid laude fecerit attolli non gestire patiamur. Gaudium enim exultacio exultacionem tumor et nimia extimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentum in desidiam non ociumque non resolvemus. et procul a contactu deliciarum retinebimus. Nichil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda. Ideo unicis quoque plus indulgetur pupillisque quo plus licet corruptior animus est. Non resistet offensis cui nichil unquam negatum est. cuius lacrimas sollicita semper mater abstersit. Cui de pedagogo satisfactum est. Non vides ut maiorem quamque fortunam maior ira comitetur. in divitibus nobilibus et magistratibus precipue apparet cum quicquid leve et inane in animo erat secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiam nutrit. Ubi aures superbas assentatorum turba circumstetit/ tibi enim ille respondeat. non pro fastigio te tuo metiris ipse te proicis. Et iam alia quibus vix sane et ab initio bene fundate mentes restiterunt. Longe itaque ab assentatione pueritia removenda est. audiat verum et interim timeat. vereatur semper maioribus assurgat. nichil per iracundiam exoret. Quod flenti negatum fuerat quieto offeratur et divicias parentum in conspectu habeat non in usu. exprobentur illi perperam facta. Pertinebit ad rem preceptores pedagogosque pueris placidos dari. Proximis applicatur omne quod tenerum est et in eorum similitudinem crescit. Nutricum et pedagogorum retulit mox in adolescentia mores. Apud platonem educatus puer cum ad parentes relatus vociferantem videret patrem.

No(ta) de nutrimento et educacione liberorum

i(d est) ab-s supplicare

No(ta)

No(ta)

No(ta)

i(d est) metiri debes

i(d est) rebus malis

nunquam inquit hoc apud platonem vidi. Non dubito quin citius patrem imitatus sit quam platonem. Tenuis ante omnia victus et non preciosa vestis et similis cultus cum equalibus non irascetur aliquem sibi comparari quem ab initio multis parem feceris. ¶

Sed hec ad liberos pertinet in nobis quidem sors nascendi et educatio nec vicii locum nec iam precepti habet. Sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus. Causa autem iracundie opinio iniurie est cui non facile credendum est. Nec apertis quidem manifestisque statim accedendum est. Quedam enim falsa veri speciem ferunt dandum semper est tempus. veritatem dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles. Hoc humane nature vicium suspectum notumque nobis sit quod que inviti audimus libenter credimus et ante quam iudicemus irascimur. Quid quod non criminationibus sed suspicionibus impellimur et ex vultu risuque alieno peiora interpretati innocentibus irascimur. Itaque agenda est contra se causa absentis et in suspenso ira retinenda. potest enim pena dilata exigi non potest exacta revocari. Notus est ille tirannicida qui imperfecto opere comprehensus et ab yppia tortus ut conscios indicaret circumstantes amicos tyranni nominavit quibusque maxime caram salutem eius sciebat. Et cum ille singulos ut nominati fuerant occidi iussisset interrogavit post antiquos et quis superesset. tu inquit solus neminem enim alium cui carus esses reliqui. Effecit ira ut tyrannus tyrannicide manus accomodaret et presidia sua gladio suo cederet. Quanto animosius alexander qui cum legisset epistolam matris qua admonebatur ut a veneno philippi medici caveret acceptam potionem non veritus bibit. plus sibi de amico suo credidit. dignus fuit qui innocentem haberet. dignus qui faceret. Hoc ergo magis in alexandro laudo quia nemo tam obnoxius ire fuit. Quo rarior autem moderatio in regibus hoc laudanda magis est. Fecit hoc et G. cesar ille qui victoria civili clementissime usus est. Cum scrinia deprehendisset epistolarum ad pompeium missarum ab hiis qui videbantur aut in diversis aut in neutris fuisse partibus combussit. Quamvis moderate soleret irasci maluit tamen non posse. Gratissimum putavit genus venie nescire quid quisque peccasset. Plurimum mali credulitas facit. Sepe ne audiendum quidem est. cum in quibusdam rebus satius est decipi quam diffidere. Tollenda ex animo suspicio et coniectura fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutavit ille osculo meo non adhesit. Ille inchoatum sermonem cito abrupit.

Marginal notes: Vro · i.e. quod tyrannum interficere voluit · i.e. amicorum salutem · Vro · i.e. quam mater sup. · i.e. laudatio · critius · putavit

Supra docuit sic pueros educari ut ira non incidat adhibendo remedia generalis quia ira naturalis vel accidentalis provocatur. Nunc docet adulter remedia per que potest evitari ne cadat in iram et ne ipsa accidente delinquat.

Ille ad certa non notauit. Illius uultus adulator uisus est. Non
deerit suspicionis argumentatio simplicitate opus est et benigna
rerum extimatione. Nichil nisi quod in oculos incurret manifestumque
erit credamus. Et quotiens suspicio nostra uana apparuerit ob-
iurgemus credulitatem. Hec enim castigatio consuetudinem efficiet
non facile credendi. De hys eciam habetur in de mundi gubernatione li. 2.

Optimum consilium est facilitas credendi

Inde et illud sequitur ut minimis sordidisque rebus non exacerbemur.
Parum agilis est puer aut tepedior aqua potui euaporata aut tur-
batus thorus aut mensa negligentius posita ad ista concitari insa-
nia est. Et eger et infelicis ualitudinis est quem leuis aura con-
traxit. Affecti oculi quos candida uestis obturbat. Dissolutus de-
liciis cuius latus alieno labore condoluit. Mindiridem aiunt fuisse ex
Sibaritarum ciuitate qui cum uidisset fodientem et altius rastrum alle-
uantem lassum se fieri questus uetuit illum opus in conspectu suo
facere. Bilem habere sepius questus est quod foliis rose duplicatis
incubuisset. Ubi animum simul et corpus uoluptates corrupere nichil tol-
lerabile uidetur non quia dura sed quia molles patimur. Quid enim est
cur tussis alicuius aut sternutamentum et musca parum curiose fuga-
ta nos in rabiem agat aut obuersatus canis aut clauis negli-
gentis serui manibus elapsa. Feret iste equo animo ciuile conuicium et
ingesta in contione curia ue maledicta cuius aures tracti subsellii
stridor offendit. Perpetietur hic famem et estiue expeditionis sitim qui
puero male diluenti niuem irascitur. Nulla itaque res magis ira-
cundiam alit quam luxuria intemperans et impatiens. Dure tractandus
animus est ut ictum non sentiat nisi grauiorem. Irascimur aut hys
a quibus nec accipere iniuriam potuimus aut hys a quibus accipere
iniuriam potuimus. Ex prioribus quedam sine sensu sunt ut liber quem
minutioribus litteris scriptum sepe proiecimus et mendosum lacerauimus
ut uestimenta que quia displicebant scidimus. Hys irasci quam
stultum est que iram nostram nec meruerunt nec sentiunt. Sed offendunt
nos uidelicet qui illa fecerunt. Primum sepe antequam hoc apud nos
distinguamus irascimur. Deinde fortasse ipsi quoque artifices excusa-
tiones iustas afferent. Alius non potuit melius facere quam fecerit nec
ad tuam contumeliam parum didicit. Alius non in hoc ut te offenderet
fecit. Ad ultimum quid est dementius quam bilem in homines collectam
in res effundere. At qui ut hys irasci demencius est que anima ca-
rent sic mutis animalibus que nullam iniuriam a consilio profectam
inferre possunt. Nocere itaque nobis possunt ut ferrum aut lapis.

l. piger in credendo

Bilis est fedes ire ut amaricatio procedens ex fellis commotione. Sumpsi tamen ponitur pro felle uel alio quolibet nigro humore. Sed huius sentire non uasso est

al. n

Iniuriam quidem facere non possunt. Atqui contemni se quidam
putant, ubi idem equi post sequentes alteri equiti alteri contumaces
sunt, tamquam iudicio non consuetudine et arte tractandi quedam quibusdam
subiectiora sint. Atqui ut hiis irasci stultum est, ita pueris et non multum
a puerorum prudentia distantibus. Omnia enim ista peccata apud equum
iudicem pro innocentia habent imprudentiam.

Quedam sunt que nocere non possunt nullamque vim nisi beneficam
et salutarem habent, ut dii immortales qui nec volunt obesse nec
possunt. Natura enim illis mitis et placida est, tam longe remota ab alie-
na iniuria quam a sua. Dementes itaque et ignari veritatis illis impu-
tant seviciam maris, immodicos imbres, pertinaciam yemis, cum interim
nichil horum que nobis nocent prosuntque ad nos proprie dirigatur. Non
enim nos causa mundo sumus yemem estatemque referendi. Suas ista leges
habent quibus divina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis
videmur propter quos tanta moveantur. Nichil ergo horum in nostram iniuri-
am fit, immo contra nichil non ad salutem. Quedam esse diximus que no-
cere non possunt, quedam que nolunt. In hiis erunt boni magistra-
tus parentesque et preceptores et iudices, quorum castigatio sic accipien-
da est quo scalpellum et abstinentia et alia que profutura torquent. Affe-
cti sumus pena: succurrat non tantum quid patiamur sed quid fecerimus,
in consilium de vita nostra mittamur. Si vero verum ipsi dicere nobis volu-
erimus, pluris litem nostram extimabimus. Si volumus equi rerum omnium iu-
dices esse, hoc primum nobis suademus, neminem nostrum sine culpa. Hinc enim
maxima indignatio oritur: Nichil peccavi et nichil feci. Immo nichil
fateris. Indignamur aliqua admonitione aut cohertione nos castigatos,
cum illo ipso tempore peccemus, quod adicimus malefactis arrogantiam et contu-
maciam. Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocentem?
Ut hoc ita sit, quam angusta innocentia est ad legem esse bonum. Quanto
latius officiorum patet quam iuris regula. Quam multa pietas,
humanitas, liberalitas, iusticia, fides exigunt, que omnia extra
publicas tabulas sunt. Sed nec ad illam quidem artissimam
innocentie formulam prestare nos possumus. Alia fecimus, alia cogi-
tavimus, alia optavimus, aliis favimus. In quibusdam innocentes sumus quia non successit.
Hec cogitantes equiores simus delinquentibus, credamus obiurgantibus,
utique nobis ne irascamur. Cui enim non, si nobis quoque? Minime diis. Non
enim illorum sed lege mortalitatis patimur quicquid incommodi acci-
dit. At morbi doloresque incurrunt. Utique aliquo fugiendum est do-
micilium putre sortitis. Dicetur.

Left margin notes: Nota; Nota; l. optavimus; l. patimur; l. sortitis

Right margin notes: Nota; Quo respiciendum sit castigatio parentum preceptorum et iudicis; Nota qui admonitione aut cohertione indignatur eo ipso peccat et quod adicit malefactis arrogantiam

al. pro nobis

al. se dixerit

Aliquis male de te locutus cogita an prior feceris cogita de quo multis loquaris. Cogitemus inquam alios non facere iniuriam sed reponere alios pronos facere alios coactos facere alios ignorantes. Etiam eos qui volentes scientesque faciunt ex iniuria nostra non ipsam iniuriam petere aut dulcedine urbanitatis plapsus est aut fecit aliquid non ut nobis obesset sed quia consequi ipse non poterat nisi nos repulisset. Sepe adulatio dum blanditur offendit. Quisquis ad se retulerit quotiens ipse in suspitionem falsam inciderit quam multis officiis suis fortuna speciem iniurie induerit. Quam multos post odium amare cepit. poterit non statim irasci utique si sibi tacitus ad singula quibus offenditur dixerit. Is qui in illius uxorem concupiscit et satis iustas causas amandi putat quod aliena est. Idem uxorem suam aspici non vult et fidei acerrimus exactor est perfidus et mendacia persequitur ipse periurus et litem sibi inferri egerrime calumniator patitur. pudicitiam servulorum suorum attemptari non vult qui non pepercit sue. Aliena vitia in oculis habemus. A tergo nostra sunt. inde est quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat. Nichil aliene luxurie ignoscit qui nichil sue negavit et homicide tyrannus irascitur et punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est que non peccatis irascitur sed peccantibus. Faciet nos moderatiores respectus nostri si consuluerimus nos numquid et ipsi aliquid tale commisimus. Numquid sic erravimus. expedit ne nobis ista damnare. Maximum remedium est ire mora. Hec ab illa pete initio non ut ignoscat sed ut iudicet. desinet si expectat. nec universam illam temptaveris tollere. graves habet impetus primos tota vincetur dum partibus carpitur.

Nota

Nota

al. carpetur

Ex hiis que nos offendunt alia renuntiantur nobis alia ipsi audimus aut videmus. De hiis que narrata sunt non debemus cito credere. multi mentiuntur ut decipiant multique decepti sunt. Alius criminatione gratiam captat et fingit iniuriam ut videatur doluisse factam. Aliquis est malignus et qui amicitias coherentes diducere vult. est suspicax et qui spectare ludos cupiat et ex longinquo tutoque speculetur quos collisit. De parvula summa iudicatori tibi res sine teste non probaretur. testis sine iure iurando non valet. utrique parti dares actionem dares tempus non semel audires. Magis enim veritas elucet quo sepius ad manum venit. Amicum condempnas de presentibus antequam interroges antequam illi aut accusatorem suum nosse liceat aut crimen irasceris. iam verum iam utrimque quid diceretur audisti. Hic ipse

De Ira

qui ad te detulit desinet dicere si probare debuerit Non est inquit
quod me protrahas. Ergo productus negabo alioquin numquam tibi dicam
eodem tempore et instigat et ipse se certamini et pugne subtrahit.
Qui dicere tibi nisi clam non vult pene non dicit. Quid est
iniquius quam secrete credere palam irasci
Quorundam ipsi testes sumus In hiis naturam excutiemus volunta-
temque facientium. Puer est etati donetur nescit an peccet. Pater
est aut tantum profuit ut illi etiam iniuria eius sit aut fortasse
ipsum hoc meritum eius est quo offenditur. Mulier est errat. Iussus
est necessitati quis nisi iniquus suscenset. Lesus est non est iniuria
pati quod prior feceris. Iudex est plus credas illius sententie
quam tue. Rex est si nocentem punit cede iusticie. Si innocentem cede
fortune. Mutum animal est aut simile muto imitaris illud si irasceris.
Morbus est aut calamitas levius transiliet sustinentem. Deus est tam
perdis operam cum illi irasceris quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus
vir est qui iniuriam fecit noli credere malus noli mirari dabit pe-
nas alteri quas debet tibi et iam sibi dedit qui peccavit. Duo sunt ut
dixi que iracundiam concitant. Primum si iniuriam videmur accepisse.
De hoc satis dictum est. Deinde si inique accepisse de hoc dicendum est.
Iniqua quedam iudicant homines quia pati non debuerint quedam que
non speraverint. Indigna putamus que inopinata sunt. Itaque maxime
commovent que contra spem expectationemque evenerunt. Nec aliud est quare
in domesticis minima offendant et in amicis iniuriam vocemus negligentiam.
Quomodo ergo inquit inimicorum nos iniurie movent quia non expectavimus
illas aut certe non tantas. Hoc efficit amor nostri nimius inviola-
tos nos et inimicis iudicamus esse debere. Regis quisque intra se animum habet
ut licentiam sibi dari velit in se nolit. Aut ignorantia nos itaque aut
insolentia iracundos facit. Ignorantia rerum. Quid enim mirum est malos
mala facinora edere. Quid novi est si inimicus nocet amicus of-
fendit filius labitur servus peccat. Turpissimam aiebat Fabius impera-
tori excusationem esse non putavi. Ego turpissimam homini puto. Omnia puta
expecta etiam in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert huma-
na natura insidiosos animos fert ingratos fert cupidos fert impios.
Cum de moribus unius iudicabis de publicis cogita. Ubi maxime
gaudebis maxime metues. Ubi tranquilla tibi omnia videntur ibi no-
citura non desunt sed quiescunt. Semper futurum aliquid quod te offendat
existima. Gubernator numquam ita totos sinus securus explicuit ut

non expedite ad contrahendum armamenta disponeret.
Illud ante omnia cogita fedam esse et execrabilem vim nocendi
et alienissimam homini cuius beneficio etiam seva mansuescunt. Aspice e-
lephantorum iugo colla summissa. Taurorum pueris pariter ac fe-
minis persultantibus terga impune calcata et repentes inter pocula
sinusque innoxio lapsu dracones et intra domum ursorum leonumque ora
placida tractantibus adulantesque feras pudebit cum animalibus
permutasse mores. Nefas est nocere patrie. ergo civi quoque nam hic pars
patrie est. sancte partes sunt si universum venerabile est. ergo et
homini nam hic in maiore tibi urbe civis est. Quid si nocere ve-
lint manus pedibus. manibus oculi. Ut omnia inter se membra
consentiunt quia singula servari totius interest. Ita homines
singulis parcent quia ad cetum geniti sunt. Salva autem esse societas
nisi amore et custodia partium non potest. Nec viperas quidem et
natrices et si qua morsu aut ictu nocerent effugeremus si in reliquum
mansuefacere possemus aut efficere ne nobis aliisve periculo essent.
Ergo ne homini quidem nocebimus quia peccavit sed ne peccet. Nec umquam
ad preteritum sed ad futurum pena transferetur. non enim irascitur sed cavet.
Nam si puniendus est cuicumque pravum maleficumque ingenium est pena
neminem excipiet. At enim ira habet aliquam voluptatem et dulce est dolorem
reddere. Minime. non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis
repensare. ita iniurias iniuriis. Illic vinci turpe est. hic vincere. In-
humanum verbum est et quidem pro iusto receptum. Ultio et talio non
multum differt nisi ordine. qui dolorem regerit tantum excusatius peccat.
M. Cathonem ignorans in balneo quidam percussit imprudens. Quis enim
sciens ei faceret iniuriam. postea illi satisfacienti Cato non memini
inquit percussum me. melius putavit non agnoscere quam vindicare.
Nichil inquis illi post tantam petulanciam mali factum est. Immo multum
boni cepit Cathonem nosse. Magni animi est iniurias despicere. ulti-
onis contumeliosissimum genus est non esse visum dignum ex quo pe-
teretur ultio. Multi leves iniurias altius sibi dimisere dum vindi-
cant. Ille magnus et nobilis qui more magne fere latratus mi-
nutorum canum securus exaudit. Minus inquis contemnemur si vin-
dicaverimus iniuriam. Si tamquam ad remedium venimus sine ira ve-
niamus non quasi dulce sit vindicari sed quasi utile.
Sepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci. Potentiorum in-
iurie hilari vultu non patienter tantum ferende sunt. facient iterum
si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimum animi magna fortuna

Patrie nocere est cuique singulari nocere

Cautela pro futuris adhibetur

In beneficiis turpe est vinci. in iniuriis turpe vincere

Iniuria non pervenit ad sapientem S. de ... li. ii.

insolentes quos leserunt et oderunt. Notissima vox est eius qui in
cultu regum consenuerat / cum illum quidam interrogaret quo rarissimam
rem in aula regia consecutus esset scilicet senectutem. Iniurias inquit
accipiendo et gratias agendo. Sepe adeo iniuriam vindicare non expe
dit ut nec fateri quidem expediat. G. cesar pastoris splendidi equitis
romani filium cum in custodia habuisset munditiis eius et cultioribus
capillis offensus rogante (de morte) patre ut salutem sibi filii concederet quasi
supplicio admonitus duci protinus iussit. Ne tamen omnia inhumane
faceret adversum patrem ad cenam illum invitavit eo die. Venit pa
stor nichil vultu eius exprobrante. Propinavit illi cesar heminam. Posuit
illi custodem perduravit miser non aliter quam si filii sanguinem biberet.
Unguentum et coronas misit et observare iussit an sumeret. Sumpsit
eo die quo filium extulerat, immo quo non extulerat. Iacebat convi
va centesimus et potiones vix honestas natalibus liberorum poda
gricus et senex hauriebat. Cum interim non lacrimas emisit non dolo
rem aliquo signo erumpere passus est. Cenavit tamquam pro filio exoras
set. Queris quare habebat alterum. Quid ille priamus dissimu
lavit iram et regis genua complexus est funestam perfusamque
cruore filii manum ad os suum retulit. Cenavit. Sed tamen sine ungue
to sine coronis et illum hostis sevissimus multis solaciis ut cibum cape
ret hortatus est non ut pocula ingentia super caput posito custode
siccaret. Contempsisset romanum patrem si sibi timuisset. Nunc iram com
pescuit pietas. Dignus fuit ut cum permitteret a convivio ad ossa
filii legenda discedere. Ne hoc quidem benignius permisit. Interim et
comis adolescens propinationibus senem crebris ut cura leniretur
admonere lacessebat. Contra ille se letum et oblitum quid eo
esset actum die prestitit. Perierat alter filius si carnifici conviva
non placuisset.

Ergo ita abstinendum est sive par est qui lacessendus est sive
superior sive inferior. Cum pare contendere anceps est cum su
periore furiosum cum inferiore sordidum. Pusilli hominis et miseri est
repetere mordentem ut mures et formice. Si manum admoveris
ora convertunt. Imbecilla se ledi putant si tanguntur. Faciet nos mi
tiores si cogitaverimus quid alii nobis profuerint ille cui irascimur et meritis
offensa redimet. Illud quoque occurrat quantum nobis commendatio
allatura sit clementie fama et quam multos venia amicos u
tiles fecerit. Ne irascamur inimicorum et hostium liberis inter

Margin notes: i. qui regibus consenuerat unde · i. se recepisse iniuria · i. quia inde recepit precibus patris petentis salute filii ac si rogasset de exitio · supra genua posito ut amene · al. adsumeret · i. ut eas osculare(tur) · al. immisisset · al. perisset · cesar · vel fatuum

nutrix — Dabit afflicte meliora deus / Ira mitis cum modo blando / Vince obsequio placata iurgiis

Vincit feros ante leones / Tigres que truces fera quod semi / Corda tyranni etc.

nota — Animum retine verba furentis / Tumens compessam comprime vocem

Sillane crudelitatis exemplar est quod a republica liberos proscriptorum
summovit. Nichil est iniquius quam aliquem heredem paterni odii fieri.
Cogitemus quotiens ad ignoscendum difficiles erimus an expedi
at omnes nobis inexorabiles esse quam sepe veniam qui negavit
petit quam sepe eius pedibus advolutus est quem a suis repulit.
Quid est gloriosius quam iram amicitia mutare? quos populus roma
nus fideliores habet socios quam quos habuit pertinacissimos hostes?
Quod hodie esset imperium nisi salubris providentia victos permiscuisset
victoribus? Irascetur aliquis tu contra beneficiis provoca. Cadit
statim simultas ab altera parte deserta nisi pariter non pugnat.
Sed si utrimque certabitur ira concurrit. Ille est melior qui prior pedem
ab ira retulit victus est qui vicit. Percussit te recede. Referiendo enim
et occasionem sepius feriendi dabis et excusationem. Non poteris revel
li cum voles. Numquid velit quisquam tam graviter hostem ferire ut
relinquat manum in vulnere et se ab ictu revocare non possit atqui
tale ira telum est quod vix retrahitur. Arma nobis expedita prospicimus
gladium commodum et habilem non vitabimus impetus animi his graviores
magis furiosos et irrevocabiles. Ea demum velocitas placet que
ubi iussa est vestigium sistit nec ultra destinata procurrit que fle
cti et a cursu ad gradum reduci potest. Egros scimus nervos esse ubi
invitis nobis moventur. Senex aut et infirmi corporis est qui cum
ambulare vult currit. Animi motus eos putemus sanissimos va
lidissimosque qui nostro arbitrio ibunt non suo ferentur.

Nichil tam eque profuit quam primum intueri deformitatem rei deinde
periculum. Non est ullius affectus facies turbatior. Pulcerrima
ora fedavit torvos vultus ex tranquillissimis reddit. Linquet
decor omnis iratos et si amictus illius compositus est ad legem extra
hent vestem omnemque curam sui effundent. Si capillorum natura vel arte iacen
tium non informis habitus cum animo inhorrescunt tumescunt vene con
cutietur crebro spiritu pectus rabida vocis eruptio colla distendet
tum artus trepidi inquiete manus totius corporis fluctuatio. Qua
lem intus putas esse animum cuius extra ymago tam fetida est. Quanto
illi intra pectus terribilior vultus est acrior spiritus intensior impetus
rupturus se nisi eruperit. Quales sunt hostium vel ferarum cede made
ntium aut ad cedem euntium aspectus. Qualia poete inferna mon
stra finxerunt succincta serpentibus et igneo flatu. Quales ad bella
excitanda discordiamque in populos dividendam pacemque lacerandam te

·i· aliquem heredem odii paterni

·i· quod alium affectum non ostendit quod sit turbata facies

Adde quod de hoc dicitur ·g· li· r· c· i· et s· li· iii· et iiii·

terrime infernorum exeunt furie · tale nobis ira figuremus flama
lumine ardenti sibilo mugituque et gemitu et stridore et si qua hys
invisior vox est perstrepentem · tela manu utraque quatientem neque
enim illi tegere se cure est · Torvam cruentamque et cicatricosam et verberi-
bus suis lividam incessibus vesanis offusam multa caligine incur-
sitantem vastantem fugantemque et omnium odio laborantem sui maxime ·
Si aliter nocere non possit terras maria celum ruere cupientem in-
festam pariter invisamque · Vel si videtur sit qualis apud vates
nostros est · Sanguineum quatiens dextra bellona flagellum aut scissa · l· al· lenaque
Gaudens vadit discordia palla · Aut si qua magis dira facies ex-
cogitari dire affectus potest · Quibusdam ut ait sextius iratis profuit
aspexisse speculum · perturbavit illos tanta mutatio sui velut in rem
presentem adducti · non agnoverunt se · et quantulum ex vera deformitate
ymago illa speculo repercussa reddebat animus si ostendi et in ulla
materia perlucere posset intuentis nos confunderet · Ater maculosusque
estuans et distortus et tumidus · Nunc quoque tanta deformitas eius
est per ossa carnesque et tot impedimenta effluentis · Quid si nudus
ostenderetur · speculo quidem neminem deterritum ab ira credis · Quid ergo
qui ad speculum venerat ut se mutaret iam mutaverat · Iratis
quidem nulla est formosior effigies quam atrox et torrida qualesque
esse etiam videri volunt :

Magis illud videndum est quam multis ira per se nocuerit · Alii
nimio fervore rumpere venas et sanguinem super vires elatus
clamor egessit et luminum suffudit aciem in oculos vehementius
humor egestus et in morbos egri recidere · Nulla celerior ad in-
saniam via est · multi itaque continuaverunt ire furorem nec quam
expulerant mentem umquam receperunt · Aiacem in mortem egit furor
in furorem ira · mortem liberis egestatem sibi ruinam domui im-
precantur · et irasci se negant non minus quam insanire furiosi · Ami-
cissimis hostes vitandique karissimis legum nisi qua nocent immemores ·
Ad minima mobiles · Non sermone · Non officio adiri faciles · per vim
omnia gerunt gladiis et pugnare parati et incumbere · Maximum
enim malum illos cepit et omnia exuperans vitia · alia paulatim
vitia alia intrat repentina · Et universa vis est huius · omnes denique · i· qualiter omnes affectus
alios affectus sibi subicit · amorem ardentissimum vincit · transfoderunt
itaque amata corpora et in eorum quos occiderunt iacuere complexibus
Avariciam durissimum malum minimeque flexibile ira calcavit · Adacta · v· al· adacta ·

opes suas spargere et domum rebusque in unum collatis inicere ignem. Quid non ambiciosus magno extimata proiecit insignia honoremque delatum repulit. Nullus affectus est in quem non ira dominetur.

Lucii Annei Senece ad Novatum de ira liber quartus incipit feliciter

Quod maxime desiderasti Novate nunc facere temptabimus iram excidere animis aut certe refrenare et impetus eius inhibere. Id aliquando palam aperteque faciendum est ubi minor vis mali patitur, aliquando ex occulto ubi nimium ardet omnique impedimento exasperatur et crescit. Refert quantas vires quamque integras habeat utrum verberanda et agenda sit an cedere ei debeamus dum tempestas prima desevit ne remedia ipsa secum ferat. Consilium pro moribus cuiusque capiendum erit. Quosdam enim preces vincunt, quidam insultant instantque summissis, quosdam terrendo placabimus. Alios obiurgatio, alios confessio, alios pudor cepto deiecit, alios mora lentum precipitis mali remedium ad quod novissime descendendum est. Ceteri enim affectus dilationem recipiunt et curari tardius possunt. Hec incitata et se ipsam rapiens violentia non paulatim procedit sed dum incipit tota est. Nec aliorum more viciorum sollicitat animos sed abducit et impotentes sui cupidosque vel communis mali exagitat, nec in ea tantum in que destinavit sed in occurrentia obiter furit. Cetera vicia impellunt animos, ira precipitat. Ceteris eciam si resistere contra affectus suos non licet, certe affectibus ipsis licet stare. Hec non secus quam fulmina procelleque et si qua alia irrevocabilia sunt quia non eunt sed cadunt vim suam magis ac magis tendit. Alia vicia a ratione, hoc a sanitate desciscit. Alia accessus lenes habent et incrementa fallentia, in iram deiectus animorum est. Nulla itaque res urget magis attonita et in vires suas prona et sive successit superba sive frustratur insana, ne repulsa quidem in tedium acta; ubi adversarium fortuna subduxit in se ipsa morsus suos vertit. Nec refert quantum sit ex quo surrexerit, ex levissimis enim in maxima evadit. Nullam transit etatem, nullum hominum genus excipit. Quedam gentes beneficio egestatis non novere luxuriam, quedam quia exercite et vage sunt effugere pigriciam. Quibus incultus mos agrestisque vita est circumscriptio ignota est et fraus et quodcumque in foro malum nascitur. Nulla gens est quam non ira instiget, tam inter Graios quam barbaros potens, non minus perniciosa leges metuentibus quam quibus iura distinguit modus virium. Denique cetera singulos corripiunt. Hic unus affectus est qui

Iuxta dictum Augustini pro moribus auditorum formandus est sermo doctorum

t. f. in casu isto

Seneca intendens iram ab animis excidere ac eius impetus refrenare in hoc libro primo docet ira est vincenda quibusdam precibus quibusdam minis et terroribus quibusdam verecundia quibusdam mora. Et in hoc consilium moribus cuiusque est capiendum. Dicit tamen ad remedium more non esse veniendum nisi quando alia non possunt esse quia in mora est periculum. Cum iste affectus sit periculosior ceteris affectibus quod ostendit multipliciter comparando ad alios. Secundo ibi Non est magis probat opinionem Aristotelis qui excusans iram dicit eam esse calcar virtutis et ostendit turpitudinem feditatem et periculositatem affectus ire. Tercio ibi Quoniam primum incipit dare remedia contra iram et primo ne aliquis incidat in iram. Quarto ibi Respice ad nos docet remedia ut quis si quis in illa ceciderit ut comprimere. Quinto ibi Compungit eciam docet nos alienam iram lenire usque in finem.

interdum publice concipitur. Nulla umquam gens tam ardenti feminae amore flagravit, nec in pecuniam aut lucrum tota civitas spem suam misit; ambitio viritim singulos occupat; impotentia non est malum publicum. Saepe autem in iram uno agmine itum est: viri, feminae, senes, pueri, principes vulgusque consensere, et tota multitudo paucissimis verbis concitata ipsum concitatorem antecessit; ad arma protinus ignesque discursum est et indicta finitimis bella aut gesta cum civibus; totae cum stirpe omni crematae domus. Et modo eloquio favorabilibus habitus in multo honore iram suae contionis excepit; in imperatorem suum legiones pila torserunt; dissedit plebs tota cum patribus; publicum consilium senatus non expectatis dilectibus nec vocato imperatore subito irae suae duces legit. Ex urbis nobiles consectatus viros supplicium manu sumpsit; violat legationes rupto iure gentium. Rabiesque infanda civitatem tulit, nec datum tempus quo resideret tumor publicus, sed deductae protinus classes et oneratae tumultuario milite. Sine more, sine auspiciis populus ductu irae suae egressus fortuita raptaque pro armis gessit, deinde magna clade temeritatem audaciae luit. Hic barbaris forte ruentibus in bella exitus est. Cum mobiles animos species iniuriae perculit, agitur statim et qua dolor traxit ruinae modo regionibus incidunt, incompositi, interriti, incauti, pericula appetentes sua. Gaudent feriri (l. et instare) ferro et tela corpore urgere et per suum vulnus exire. — l. al. monito — l. al. ac pro tota urbe — l. al. generis al. ...

Non est inquis dubium quin magna ista et pestifera sit vis; ideo quemadmodum sanari debeat, monstra. Atqui ut in prioribus libris dixi, stat Aristotiles defensor irae et vetat illam nobis exsecari: calcar ait esse virtutis; hac erepta inermem animum et ad conatus magnos pigrum inertemque fieri. Necessarium est itaque foeditatem eius ac feritatem coarguere et ante oculos ponere quantum monstri sit homo in hominem furens quantoque impetu ruat non sine pernicie sua perniciosus et ea deprimens quae mergi nisi cum mergente non possunt. Quid ergo? Sanum hunc aliquis vocat qui velut tempestate correptus non it sed agitur et furenti malo servit, nec mandat ultionem suam sed ipse eius exactor animo simul ac manu saevit, carissimorum eorumque quae mox amissa fleturus est carnifex? Hunc aliquis affectum virtuti adiutorem comitemque dat, consilia sine quibus nichil gerit obturbantem? Caducae sinistraeque sunt vires et in malum suum validae in quas aegrum morbus et accessio erexit. Non est ergo quod me putes tempus in supervacuis consumere, quod iram quasi — Arist. — virtus nichil sine consiliis gerere. nota.

dubie apud homines opinionis sit infamia, an aliquis sit, et quidem de
illustribus philosophis qui illi indicat operas et tamquam utilem ac spi-
ritus subministrantem in proelia in actus rerum ad omne quodcumque ca-
lore aliquo gerendum est vocet.

Ne quem fallat tamquam aliquo tempore aliquo loco profutura oste-
ndenda est rabies eius effrenata et attonita, apparatusque illi
reddendus est suus: eculeus et fidicule et ergastula et cruces et circum-
dati defossis corporibus ignes et cadavera quoque trahens uncus, varia
vinculorum genera, varia penarum, lacerationes membrorum, inscriptiones fron-
tis et bestiarum immanium cavee. Inter hec instrumenta collocetur ira dira
quiddam atque horridum stridens omnibus per que furit tetrior. Ut de cete-
ris dubium sit, nulli certe affectui peior est vultus, quem in prioribus
libris descripsimus, asperum et acrem et nunc subito retrorso sanguine fuga-
to pallentem, nunc in os omni calore ac spiritu verso subrubicundum et si-
milem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis et exsilientibus,
nunc in uno obtutu defixis et herentibus. Adice dentium inter se ari-
etatorum ut aliquem esse cupientium non alium sonum quam est apris tela sua
attritu acuentibus; adice articulorum crepitum, cum se ipse manus
frangunt, et pulsatum sepius pectus, anhelitus crebros tractosque al-
tius gemitus, instabile corpus, incerta verba subitis exclamationibus,
trementia labra interdumque compressa et dirum quiddam exsibilantia.
i. illas exagitet — Ferarum, me hercules, sive illas fames exagitat sive infixum viscer-
ibus ferrum, minus tetra facies est, etiam cum venatorem suum semi-
animes morsu ultimo petunt, quam hominis ira flagrantis. Age si
exaudire voces ac minas vacet, qualia excarnificati animi ver-
ba sunt. Nonne revocare se quisque ab ira volet, cum intellexerit illam
a suo primum malo incipere? Non vis ergo admoneam eos qui iram sum-
ma potentia exercent et argumentum virium existimant et in magnis
i. admoneam ideo quia — magne fortune bonis ponunt paratam ultionem, quam non sit potens,
ymo nec liber quidem dici possit ire sue captus. Non vis admoneam
quo diligentior quisque sit et ipse se circumspiciat, alia animi mala ad pes-
simos quosque pertinere, iracundiam etiam eruditis hominibus et in alia
sanis irrepere, adeo ut quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant
et vulgo credatur facillimus quisque huic obnoxius. Quorsus, inquis,
hoc pertinet? Ut nemo se iudicet tutum ab illa, cum lentos quoque natura et
placidos in sevitiam ac violentiam evocet. Quemadmodum adversus pe-
stilentiam nihil prodest firmitas corporis et diligens valitudinis cura,
promiscue enim imbecilla robustaque invadit, ita ab ira tam inquietis

De irremediabili pestilentie potentia nota et loco quo habitandi elegisti scilicet propter ... nostre

moribus periculum est quam compositis et remissis quibus tamen eo turpi
or ac periculosior est quo plus in illis mutat.
Sed cum primum sit non irasci, secundum desinere, tertium alienae irae me — regime ire
deri. dicam primum quemadmodum in iram non incidamus, deinde quem
admodum nos ab illa liberemus, novissime quemadmodum irascentes retine
amus placemusque et ad sanitatem reducamus. Ne irascamur praesta
bimus, si omnia vitia irae nobis subinde proposuerimus et illam bene ex
timaverimus. Accusanda est apud nos damnanda, perscrutanda eius mala
et in medium protrahenda sunt, et ut qualis sit appareat, comparanda
cum pessimis est. Avaritia acquirit et contrahit quo aliquis meli
or utatur; ira impendit. paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam
in fugam servos egit, quosdam in mortem. quanto plus irascendo quam id
erat propter quod irascebatur amisit. Ira patri luctum, marito divortium at
tulit, magistratui odium, candidato repulsam. Peior est quam luxu
ria, quoniam illa sua voluptate fruitur, haec alieno dolore. Vincit malig
nitatem et invidiam. Illae enim infelicem fieri volunt, haec facere. Illae fortui
tis malis delectantur, haec non potest exspectare fortunam; nocere ei quem odit,
non noceri vult. Nihil est simultatibus gravius; has ira conciliat.
Nihil est bello funestius; in hoc potentium ira prorumpit. Ceterum etiam
illa plebeia ira et privata inerme et sine viribus bellum est. Praeterea
ira, ut seponamus quae mox secutura sunt damna, insidias, perpetuam
ex certaminibus mutuis sollicitudinem, dat poenas dum exigit. naturam
hominis vitat. Illa in amorem hortatur, haec in odium. Illa prodesse iubet,
haec nocere. Adice quod cum indignatio eius animi suspectu eveniat et
animosa videatur, pusilla est et angusta. Nemo enim non eo a quo se con
temptum iudicat minor est. At ille ingens animus et verus aestima
tor sui non vindicat iniuriam, quia non sentit. Ut tela a duro resiliunt
et cum dolore caedentis solida feriuntur, ita nulla magnum animum iniuria ad
sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Quanto pulchrius velut
nulli penetrabilem telo omnes iniurias contumeliasque respuere. Ultio
doloris confessio est. Non est magnus animus quem incurvat iniuria.
Aut potentior te aut imbecillior laesit. Si imbecillior, parce illi; si po
tentior, tibi. Nullum est argumentum magnitudinis certius quam nihil
posse quo instigeris accidere. Pars superior mundi et ordinatior ac
propinqua sideribus nec in nubem cogitur nec in tempestatem impellitur
nec versatur in turbinem; omni tumultu caret; inferiora fulminant. Eo
dem modo sublimis animus, quietus semper et in statione tran
quilla collocatus, intra se premens quibus ira contrahitur, mo

desertus et uenerabilis est et depositus. Quorum nichil inueniet in irato. Cuius enim traditus dolori et furens non primam rexit uerecundiam? Cuius impetu turbidus et in aliquem ruens non quicquid in se uerecundi habuit abiecit? Cui officiorum numerus aut ordo constitit in irato? Cuius lingue temperauit? Quis ullam partem corporis tenuit? Quis se regere potuit inmissum?

Proderit nobis illud Democriti salutare preceptum quo monstratur tranquillitas. Si neque priuati neque publice multa aut maiora uiribus nostris egerimus. Nunquam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit ut non aut ex homine aut ex re offensio nascatur que animum in iras paret. Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incursitandum est et alicubi labi necesse est alicubi retineri alicubi respergi ita in hoc uite actu dissipato et uago multa impedimenta multe querele incidunt. Alius spem nostram fefellit alius distulit alius intercepit. Non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est ut multa temptanti ubique respondeat. Sequitur ergo ut is cui contra que proposuerat aliqua cesserunt impatiens hominum rerumque sit et ex leuissimis causis irascitur nunc persone nunc negotio nunc loco nunc fortune nunc sibi. Itaque ut quietus possit esse animus non est iactandus nec multarum ut dixi rerum actu fatigandus nec magnarum supra uires appetitarum. Facile est leuia aptare ceruicibus et in hanc aut illam partem transferre sine lapsu. At que alienis in nos manibus imposita egre sustinemus uicti in proximo effundimus et dum stamus sub sarcina impares honeri uacillamus. Idem accidere in rebus ciuilibus ac domesticis scias. Negotia expedita et habilia sequuntur actorem ingentia et supra mensuram agentis nec dant se facile et si occupata sunt premunt atque adducunt administrantem qui non que facilia sunt aggreditur sed uult facilia esse que aggressus est. Quotiens aliquid conaberis te simul et ea que paras quibusque pararis ipse metire. Faciet enim te asperum penitentia operis infecti. Hoc interest utrum quis feruidi sit ingenii an frigidi aut humilis. Generoso repulsa iram exprimet languido et inerti tristiciam. Ergo actiones nostre nec parue sint nec audaces nec improbe. In uicinum spes exeat. Nichil conemur quod mox adepti quoque successisse miremur. Demus operam ne accipiamus iniuriam quia ferre nescimus.

Cum placidissimo et facillimo et minime anxio morosoque uiuendum est. Sumuntur a conuersantibus mores et ut quedam incitatos cor-

[Marginal notes:] al. lingua — al. sine — Curiosis et negotiosis iram necessario oportet semper accidere

poris uicia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuiuatores in amorem uini traxit. Impudicorum cetus fortem quoque et si liceat uirum emollit. Auaricia in proximos uirus suum transtulit. Eadem ex diuerso racio uirtutum est ut omne quod secum habent mitiget. nec tam ualitudini profuit utilis regio et salubrius celum quam animis parum firmis in turba meliore uersari. Que res quanto possit intelliges si uideris feras quoque conuictu nostro mansuescere. nulli etiam immani bestie uim suam permanere si hominis contubernium diu passa est. retunditur omnis asperitas paulatimque inter placida dediscitur. Accedit huc quod non tantum exemplo melior fit qui cum quietis hominibus uiuit sed quod causas irascendi non inuenit nec uicium suum exercet. Fugere itaque debebit omnes quos irritaturos iracundiam sciet. Qui sunt inquis isti. multi ex uariis causis idem facturi. offendet te superbus contemptu. dicax contumelia. petulans iniuria. liuidus malignitate. pugnax contentione. uentosus et mendax uanitate. Non feres a suspicioso timeri. a pertinace uinci. a delicato fastidiri. Elige simplices faciles moderatos qui iram tuam nec euocent et ferant. Magis adhuc proderunt summissi et humani et dulces non tamen usque in adulationem. nam iracundos nimia assentatio offendit. Erat certe amicus noster uir bonus sed ire paratioris cui non magis tutum erat blandiri quam maledicere. Celium oratorem fuisse iracundissimum constat cum quo ut aiunt cenabat in cubiculo lecte patientie cliens sed difficile erat illi in copula coniecto rixam eius cum quo habitabat effugere. optimum iudicauit quicquid dixisset sequi et secundas agere. Non tulit Celius assentientem et exclamauit. dic aliquid contra ut duo simus. Sed ille quoque quod non irasceretur magis iratus cito sine aduersario desiit. Eligamus ergo uel hos potius si conscii nobis iracundie sumus qui uultum nostrum ac sermonem sequantur. Facient tales quidem nos delicatos et in malam consuetudinem inducent nichil contra uoluntatem audiendi sed proderit uicio suo interuallum et quietem dare. Difficilia quoque et indomita natura blandientem ferent. nichil asperum territumque palpanti est.

Quotiens disputatio longior et pugnatior erit in prima resistat initia antequam robur accipiat. alit se ipsa contentio et dimissos altius tenet. facilius est se a certamine abstinere quam abducere. Studia quoque grauiora iracundis omittenda sunt aut certe citra lassitudinem exercenda et animus non inter plura uersandus sed artibus amenis tradendus. lectio illum carminum obleniat et historia fabul

[margin, left:] assentantes / obedientes

[margin, right:] s. i. societatem — al. palpatu — pro. optimum — i. abstinere

detineat mollibus delectationibusque tractetur. Pytagoras perturbationes ani-
mi lira componebat. Quis autem ignorat lituos et tubas concitamenta
esse sicut quosdam cantus blandimenta quibus mens resoluatur. Con-
fusis oculis prosunt uirentia et quibusdam coloribus infirma acies
acquiescit quorundam splendore prestringitur. Sic mentes letas (egras) studia
egras (leta) permulcent. Forum aduocationes iudicia fugere debemus et
omnia que exulcerant uitium. eque cauere lassitudinem corporis co-
sumit enim quicquid in nobis mite placidumque est et acria concitat. Ideo
quibus sthomachus suspectus est processuri ad res agendas maio-
ris negotii bilem cibo temperent quam maxime mouet fatigatio. siue
quia calorem media compellit et nocet sanguini cursumque eius ue-
nis laborantibus sistit. siue quia corpus attenuatum et infirmum incubit
animo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt ualitudine aut etate
fessi. Fames quoque et sitis ex hisdem causis uitanda est. exasperat et
incendit animos. Vetus dictum est a lasso rixam queri. eque autem et
ab esuriente et a sitiente et ab omni homine quem aliqua res urit.
Nam ut ulcera ad leuem tactum. deinde etiam ad suspicionem tactus con-
dolescunt ita animus affectus minimis offenditur. adeo ut quosdam
salutatio et epistola et oratio et interrogatio in litem euocent. Numquam sine
querela egra tanguntur. optimum est itaque ad primum mali sensum me-
deri sibi. tum uerbis quoque suis minimum libertatis dare et inhibere im-
petum. Facile est autem affectus suos cum primum oriuntur deprehendere. mor-
borum signa precurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluuie ante ipsas
nota ueniunt ita ire amoris omniumque istarum procellarum animos ue-
xantium sunt quedam prenuntia. Qui comitiali uitio solent corripi iam
aduentare ualitudinem intelligunt si calor summa deserit et incertum
lumine neruorumque trepidatio est. si memoria sublabitur. caputque uer-
satur. solitis itaque remediis incipientem causam occupant. et odore gu-
stuque quicquid est quod alienat animos repellitur. aut fomentis contra
frigus rigoremque pugnatur. aut si parum medicina profecit. uitaue-
runt turbam et sine teste ceciderunt. Prodest morbum suum nosse et ui-
res eius antequam spatientur opprimere.

Videamus quid sit quod nos maxime concitet. alium uerborum alium
rerum contumelie mouent. hic uult nobilitati. hic forme sue
parci. hic elegantissimus haberi cupit ille doctissimus. hic su-
perbie impatiens est. hic contumacie. ille seruos non putat di-
gnos quibus irascatur. hic intra domum seuus est. foris mitis.
Ille rogari etiam iniuriam iudicat hic non rogari contumeliam. Non

Nota diligenter hanc prudentiam que est quam necessaria

Vetus prouerbium a lasso rixam queri

et infirmitatem

omnes ab eadem parte feriunt. Scire itaque oportet quid in te imbecil
lum sit ut id maxime protegas. Non expedit omnia videre omnia
audire. multe nos iniurie transeant ex quibus plerasque non ac
cipit qui nescit. Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui in
quirit quid in se dictum sit qui malignos sermones etiam si secre
to habiti sint eruerit se ipse inquietat. Quedam interpretatio eo
producit ut videantur iniurie. Itaque alia differenda sunt. alia
deridenda. alia donanda. Circumscribenda multis modis ira est.
Pleraque in lusum iocumque vertantur. Socratem aiunt colapho percussu(m)
nichil amplius dixisse quam molestum esse quod nescirent homines quando
cum galea prodire deberent. Non quemadmodum facta sit iniuria re
fert sed quemadmodum lata. Nec video quare difficilis est moderatio.
cum sciam tyrannorum quoque tumida et fortunata licentia ingenia
familiarem sibi sevitiam repressisse. Pisistratum certe atheniensium ty
rannum memorie proditur cum multa in crudelitatem eius ebrius conviva dixiss
et deessent qui vellent manus ei moderare talius hic et alius
illinc faces subderent placido animo tulisse et hoc irritantibus respon
disse non magis illi se succensere quam si quis obligatis oculis in se
incurrisset. Magna pars querelas manu fecit aut falsa suspicando
aut levia aggravando.

Sepe ad nos ira venit. sepius nos ad illam. que numquam accersen
da est. etiam cum incidit reiciatur. Nemo dicit sibi hoc quod
irascor aut feci aut fecisse potui. nemo animum facientis sed ipsum ex
timat factum. atqui ille intuendus voluerit an inciderit coactus
sit an deceptus. odium secutus sit an premium. sibi morem gesserit
an manum alteri commodaverit. Aliquid peccantis etas facit. aliquid
fortuna ut ferre aut pati aut humanum aut humile sit. Eo nos loco
constituamus quo ille est cui irascimur. nunc facit iracundos nos ini
qua nostri estimatio et que facere vellemus pati nolumus. Nemo se
differt. Atqui maximum remedium ire dilatio est ut primus eius fer
vor relanguescat et caligo que premit mentem aut residat aut
minus densa sit. Quedam ex hiis que te precipitem ferebant hora
non tantum dies mollict. quedam ex toto evanescent. Si nichil erit
petita advocatio apparebit iudicium esse non iram. Quicquid voles
quale sit scire tempori trade. Nichil diligenter in fluctu cernitur. Non
potuit impetrare a se plato tempus cum servo suo irasceretur. sed ponere
illum statim tunicam et prebere scapulas verberibus iussit sua manu

al. quos — al. mitte — al. irasti — vel tempus omnium scientiam trade — al. deponere — Exem

ipse Speusippus postquam intellexit irasci se sicut sustulerat manum
suspensam detinebat et stabat percussuro similis. Interrogatus deinde
ab amico qui forte intervenerat quid ageret: exigo inquit penas
ab homine iracundo. Velud stupens gestum illum deformem sapienti
viro servabat oblitus iam servi quia alium quem potius castigaret
invenerat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem et ob peccatum quoddam
commotior: tu inquit Speusippe servulum istum verberibus obiurga. Nam
ego irascor. ob hoc non occidi propter quod alius occidisset. Irascor inquit — i. persuasit
plus faciam quam oportet libentius faciam. non sit iste servus in eius — i. platonis
potestate qui in sua non est. Aliquis vult irato committi ultionem
cum plato sibi ipse imperium abrogaverit. Nichil tibi liceat dum irasceris.
quare? quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse si vincere iram non po
tes. Illa te incipit vincere si absconditur. si illi exitus non datur. Sig
na eius obruamus. et illam quantum fieri potest occultam secretamque teneamus cum ma
gna id nostra molestia fiet. cupit exilire et incendere oculos et mutare
faciem. Sed si eminere illi extra nos licuit supra nos est. In imo pecto
ris secessu recondatur feraturque non ferat. Immo in contrarium omnia eius
iudicia flectamus. vultus remittatur. vox lenior sit. gradus lentior
paulatim cum exterioribus interiora formantur. In socrate ire signum erat
vocem summittere loqui parcius. apparebat tunc illum sibi obstare. depre
hendebatur itaque a familiaribus et coarguebatur. nec illi exprobatio la
titantis ire ingrata. Quid in eum gaudet quod iram suam multi intelle
gerent nemo sentiret. Sensissent autem nisi ius amicis obiurgandi
se dedisset. sicut ipse sibi in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis
faciendum est. Rogemus amicissimum quemque ut tunc maxime libertate
adversus nos utatur cum minime illam pati poterimus. nec assentiatur
ire nostre contra nos potens malum et apud nos generosum dum con
spicimus dum nostri sumus advocemus. Qui vinum male ferunt et ebrie
tatis sue temeritatem ac petulantiam metuunt mandant suis ut e
convivio auferantur. intemperantiam in morbo suo experti parere sibi in
adversa valitudine vetant. Optimum est notis vitiis impedimenta pro
spicere et ante omnia ita componere animum ut etiam gravissimis rebus subitisque
concussus ita aut non sentiat aut magnitudinem inopinate in
iurie exortam in altum retrahat nec dolorem suum profiteatur. Id fieri
posse apparebit si pauca ex ingenti turba exempla protulero ex
quibus utrumque discere licet quantum mali habeat ira ubi hominum
potentium potestate tota utitur quantum sibi imperare possit
ubi metu maiore compressa est. Cambisen regem nimis

deditum vino. Trahessaupes unus ex carissimis monebat ut par
cius biberet, turpem esse dicens ebrietatem in rege quem oculi
hominum auresque sequerentur. Ad hoc ille ut scias inquit quemadmodum nun
quam excidam michi approbabo iam et oculos post vinum in officio esse et ma
nus. Bibit deinde liberalius quam alias capacioribus sciphis et iam gra
vis ac vinolentus obiurgatoris sui filium procedere ultra limen iubet
allevataque supra caput sinistra manu stare. Tunc intendit arcum
et ipsum cor adolescentis id enim se petere dixerat figit. rescissoque
pectore herens in ipso spiculum ostendit ac respiciens patrem interro
gavit satis certam haberet manum. At ille negavit Apollinem potuisse
certius dimittere. Dii illum male perdant animo magis quam condici
one mancipium. eius rei laudator fuit cuius nimis erat spectato
rem fuisse. Occasionem blanditiarum putavit pectus filii in duas
partes diductum et cor sub vulnere palpitans controversiam illi facere de glo
ria debuit et revocare iactum ut regi liberet in ipso patre certiorem
manum ostendere. O regem cruentum o dignum in quem suorum arcus ver
terentur. Cum execrati fuerimus illum convivia suppliciis funeribusque
solventem. tamen sceleratius telum illud laudatum est quam missum. Videbi
mus quomodo se pater gerere debuerat stans super cadaver filii sui cedemque il
lam cuius et testis fuerat et causa. Id de quo nunc agitur apparet iram
supprimi posse. Non maledixit regi nullum emisit ne calamitosi quidem
verbum cum eque cor suum quam filii transfixum videret. Potest dici
merito devorasse verba nam si quid tamquam iratus dixisset, nichil
tamquam pater facere potuisset. Potest inquam videri sapientius se in illo casu
gessisse quam cum de potandi modo preciperet quem satius erat vinum quam
sanguinem bibere cuius manus poculis occupari pax erat.

Accessit itaque ad numerum eorum qui magnis cladibus ostenderunt
quanti constaret regum amicis bona consilia. Non dubito quin
Arphalus quoque tale aliquid regi suo Persarumque suaserit quo offen
sus liberos illi epulandos apposuit et subinde quesivit an placeret
conditura. deinde ut satis illum plenum malis suis vidit afferri ca
pita illorum iussit et quomodo esset acceptus interrogavit. non defuerunt mi
sero verba. non os concurrit. apud regem inquit omnis cena iocunda
est. Quid hac adulatione profecit ne ad reliquias invitaretur.
non veto patrem dampnare regis sui factum. non veto querere dignam
tam truci portento penam. Sed hoc interim intelligo posse etiam
ingentibus malis nascentem iram abscondi et ad verba contraria

Right margin: Nota hic negavit incredibiliter; l. als calamitosi; Multo plerumque regum amici ostendunt bona consilia; contraria proferenda

sibi aliquo cogi. Necessaria est ista doloris refrenatio utique hoc sortitis vite
generis et ad regiam adhibitis mensam. Sic editur apud illos. sic bibitur. — al. editur
sic respondetur funeribus suis adridendum est. An tanti sit vita
videbimus. alia ista questio est non consolabimur tam triste ergastu-
lum. nec adhortabimur ferre imperia carnificum. Ostendemus in omni — al. imperia
servitute apertam libertati viam. Si eger animus et suo vicio miser est huic
miserias finire secum licet. Dicam et illi qui in regem incidit sagittis
pectora amicorum petentem et illi cuius dominus liberorum visceribus patres
saturat. quid gemis demens. quid expectas ut te aut hostis aliquis
per exitium gentis tue vindicet. Aut rex a longinquo potens advo-
let. quocumque respexeris ibi malorum finis. Vides illum precipitem locum
illac ad libertatem descenditur. Vides illud mare illud flumen illum puteum
libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem brevem retorridam infe-
licem pendet inde libertas. Vides iugulum tuum guttur tuum cor tuum effu-
gia servitutis sunt. Nimis tibi operosos exitus monstras et multum animi
ac roboris exigentes. Queris quod sit ad libertatem iter quelibet in cor-
pore tuo vena. Quamdiu quidem nichil tam intollerabile nobis videtur
ut nos expellat e vita. iram in quocumque erimus statu removeamus. Perni-
ciosa est servientibus. omnis enim indignatio in tormentum suum proficit et
in pena graviora sentit quo contumacius patitur. Sic laqueos fera
dum iactat astringit. sic aves viscum dum trepidantes excuciunt plu-
mis omnibus illinunt. nullum tam artum est iugum quod non minus ledat
ducentem quam repugnantem. Unum est levamentum malorum ingentium
pati et necessitatibus suis obsequi.

Sed cum utilis sit servientibus affectuum suorum et huius precipue rapidi atque
effrenem continentia utilior est regibus. Perierunt omnia ubi quantum
suadet ira fortuna permittit. nec diu potest que multorum malo exer-
cetur potentia stare. periclitatur enim ubi eos qui separatim gemunt co-
munis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactaverunt modo
universi cum illos conferre in unum iras publicus dolor coegisset. Atqui
plerique sic iram quasi insigne regium exercuerunt. Sicut darius qui primus
post ablatum mago imperium persas et magnam partem orientis obti-
nuit. nam cum bellum scithis indixisset orientem cingentibus rogatus
ab eobazo nobili sene ut ex tribus liberis unum in solatium patri
relinqueret et duorum opera uteretur plus quam rogabatur pollicitus
omnes se illi dixit remissurum et occisos in conspectu parentis abiecit
crudelis futurus si omnes abduxisset. At quanto xerses facilior qui pithio
quinque filiorum patri unius vacationem petenti quod vellet eligere permisit.

Ostia desperationis

Potentia que multorum malo exercetur diu stare non potest

Trina voces clamitosas deus exaudit. Versus
Clamitat ad polum vox sanguinis et sodomorum
Vox oppressorum merces que retenta laborum

dem que elegerat in duas partes distractum ab utroque vie latere posu-
it, et hac victima lustravit exercitum. Habuit itaque quem debuit exi-
tum. victus et late longeque fusus ac strata ubique ruinas sua cernens
medius inter suorum cadavera incessit. Hec barbaris regibus feritas
in ira fuit quos nulla erudicio nullus litterarum cultus imbuerat.
Alexander: Dabit tibi ex Aristotilis sinu regem Alexandrum qui clitum carissimum
sibi et una educatum inter epulas transfodit manu quidem sua pa-
rum adulatorem et pigre ex macedone ac libero in persicam servitutem transe-
untem. Nam lisimachum eque familiarem sibi leoni obiecit. Numquid
ergo lisimachus felicitate quadam dentibus leonis elapsus ob hoc
cum ipse regnaret mitior fuit. Nam telesforum rodium amicum suum — Lisimachus rex crudelitas
undique decurtatum cum aures illi nasumque abscidisset in cavea velud
novum animal aliquod et inusitatum diu pavit cum oris detruncati mu-
tilatique deformitas humanam faciem perdidisset. accedebat fames et
squalor et illuvies corporis in stercore suo destituti callosis super hec
genibus manibusque quas in usum pedum angustie loci cogebant
lateribus vero attritu exulceratis non minus feda quam terribilis erat
forma eius visentibus factusque pena sua monstrum misericordi-
am quoque amiserat. Tamen cum dissimillimus esset homini qui illa
patiebatur dissimilior erat qui faciebat.

Utinam ista sevicia intra peregrina exempla mansisset. Nec in ro-
manos mores cum aliis adventiciis vitiis etiam suppliciorum
irarumque barbaria transisset. M. Mario cui vicatim populus statuas po- — ... crudelitas
suerat cui ture et vino supplicabat L. Sila prefringi crura erui ocu- — Sila et eius crudelitas
los amputari manus iussit et quasi totiens occideret quotiens vul-
neraret paulatim et per singulos artus laceravit. Quis erat huius
imperii minister. Quis nisi catilina iam omne facinus manibus
exercens. Is illum ante bustum Quinti catuli carpebat gravissimus
mitissimi viri cineribus supra quos vir mali exempli popularis
tamen et non tam inmerito quam nimis amatus per stillicidia sanguinem da-
bat. Dignus erat marius qui illa pateretur. Sylla qui iuberet.
catelina qui faceret. sed indigna respublica que in corpus suum
pariter et hostium et vindicum gladios reciperet.

Quid antiqua perscrutor modo C. Cesar Sex. Papinium cui pa-
ter erat consularis betilienum bassum questorem suum procura-
toris sui filium aliosque et senatores et equites romanos uno die — Cesaris crudelitas
flagellis cecidit torsit non questionis sed animi causa. Deinde adeo
impatiens fuit differende voluptatis quam ingentem crudelitas

eius sine dilatione poscebat ut in xysta maternorum hortorum qui porticum a ripa separat inambulans quosdam ex illis cum matronis atque aliis senatoribus ad lucernam decollaret. Quid instabat quod periculum aut privatum aut publicum una nox minabatur? quantum fuit lucem expectare. deinde ut senatores populi Romani soleatus occideret. quam superba fuit crudelitas eius. ad rem pertinet scire. quod ab errore. aliquin possumus videri et in devium exire. sed hoc ipsum pars erit ire super saevita saevientis. Ceciderat flagellis senatores. ipse effecit ut dici posset solet fieri. torserat per omnia que in rerum natura tristissima sunt fidiculis talaribus eculeo igne et vultu suo. Et hoc loco respondebitur magnam rem si tres senatores quasi nequam mancipia inter verbera et flammas divisit homo qui de toto senatu trucidando cogitabat. qui optabat ut populus Romanus unam cervicem haberet ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta in unum ictum et unum diem cogeret. Quid tam inauditum quam nocturnum supplicium cum latrocinia tenebris abscondi soleant animadversiones quo notiores sunt plus ad exemplum emendationemque proficiant. Et hoc loco respondebitur mihi quid tanto opere admiraris isti belue quottidianum est ad hoc vivit ad hoc vigilat ad hoc lucubrat. Nemo certe invenietur alius qui imperaverit omnibus hiis in quos animadverti iubebat os inserta spongia includi ne vocis emittende haberent facultatem. Cui umquam morituro non est relictum qua gemeret? timuit nequam liberiorem vocem extremus dolor mitteret ne quid quod nollet audiret. sciebat autem innumerabilia esse que obiceret illi nemo nisi periturus auderet. cum spongie non invenirentur scindi vestimenta miserorum et in os farciri pannos imperavit. Que ista sevitia est liceat illam non per vulnus emittere. Adice hiis longum est quod patres occisorum eadem nocte dimissis per domos centurionibus confecit. Adest homo misericors a luctu liber. Non enim Gaii sevitiam sed ire propositum est describere que non tantum in unum furit sed gentes totas lancinat sed urbes sed flumina tuta ab omni sensu doloris converberat.

Sic rex Persarum totius populi nares recidit in Siria. Inde Rhinocolura loco nomen est. Pepercisse illum iudicas quod non tota capita precidit? novo genere pene delectatus est. Tale aliquid passi forent Ethiopes qui ob longissimum vite spatium Macrobii appellantur. In hos enim quia non supinis manibus exceperant servitutem missisque legatis libera responsa dederant que con-

scilicet ipse cesar

scilicet quod per [illegible] modo fiebat

[illegible]

i. lacerat

al. macrobii

tumultuosa reges uocant rabiisse fremebat et non prouisis commea-
tibus non exploratis itineribus per inuia per arentia trahebat omnem
bello utilem turbam cui intus primum iter deerant necessaria nec quicquam
subministrabat sterilis et inculta humanoque uiatui ignota regio sub-
stinebant famem primo tenerrima frondium et cacumina arborum tum
coria igne mollita et quicquid aliud horridum necessitas cibum fecerat.
Postquam inter arenas radices quoque et herbe defecerant apparuitque
inops etiam animalium solitudo decimum quemque sortiti alimentum habu-
erunt. Fame seuius agebat adhuc ira regem precipitem cum partem
exercitus amisisset partem comedisset donec timuit ne et ipse uoca-
retur ad sortem tunc demum signum receptui dedit. Seruabantur interim
illi generose aues et instrumenta epularum camelis uehebantur. Cum
sortirentur milites eius quis male periret quis peius uiueret. Hic i-
ratus fuit genti et ignote et immerite sensure tamen. Cyrus uero flumini. Nam
cum babiloniam oppugnaturus festinaret ad bellum cuius maxima mo-
menta in occasionibus sunt gangem late fusum amnem uado transire
temptauit quod uix tutum est etiam cum sensit estatem et ad minimum
deductus est. Ibi unus ex hiis equis qui trahere regium currum albi
solebant abreptus uehementer commouit regem. Iurauit itaque se
amnem illum regis commeatus auferentem eo redacturum ut transiri
calcarique etiam a feminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli ap-
paratum et tam diu assedit operi donec centum et lxxx cuniculis di-
uisum alueum in trecentos et lx riuos (*above:* alias riuulos) dispargeret et siccum dimitteret
in diuersum fluentibus aquis. Periit itaque tempus et magna in magnis
rebus iactura et militum ardor quem inutilis labor fregit et occasio ag-
grediendi imparatos dum ille bellum inductum hosti cum flumine gerit.
Hic furor. Quid enim aliud uoces? Romanos quoque contigit. C. enim Ce-
sar uillam in herculanensi pulcherrimam quia mater sua aliquando in illa
custodita erat diruit fecitque eius notabilem fortunam stantem enim
prenauigabamus nunc causa diruende queritur.

Et hec cogitanda sunt exempla que uites et illa ex contrario que se-
quaris moderata lenia quibus nec ad irascendum causa defuit
nec ad ulciscendum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono quam
duos manipulares duci iuberet qui incumbentes regis thabernaculo
faciebant quod homines et periculosissime et libentissime faciunt de rege
suo male existimant. Audierat omnia Antigonus ut pote cum
inter dicentem et audientem palla interesset quam ille leuiter

Marginal notes: [illegible] reges potentes uocant — al. cuniculis — [illegible] ille — Exempla potentis Antigoni

commonuit et longius inquit discedite ne vos rex audiat. Idem qua-
dam nocte cum quosdam ex militibus suis exaudisset omnia mala im-
precantes regi qui ipsos in illud iter et in extricabile lutum deduxis-
set accessit ad eos qui maxime laborabant et cum ignorantes a quo
adiuvarentur explicuisset nunc inquit maledicite Antigono cuius vi-
tio in has miserias incidistis ei autem bene optate qui vos ex hac
voragine eduxit. Idem tam miti animo hostium suorum maledicta quam
civium tulit. Itaque cum in parvulo quodam castello greci obsiderentur
et fiducia loci contemnentes hostem multa in deformitatem Antigoni
iocarentur et nunc staturam humilem nunc collisum nasum deriderent.
gaudeo inquit rex et aliquid boni spero si in castris meis silenum habeo.
Cum hos dicaces fame domuisset captis sicut mos est suggestum
est regi ut eos qui militie essent utiles in cohortes destaberet ce-
teros preconi subiceret. idque se negavit facturum fuisse nisi expediret
hys dominum habere qui tam malam habet linguam. Huius nepos fuit Ale-
xander qui lanceam in convivas suos torquebat qui ex duobus
amicis quos paulo ante retuli alterum fere obiecit alterum sibi. Ex
hys duobus tamen qui leoni obiectus est vixit. Non habuit hoc avitum
ille vitium nec paternum quidem. Nam si qua alia in Philippo virtus
fuit et contumeliarum patientia ingens instrumentum ad tutelam regni. Demo-
chares ad illum parresiades ob nimiam et procacem linguam appellatus
inter alios atheniensium legatos venerat. Audita benigne lega-
tione Philippus dicite inquit michi facere quid possim quod sit
atheniensibus gratum. Excepit Demochares te inquit suspendere.
Indignatio circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta. Quos
Philippus conticescere iussit et Thersitam illum salvum incolumemque di-
mittere. At vos inquit ceteri legati nuntiate atheniensibus multo
superbiores esse qui ista impune dicunt quam qui dicta audiunt.

Multa et divus Augustus digna memoria fecit dixitque ex quibus
appareat iram illi non imperasse. Timagenes hystoriarum scri-
ptor quedam in ipsum quedam in uxorem eius et in totam domum dixe-
rat nec perdiderat dicta magis enim circumfertur et in ore hominum est
temeraria urbanitas. Sepe illum cesar monuit ut moderatius
lingua uteretur perseveranti domo sua interdixit. Postea Tima-
genes in contubernio Pollionis Asinii consenuit tota civitate direptus est.
Nullum illi limen preclusa cesaris domus abstulit. Hystorias
quas postea scripserat recitavit et combussit et libros acta cesaris Augu-
sti continentes in ignem posuit. inimicitias gessit cum cesare. nemo a

inimiciciam eius extimuit. Nemo qui fulguratis ictum refugit. Sunt qui
preberent tam alte cadenti sinum. Tulit hoc ut dixi cesar patienter. nec eo
quidem motus quod laudibus suis rebusque gestis manus attulerat. numquam
cum hospite inimici sui questus est. Hoc dumtaxat pollioni
asinio dixit theriotrophis. Paranti [pollioni] deinde excusationem obstitit et
fruere inquit mi pollio fruere. Et cum pollio diceret si iubes cesar statim — s. hospite suo timagine
illi domo mea interdicam. hoc me inquit putas facturum cum ego
vos in gratiam reduxerim. Fuerat enim aliquando timagini pollio iratus nec
ullam aliam habuerat causam desinendi quam quod cesar ceperat. — s. ab illa ira ex irato cum timagine

Dicat itaque sibi quisque quotiens lacessitur. Numquid potencior sum
philippo. illi tamen impune est maledictum. Numquid in domo mea
plus possum quam toto orbe terrarum divus augustus potuit. ille tamen
contentus fuit a conviciatore suo secedere. Quid est quare ego servi mei
clarius responsum et contumaciorem vultum et non pervenientem usque ad
me murmurationem flagellis et compedibus expiem. Quis sum
cuius aures ledi nephas sit. Ignoverunt multi hostibus. ego non ignoscam
pigris et negligentibus et garrulis. Puerum etas excuset. feminam
sexus. extraneum libertas. domesticum familiaritas. Nunc primum of-
fendit cogitemus quamdiu placuit. Sepe et alias et cum offendit feramus
quod diu tulimus. Amicus est fecit quod noluit. inimicus fecit quod
debuit. Prudenciori credamus. stulticiori remittamus. Pro quocumque — q. d. estote ...
illud nobis respondeamus. sapientissimos quoque viros multa delin-
quere. Neminem esse tam circumspectum cuius non diligencia aliquando sibi
ipsa excidat. Neminem tam maturum cuius non gravitatem in aliquod
fervidius factum casus impingat. Neminem tam timidum offensarum
qui non in illas dum vitat incidat. Quomodo homini pusillo solacium in
malis fuit eciam magnorum virorum titubare fortunam. Et equiore animo — s. cum videt quod magni viri de se titubant
filium in angulo flevit qui vidit acerba [funera s. sed eciam] funera eciam ex regia [s. domo] duci.
sic animo equiore fert ab aliquo ledi ab aliquo contempni. cui-
cumque venit in mentem nullam esse tantam potenciam in qua non incurrat
iniuria. Quod si eciam prudentissimi peccant cuius non error bonam
causam habet. Respiciamus quotiens adolescencia nostra in officio parum
diligens fuit. in sermone parum modesta. in vino parum temperans.
Si iratus est demus illi spacium quo despicere quod fecerit possit.
Ipse se castigabit. Denique debeat penas. non est quod cum illo paria — qui parcendo debemus esse prudenciores eo qui nos lacessit
faciamus. Illud non veniet in dubium quin se exemerit turbe et
altius steterit quisquis despexit lacessentes. proprium est mansuetudinis

uere non sentire peruersissimum. Immanis fera ad latratum canum lenta re-
spexit, sic irritus ingenti scopulo fluctus adsultat. Qui non irascitur
inconcussus iniuria perstitit, qui irascitur motus est. At ille quem modo
altiorem omni incommodo posui, tenet amplexu quodam summum bonum,
nec homini tantum sed ipsi fortune respondet. Omnia licet facias minor
in fortuna — es quam ut serenitatem meam obducas. Vetat hec ratio cui uitam
regendam dedi. Plus michi nocitura est ira quam iniuria. Quid ni?
i. usque ad quem locum — plus illius (iniurie) modus certus est, ista (ira) quousque me latura sit dubium est.
Non possum inquis pati; graue est iniuriam sustinere. Mentiris.
quis enim iniuriam non potest ferre qui potest iram? Adice nunc
quod id agis ut et iram feras et iniuriam. Quare fers egri rabiem et fre-
netici uerba, puerorum proteruas manus? Nempe quia uidentur nescire
quid faciunt. Quid interest quo quisque uitio fiat imprudens? Impru-
dentia par in omnibus patrocinium est. Quid ergo inquis, impune illi
erit? Puta te uelle, tamen non erit. Maxima est enim facte iniurie pena fe-
cisse, nec quisquam grauius afficitur quam qui ad supplicium penitentie traditur.
Denique ad condicionem rerum humanarum respiciendum est ut omnium acciden-
tium equi iudices simus. Iniquus autem est qui commune uitium singu- — i. notabile
lis obiecit. Non est ethiopis inter suos insignitus color, nec ruffus
crinis et coactus in nodum apud germanos uirum decet. Nichil in
uno iudicabis notabile aut fedum quod genti sue publicum est.
De ethiopibus et germanis — Et ista que retuli unius regionis atque anguli consuetudo defendit.
Vide nunc quanto in hiis iustior uenia sit que per totum genus humanum
uulgata sunt. Omnes inconsulti et improuidi sumus, omnes incerti queruli — al. plangi
ambitiosi. Quid lenioribus uerbis ulcus publicum abscondo? omnes
mali sumus. Quicquid itaque in alio reprehenditur id unusquisque in
sinu suo inueniet. Quid illius pallorem illius maciem notas? pe-
stilentia est. Placidiores itaque inuicem simus: mali inter malos
uiuimus. Una nos res facere potest quietos, mutue facilitatis
conuentio. Ille michi iam nocuit, ego illi nondum. Sed iam aliquem
fortasse lesisti (alium), sed ledes. Noli extimare hanc horam aut hunc diem;
totum inspice mentis tue habitum: etiam si nichil mali fecisti, potes
facere. Quanto satius est sanare iniuriam quam ulcisci. Multum temporis
ultio assumit, multis se iniuriis obicit dum una dolet. Diutius
irascimur omnes quam ledimur. Quanto melius abire in diuersum nec ui-
cia uitiis opponere? Numquid quis satis constare sibi uideatur si mu-
ut se uindicet — lam calcibus repetat et canem morsu? Ista inquis peccare se ne-
sciunt. Primum quam iniquus est apud quem hominem esse ad impetrandam

dam veniam noceat. Deinde si cetera animalia huic ire tue subducuntur
quia consilio carent, eodem loco tibi sit quisquis consilio caret. Quid enim
refert an alia mutis dissimilia habeat. caliginem mentis. Peccavit
hoc enim primum. hoc enim extremum non est quod illi credas. etiam si dixerit iterum
non faciam, et iste peccabit et in istum alius et tota vita inter erro-
res volutabitur. mansuete mansueta tractanda sunt.

q. d. ex equo i. hoc est similis animalibus que carent consilio licet in aliquis non assistat ratione eius

Quod in luctu dici solet efficacissime et in ira dicetur, utrum aliquando
desines an numquam. Si aliquando, quanto satius est iram relinquere
quam ab ira relinqui. an semper hec cogitatio durabit? Vides quam impa-
catam tibi denunties vitam? qualis enim erit vita semper timentis? Adice
nunc quod cum bene te ipse succenderis et subinde causas quibus stimuleris re-
novaveris. sua sponte ira discedet et vires illi dies subtrahet.
Quanto satius est a te illam vinci quam a se. Huic irasceris, deinde illi
servis, deinde libertis, parentibus, deinde liberis, notis, deinde ignotis
ubique enim cause supersunt. nisi deprecator animus accesserit. Hinc te illo
furor rapiet. illinc alio et novis subinde irritamentis orientibus con-
tinuabitur rabies. Age infelix et quando amabis? O quam bonum tempus in re
mala perdis. quanto nunc satius erat amicos parare, inimicos mitigare
rem publicam administrare. transferre in res domesticas operam.
Quam circumspicere quid alicui facere possis mali, quo aut dignitati
eius aut patrimonio aut corpori vulnus infligas, cum id tibi con-
tingere sine certamine ac periculo non possit. Etiam si cum inferiore
concurses. victum licet accipias et ad arbitrium tuum omni patientie expo-
situm. sepe nimia vis cedentis aut articulum loco movit aut nervum
in his quos fregerat dentibus fixit. Multos iracundia mancos
multos debiles fecit. etiam ubi patientem nacta est materiam. Adice nunc
quod nihil tam imbecille natum est ut sine elidentis periculo pereat.
Imbecilles valentissimis alias dolor alias casus exequat. Quid quod
pleraque eorum propter que irascimur offendunt nos magis quam ledunt. Mul-
tum autem interest utrum aliquis voluntati mee obstet an desit, eri-
piat an non det. Atqui in equo ponimus utrum aliquis auferat an
neget, utrum spem nostram precidat an differat. utrum contra nos fa-
ciat an pro se, amore alterius an odio nostri.

Quidam vero non tantum iustas causas standi contra nos sed etiam hone-
stas habent. alius patrem tuetur, alius fratrem, alius patriam
alius amicum. His tamen non ignoscimus id facientibus, quod nisi face-
rent improbaremus. immo quod est incredibile sepe de facto bene existi-

manus de facientibus male. At me hercule vir magnus ac iustus
fortissimum quemque ex hostibus suis et pro libertate ac salute patrie
pertinacissimum suspicit, et talem sibi civem talem militem contingere optat. — al. suscipit
Turpe est odisse quem laudes. Quanto vero turpius ob id aliquem odisse
propter quod misericordia dignus est. Si captivus in servitutem subito
depressus reliquias libertatis tenet nec ad sordida ac laboriosa
ministeria agilis occurrit. Si ex otio piger equum vehiculumque domini
cursu non exequat sed inter quotidianas vigilias fessum somnus
oppressit. Si rusticum laborem recusat aut non fortiter obiit a servitute
urbana et feriata translatus ad durum opus, distinguamus utrum
aliquis non possit an nolit. Multos absolvemus si ceperimus ante
iudicare quam irasci. Nunc autem primum impetum sequimur deinde quamvis
vana nos concitaverint perseveramus ne videamur cepisse sine causa et quod
iniquissimum est pertinaciores nos facit iniquitas ire. Retinemus enim illam
et augemus quasi argumentum sit iuste irascentis graviter irasci.
Quanto melius est initia ipsa perspicere quam levia sint quam innoxia.

Quod accidere vides in animalibus mutis idem in homine deprehendes.
frivolis turbamur et inanibus. Thaurum color rubicundus excitat.
Ad umbram aspis exurgit. Ursos leonesque mappa provocat. Omnia
que natura fera ac rapida sunt consternat ad vana. Idem in quietis et
stolidis ingeniis evenit. rerum suspicione feriunt adeo quidem ut in-
terdum iniurias vocent modica beneficia in quibus frequentissima certe
acerbissima iracundie materia est. Carissimis enim irascimur quod minora
nobis prestiterint quam mente concepimus quamque alii tulerint cum utri-
usque rei paratum remedium sit. Magis alteri indulsit. nostra nos compara-
tione delectet. numquam erit felix quem torquebit felicior. Minus habeo
quam speravi sed forte plus speravi quam debui. Hec pars maxime me-
tuenda est. Hinc perniciosissime ire nascuntur et sanctissima quoque inva-
sure. Divum Iulium plures amici confecerunt quam inimici quorum non — al. constaverat
expleverat spes inexplebiles. Voluit quidem ille. Neque enim quisquam li- — al. explere quantum in se fuit
beralius victoria usus est ex qua nihil sibi vindicavit nisi dispen-
sandi potestatem. Sed quemadmodum sufficere tam improbis desideriis posset — sibi
cum tantum omnes concupiscerent quantum unus poterat dare. Vidit itaque
strictis circa sellam suam gladiis commilitones suos Cimbrum Tullium — al. desi[illegible]
acerrimum paulo ante suarum partium defensorem aliosque post Pom-
peium demum pompeianos. Hec res sua in reges arma
convertit fidissimosque eo compulit ut de morte eorum cogitarent

pro quibus et ante quos mori notum habuerant.
Nulli ad alia respicienti sua placent. Inde diis quoque irascimur.
Quod aliquis nos antecedat obliti quantum sequatur a tergo ingentis
invidie. tanta tamen importunitas hominum est ut quamvis multum acce-
perint iniurie loco sit plus accipere potuisse. dedit michi preturam sed con-
sulatum speraveram. dedit duodecim fasces sed non fecit ordinarium
consulem. a me numerari voluit annum sed deest michi ad sacerdotium. scilicet obtinendum
Quo aptatus in collegium sum sed cur in unum. consumavit dignitatem meam
sed patrimonio nichil contulit et dedit michi que debebat michi alium dare. scilicet quod sibi dare non poterat
de suo nichil protulit. Age potius gratias pro hiis que accepisti. reli-
qua expecta et nondum plenum te esse gaude. Inter voluptates est sup-
esse quod speres. omnes vicisti primum esse te in animo amici tui letare.
Multi te vincunt. considera quanto antecedas plures quam sequaris. Quod
sit in te vitium maximum falsas rationes conficis. data magna
extimas. accepta parvo. aliud in alio nos deterreat. quibusdam
timeamus quibusdam fastidiamus. Magnam rem sine dubio fecerimus
si servulum infelicem in ergastulum miserimus. quid properamus frangere. non
peribit potestas ista si differetur. Sine id tempus veniat quo ipsi iu-
beamus. Nunc ex imperio ire loquimur cum illa abierit tunc videbimus quod non nunc
quanto ista lis extimanda. In hoc enim precipue fallimur. ad ferrum venimus
ad capitalia supplicia. et vinculis carcere fame vindicamus rem ca-
stigandam flagris levioribus. Quomodo inquis nos iubes intueri quam pro quanto
omnia per que ledi videmur exigua misera et puerilia sint. Ergo vero
nichil magis suaserim quam sumere ingentem animum et hoc propter que liti-
gamus discurrimus anhelamus videre quam humilia et abiecta sint nulli scilicet nullo
qui altum quiddam et magnificum cogitat respicienda.
Circa pecuniam plurimum vociferationis est. Hec fora defatigat. vel iudicia Invectio contra pecuniam
patres liberosque in illa committit. venena miscet. gladios
tam percussoribus quam legionibus tradit. Hec est sanguine nostro deli-
buta. propter hanc uxorum maritorumque noctes strepunt litibus et
tribunalia magistratuum premit turba. reges seviunt. rapiuntque
et civitates longo seculorum labore constructas evertunt ut aurum ar-
gentumque in cinere urbium scrutentur. Libet intueri fiscos in angulo
iacentes. Hii sunt propter quos oculi clamore exprimantur fremitu iudi-
ciorum basilice resonant evocati ex longinquis regionibus iudices
sedent iudicaturi utrius iustior avaritia sit. Quid si ne propter
fiscum quidem sed propter pugnum eris aut imputatum a servo dena

rum senex sine herede moriturus sthomacho dirumpitur. Quid si
per usuram aut millesimam ualerius marius fenerator distortis
pedibus et manibus ad conparandum non relictis clamat ac per
uadimonia asses suos in ipsis morbi accessionibus uindicat. Si
tota michi ex omnibus metallis que cum maxime deprimimus pecu
niam proferas. Si in medium proicias quicquid thezauri tegunt a
uaricia iterum sub terras referente que male egesserat omnem istam
congeriem non putem que frontem uiri boni contrahat. Quanto
risu prosequenda sunt que nobis lacrimas educunt.

Cedo nunc persequere cetera. cibos. potiones, ortum paratam. ambicio
nem. immundicias et uba contumelias et motus corporum parum
honorificos, et suspiciones et contumacia iumenta et pigra manci
pia. interpretationes malignas uocis aliene quibus efficitur
ut inter iniurias nature numeretur sermo homini datus. Crede m
leuia sunt propter que non leuiter excandescimus qualia que pueros in rixam
et iurgium concitant. nichil ex hiis que tam triste agimus serium est
nichil magnum. Inde inquam nobis ira et insania est quod exigua ma
gna extimatis. Auferre hic michi hereditatem uoluit. Hic me diu
spem supremam captatus criminatus est. Hic scortum meum concupi
uit. Quod uinculum amoris esse debebat sedicionis atque odii ca
est idem uelle. Iter angustum rixas transeuncium concitat diffusa
et late patens uia nec populos quidem collidit. Ista que appetitis
quia exigua sunt nec possunt ad alterum nisi alteri erepta transferri
eadem affectantibus pugnas et iurgia excitant. Respondisse tibi in
Inuectio contra auaros — dignaris libertumque et uxorem et clientem. deinde de re publica lib
tatem sublatam queris quam domi sustulisti. Rursus si tacuit interro
gatus contumaciam uocas et loquatur et taceat et rideat coram domino
inquis. immo coram patrefamilie. Quid clamas quid uociferaris quid
flagella media cena petis quod serui loquantur quod non eodem loco turba
contionis est silentium solitudinis. In hoc habes aures ut non nisi
modulata tantum et mollia et ex dulci tracta compositaque accipiant.
Et risum audias oportet et fletum et blandicias et lites et prospera et
tristia et hominum uoces et fremitus animalium latratusque. Quid miser
expauescis et ad clamorem serui et ad tinnitum eius aut ianue im — al. tin
pulsum cum tam delicatus fueris tonitrua audienda sunt. Quod
Inuectio contra oculos — de auribus dictum est transfer ad oculos qui non minus fastidio laborant
quod uidet turpia — si male instituti sunt macula offenduntur et sordibus et argento

speculum splendido et stagno non ad solem placente. Isti nempe oculi
qui non ferunt nisi varium ac recenti cura nitens marmor qui men-
sam nisi crebris distinctam venis qui nolunt domi nisi aurum et preciosa
calcare. equissimo animo foris et scabras lutosasque semitas spectant
et maiorem partem occurrentium squalidam parietes insularum exesos
rimosos inequales. Quid ergo aliud est quod illos in publico non
offendat domi moveat quam opinio illic equa et impatiens
domi et morosa et querula.

Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem natura patientes sunt.
Sed animus illos desit corrumpere qui quottidie ad rationem
reddendam vocandus est. Faciebat hoc quod Sextius ut consummato die cum se — Sextius pulcram et utilem consuetudinem
ad nocturnam quietem recepisset interrogaret animum suum quod hodie malu-
tum sanasti. cui vitio obstitisti. qua parte melior es. Desinet ira
et erit moderatior que sciet sibi quottidie ad iudicem esse veniendum.
Quid ergo pulcrius hac consuetudine excutiendi totum diem. qualis ille
somnus post recognitionem sui sequitur. quam tranquillus altus ac
liber. cum aut laudatus est animus aut admonitus et speculator sui
censorque secretus cognoscat de moribus suis. Utor hac potestate
et quottidie aput me causam dico. cum sublatum e conspectu lumen
est et conticuit uxor moris iam mei conscia totum diem meum scrutor
factaque ac dicta mea remetior. Nichil michi ipse abscondo. Nichil
transeo. Quare enim quicquam ex erroribus meis timeam cum possim dicere
vide ne istud amplius facias nunc tibi ignosco. In illa disputatione
pugnacius locutus es. Noli postea congredi cum imperitis. no-
lunt discere qui nunquam didicerunt. Illum liberius admonuisti — Non solum inspiciendum quod dicimus sed cui dicimus
quam debebas. Itaque non emendasti sed offendisti. De cetero vide ne
non tantum an verum sit quod dicis sed an ille cui dicitur veri patiens sit.
admoneri bonus gaudet. pessimus quisque correptorem asperrime pa-
titur. In convivio quorundam te sales et in dolorem tuum iacta verba tetige- — Non quod congregatos in brigatione ...
runt. Vitare vulgares convictus memento. Solutior est post vinum
licentia quia ne sobriis quidem pudor est. Iratum vidisti amicum
tuum hostiario causidici alicuius aut divitis quod intrantem summove-
rat et ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo
catenato cani et hic cum multum latravit obiecto cibo mansuescit.
Recede longius et ride. Nunc iste aliquem se putat quod custodit li-
tigatorum turba limen obsessum. Nunc ille qui intra iacet felix
fortunatusque est et beati hominis iudicat ac potentis indicium

difficilem ianuam. Negat durissimum esse hostium curatorem.
Praesume animo multa tibi esse patienda. Numquis se hieme
algere miratur? Numquis in mari nausiare? in via concuti?
Fortis est animus ad quae paratus venit. Minus honorato loco
positus irasci coepisti convivatori vocatori et ipsi qui tibi praeferebatur.
Demens quid interest quam lecti premas partem? honestiorem te aut
turpiorem potest facere pulvinus? Non equis quendam oculis in-
dixisti quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hanc legem ergo
te Ennius quo non delectaris odisset et Hortensius simultates tibi
indiceret. Et Cicero si derideres carmina eius inimicus esset. Vis
tu equo animo pati candidatus suffragia. Contumeliam tibi fecit
aliquis, numquid maiorem quam Dyogeni philosopho stoyco cui de
ira cum maxime disserenti adolescens protervus inspuit. Tulit hoc
leniter et sapienter. Non quidem inquit irascor sed dubito tamen an irasci
oporteat. Cato noster melius cui cum agenti causam in frontem media
quantum poterat attracta pingui saliva inspuisset Lentulus ille pa-
trum nostrorum memoria factiosus et impotens abstersit faciem et affirma-
bo inquit omnibus Lentule falli eos qui te negant os habere.
Contigit iam nobis Novate bene componere animum. Si aut non
sentit iracundiam aut superior est. Videamus quo alienam iram le-
niamus. Nec enim sani esse tantum volumus sed sanare. Primam iram non
audebimus oratione mulcere. Surda est et amens. Dabimus illi spatium re-
media in remissionibus prosunt. Nec oculos tumentes temptabimus vim
rigentem movendo incitaturi nec cetera vitia dum fervent. Initia mor-
borum quies curat. Quantulum inquit prodest remedium tuum si sua
sponte desinentem iram placat. Primum ut citius desinat efficit. De-
inde custodit ne recidat. Ipsum quoque impetum quem non audet lenire
fallet. Removebit omnia ultionis instrumenta, simulabit iram ut tamquam
adiutor et doloris comes plus auctoritatis in consiliis habeat. Moras
nectet et dum maiorem poenam querit presentem differet. Omni arte requiem
furori dabit. Si vehementior erit aut pudorem illi cui non resistat
incutiet aut metum. Si infirmior sermones inferet vel gratos
vel novos et cupiditate cognoscendi vocabit. Medicum aiunt cum
regis filiam curare deberet nec sine ferro posset dum tumentem ma-
mam leniter fovet scalpellum spongia tectum induxisse. Repugnasset
puella remedio palam admoto, eadem quia non expectavit dolorem
tulit. Quaedam non nisi decepta sanantur. Alteri dices. Vide ne

i. quedam poeta cuius versus non placuerunt isti

i. alius erat philosophus

al. videtur fecisse melius scilicet ipse dyogenes

Nunc docet qualiter alterius ira leniatur

i. scilicet ipse medicus

inimicus iracundia tua voluptati sit. Alteri vide ne magnitudo
animi tui credaturque apud plerosque robur cadat. Indignor me her
cules mihi et non invenio dolendi modum. Sed tempus expectandum est. Da
bit penas. Serva istud in animo tuo, cum potueris et pro mora reddes.
Castigare vero irascentem et ultro obirasci incitare est. Varie ag
gredieris blandeque nisi forte tanta persona eris ut possis iram commi
nuere, quemadmodum fecit divus Augustus cum cenaret apud Vedium Pol
lionem. Fregerat unus ex servis cristallinum. Rapi eum Vedius iussit
nec vulgari quidem more periturum. Murenis obyci iubebatur quas
ibi ingentes piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxurie
causa facere? Sevicia erat. Evasit e manibus puer et confugit
ad Cesaris pedes, nichil aliud petiturus quam ut aliter periret, ne e
sca fieret. Motus autem novitate crudelitatis Cesar et illum quidem mitti,
cristallina autem omnia coram se frangi iussit compler(i)que piscinam.
Fuit Cesari sic castigandus amicus. Bene usus est viribus suis: E convi
vio rapi homines imperas et novi generis penis lancinari? Si ca
lix tuus fractus est, viscera hominis distrahentur? Tantum tibi placebis ut
ibi aliquem duci iubeas ubi Cesar est? Sic cui tantum potentie est ut iram
ex superiore loco aggredi possit male tractet, at talem duntaxat qua
lem modo retuli, feram immanem sanguinariam, que iam insana
bilis est nisi maius aliquid extimuerit.

Pacem demus animo quam dabit preceptorum salutarium assidua
meditatio actusque rerum boni et intenta mens ad unius honesti
cupiditatem. Conscientie satisfiat. Nil in famam laboremus. Sequatur vel ma
la, dum bene merentis. At vulgus animosa miratur et audaces in
honore sunt, placidi pro inertibus habentur. Primo forsitan aspectu,
sed simul ac qualitas vite fidem fecit non segnitiem illam animi esse
sed pacem, veneratur illos populus idem colitque. Nichil ergo habet in se u
tile teter iste et hostilis affectus, at omnia e contrario mala, ferrum,
ignes. Pudore calcato cedibus inquinavit manus, membra liberorum
dispersit, nichil vacuum reliquit a scelere, non glorie memor, non in
famie metuens, inemendabilis cum ex ira in odium occalluit. Careamus
hoc malo purgemusque mentem et extirpemus radicitus ea vitia que
quamvis tenuia undecumque herent renascentur, et iram non tem
peremus sed ex toto removeamus. Quod enim male rei temperamentum est?
Poterimus autem, adnitamur modo.

Margin notes: dolore — vas — murenis obyci — Exemplum divi Augusti apud Vedium Pollionem — genus est piscium — id est piscina vel vivarium murenas — id est cibum — lancinari — Aliud documentum ... diligenter attende — vel

Nec ulla res magis proderit quam cogitatio mortalitatis. Sibi quisque et alteri dicat. Quid iuvat tamquam in eternum genitos iras indicere et brevissimam etatem dissipare. Quid iuvat dies quos in voluptatem honestam impendere licet in dolorem alicuius tormentumque transferre. Non capiunt res iste iacturam nec tempus vacat perdere. Quid ruimus in pugnam? Quid certamina nobis accersimus? Quid imbecillitatis obliti ingentia odia suscipimus et ad frangendum fragiles consurgimus. Iam istas inimicicias quas implacabili gerimus animo febris aut aliquod aliud malum corporis vetabit geri. Iam par acerrimum media mors dirimet. Quid tumultuamur et vitam sediciosi conturbamus. Stat super caput fatum et pereuntes dies imputat propiusque ac propius accedit. Istud tempus quod aliene destinas morti fortasse circa tuam est. Quin potius vitam brevem colligis placidamque et tibi et ceteris prestas. Quin potius amabilem te dum vivis omnibus desiderabilem cum excesseris reddis et contemptum sed superioribus acidum ac molestum exterere viribus tuis ~~temptas~~ temptatis. Quid servo, quid domino, quid regi, quid clienti tuo irasceris? Sustine paululum: venit ecce mors que nos pares faciat. Videre solemus inter matutina harene spectacula thauri et ursi pugnam inter se colligatorum quos cum alter alterum vexaverit suus confector expectat. Idem facimus aliquem nobiscum alligatum lacessimus cum victo victorique finis et quidem maturus immineat. Quieti potius pacatique quantulumcumque superest exigamus. Nulli cadaver nostrum iaceat invisum. Sepe rixam conclamatum in vicinio incendium solvit et interventus fere latronem viatoremque deducit. Colluctari cum minoribus malis non vacat ubi metus maior apparuit. Quid nobis cum dimicatione et insidiis? Numquid amplius isti cui irasceris quam mortem optas? etiam te quiescente morietur. Perdis operam: facere vis quod futurum est. Nolo inquis utique occidere sed exilio, sed ignominia, sed damno afficere. Magis ignosco ei qui vulnus inimici quam qui insulam concupiscit. Hic enim non tantum mali animi est sed pusilli. Sive de ultimis suppliciis cogitas sive de levioribus, quantulum est temporis quo aut ille pena sua torqueatur aut tu malum gaudium ex aliena pena percipias. Iam istum spiritum exspuimus. Interim dum trahimus, dum inter homines sumus, colamus humanitatem. Non timori cuiquam non periculo simus. Detrimenta, iniurias, convicia, vellicationes contempnamus et magno animo brevia feramus incommoda. Dum respicimus quod aiunt versamusque nos, iam mortalitas aderit. Explicit liber Senece de Ira.

Lucii annei Senece ad Serenum de tranquillitate animi. Rubrica

Inquirenti michi in me quedam vicia apparebant Seneca in
aperto posita, que manu prenderem, quedam obscuriora et in re-
cessu, quedam non continua, que vel molestissima dixerim, ut ho-
stes vagos et ex occasionibus assilientes, per quos neutrum esse-
mus licet, nec tamquam in pace securum. Illum tamen habitum in me
maxime deprehendo, quare enim non verum ut medico fatear? nec
bona fide liberatum me his que timebam et oderam, nec rursus obnoxi-
um. In statu ut non pessimo, ita maxime querulo et moroso positus sum:
nec egroto nec valeo. Non est quod dicas omnium virtutum tenera esse
principia, tempore illis duramentum et robur accedere. Non ignoro etiam
que in speciem laborant, dignitatem dico et eloquentie famam et quicquid
ad alienum suffragium venit, mora convalescere. Et que veras vi-
res parant, et que ad placendum fuco quodam subornantur, expectant
annos, donec paulatim colorem diuturnitas ducat. Sed ego vere-
or ne consuetudo que rebus affert constantiam, hoc vicium michi alcius
figat. Tam bonorum quam malorum longa conversatio amorem induit.
Hec animi inter utrumque dubii, nec ad recta fortiter nec ad prava ver-
gentis infirmitas qualis sit, non tam simul tibi possum quam per par-
tes ostendere. Dicam que accidant michi, tu morbo nomen invenies.
Tenet me summus amor parsimonie, fateor; placet non in ambitionem
cubile compositum, non ex arcula prolata vestis, non ponde-
ribus aut mille tormentis splendere cogentibus expressa, sed domes-
tica et vilis nec servata nec sumenda sollicite; placet cibus
quem nec parent familie nec spectent, non ante multos impe-
ratus dies nec multorum manibus ministratus, sed parabilis facilisque,
nichil habens arcessiti precii, sed ubilibet non defuturus, nec patrimo-
nio nec corpori gravis, non rediturus qua intraverit. Placet
minister incultus et rudis vernula, argentum grave rustici patris
sine ullo nomine artificis, et mensa non varietate macularum conspicua
nec per multas elegantium dominorum successiones civitati nota, sed in usu
posita, que nullius convive oculos nec voluptate moretur nec
accendat invidia. Cum bene ista placuerunt, perstringit animum apparatus
alicuius pedagogii, diligentius quam in tralatu vestita et auro cul-
ta mancipia et agmen servorum nitentium. Iam domus etiam qua
calcatur preciosa, et divitiis per omnes angulos dissipatis.

tecta ipsa fulgentia et assectator comesque patrimoniorum pereuntium populus. Quid pluentes ad imum aquas et circumfluentes ipsa convivia. Quid epulas loquar scena sua dignas. Circumfudit me ex longo frugalitatis situ venientem multo splendore luxuria et undique circumsonuit. Paulum titubat acies. Facilius adversus illam animum quam oculos attollo. Recedo itaque non peior sed tristior. Nec inter illa frivola mea tam altus incedo tacitusque morsus subit et dubitatio, numquid illa meliora sint. Nichil horum me mutat. Nichil tamen non concutit. Placet imperium preceptorum sequi et in mediam ire rem publicam. Placet honores fascesque non scilicet purpura aut virgis abductum capessere, sed ut amicis propinquisque et omnibus civibus, omnibus deinde mortalibus parator utiliorque sim. Promptus positus sequor zenonem cleantem et crisippum, quorum tamen nemo ad rem publicam accessit et nemo non misit. Ubi aliquid animum insolitum arietari permisit. Ubi aliquid occurrit aut indignum, ut in omni vita humana multa sunt, aut parum ex facili fluens aut multum temporis rei non extimande poscens, ad otium convertor et quemadmodum pecoribus fatigatis quoque velocior domum gradus est. Placet inter parietes suos vitam coercere. Nemo ullum auferat diem. Nichil dignum tanto impendio redditurus. Sibi ipse animus habeat, se colat, nichil alienum agat, nichil quod ad iudicem spectet. Amet expers publice privateque cure tranquillitas. Sed ubi lectio fortior erexit animum et aculeos subdiderunt exempla nobilia, prosilire libet in forum, comodare alteri vocem, alteri operam, et si nichil profuturam tamen conaturam prodesse, alicuius coercere in foro superbiam male secundis rebus elati. In studiis puto me hercule melius esse res ipsas intueri et harum causa loqui. Ceterum verba rebus permittere ut quo duxerint hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est seculis duratura componere. Vis tu non id agere ne te posteri taceant. Morti natus es. Minus molestiarum habet funus tacitum. Itaque occupandi temporis causa in usum tuum non in preconium aliquid simplici stilo scribe. Minore labore opus est studentibus in diem. Rursus ubi se animus cogitationum magnitudine levavit, ambitiosus in verba est altiusque ut sperare ita eloqui gestit et ad dignitatem rerum exit oratio. Oblitus tamen legis pressiorisque iudicii sublimius feror et ore iam non meo. Ne singula diutius persequar in omnibus rebus hec me sequitur bone mentis infirmitas. Cui ne paulatim defluam vereor aut quod est sollicitius ne semper casuro

De tranquillitate animi

similis pendeam, et plus fortasse in me sit quam quod ipse pervideo. Fami-
liariter enim domestica aspicimus, et semper iudicio favor officit. Pu-
to multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenis-
se, nisi quedam in se dissimulassent, quedam opertis oculis transilu-
issent. Non est enim quod magis aliena iudices adulatione nos perire
quam nostra. Quis sibi verum dicere ausus est? Quis non inter laudantium
blandientiumque positus greges plurimum tamen sibi ipse assentatus est?
Rogo itaque, si quod habes remedium quo hanc fluctuationem meam
sistas, dignum me putes qui tibi tranquillitatem debeam. Non esse peri-
culosos motus animi nec quicquam tumultuosi afferentis scio; ut
vera tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate
vexor sed nausea. Detrahe ergo quicquid hoc est mali, et succurre in
conspectu terrarum laboranti.

Quero mehercule iam dudum, Serene, ipse tacitus, cui talem
affectum animi similem putem, nec ulli propius admoverim
exemplo quam exemplo eorum qui ex longa et gravi valitudine expli-
citi motiunculis levibusque interim offensis perstringuntur, et cum reliquias
effugerunt, suspicionibus tamen inquietantur, medicisque iam sani manum
porrigunt et omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum, Serene,
non parum sanum est corpus, sed sanitati parum assuevit, sicut est quidam
tremor etiam tranquilli maris, et ut cum ex tempestate requievit.
Opus est itaque non illis durioribus que etiam transcurrimus, ut alicubi
obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi instes gravis, sed illud quod
ultimum venit, ut fidem tibi habeas et recta ire te via credas, nihil
avocatus transversis multorum vestigiis passim discurrentium, quorundam
circa ipsam errantium viam. Quod desideras autem magnum et summum
est deoque vicinum, non concuti. Hanc stabilem animi sedem greci eu-
thimia vocant, de qua Democriti volumen egregium est; ego tran-
quillitatem voco. Nec enim imitari et transferre verba ad illorum formam
necesse est. Res ipsa de qua agitur aliquo assignanda nomine est,
quod appellationis grece vim debet habere, non faciem. Ergo querimus
quomodo animus semper equalis secundoque cursu eat, propitiusque sibi sit et sua
letus aspiciat, et hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu ma-
neat, nec attollens se umquam nec deprimens; id tranquillitas erit.
Quomodo ad hanc pervenire possit in universum queramus; sumes tu ex
publico remedio quantum voles. Totum interim vitium in medium protra-

obstes tibi alicubi irascaris alicubi

De stabilitate animi incipit

hendum est ex quo cognoscat quisque partem suam. Scio multum intelliges quanto minus negotii habeant cum fastidio sui quam hii quos ad professionem speciosam alligatos et sub ingenti titulo laborantes in sua simulatione pudor magis quam voluptas tenet. Omnes in eadem causa sunt et hii qui levitate vexantur ac tedio assiduaque mutatione propositi quibus semper magis placet quod reliquerunt et illi qui marcent et oscitant. Adice eos qui non aliter quam quibus difficilis somnus versant se et hoc atque illo modo componunt donec quietam lassitudinem inveniant statum vite sue formando subinde in eo novissime manent in quo illos non mutandi odium sed senectus ad novandum pigra deprehendit. Adice et illos qui non inconstantie vitio parum leves sunt sed inertia vivunt non quo volunt sed quo ceperunt. Innumerabiles deinceps proprietates sunt sed unus effectus vicii sibi displicere. Hoc oritur ab intemperie animi et cupiditatibus timidis aut parum prosperis ubi aut non audent quantum concupiscunt aut non consequuntur et in spe toti prominent semper instabiles mobilesque sunt quod necesse est accidere pendentibus ad vota sua omni via pendent et inhonesta se ac difficilia docent coguntque et ubi sine premio labor est torquet illos irritum dedecus nec dolent prava se frustra voluisse. Tunc illos et penitentia cepti tenet et incipiendi timor. Subrepitque illa iactatio non invenientis exitum quia nec imperare cupiditatibus suis nec obsequi possunt et cunctatio vite parum se explicantis et inter destituta vota torpentis animi situs. Que omnia graviora sunt ubi odio infelicitatis operose ad otium perfugerunt et ad secreta studia que pati non potest animus ad civilia erectus agendique cupidus et natura inquietus parum scilicet in se solaciorum habens. Ideoque detractis oblectationibus quas ipse occupationes discurrentibus prebent domum solitudinem parietes non fert invitus aspicit se sibi relictum. Hinc illud est tedium et displicentia sui et nusquam residentis animi volutatio et otii sui tristis atque egra patientia utique ubi causas fateri pudet et tormenta introrsus egit verecundia in angusto incluse cupiditates sine exitu se ipsas strangulant. Inde meror marcorque et mille fluctus mentis incerte quam inchoata suspensam habent deplorata et tristem. Inde ille affectus otium suum detestantium querentiumque nichil ipsos habere quod agant et alienis incrementis inimicissima invidia. Alit enim livorem infelix inertia et omnes destrui cupiunt

scilicet te quale sit ab alio querere non oportet

vel oscitant et alii oscitantur

scilicet ipse animus

scilicet meroris

quia se non potuere provehere. Ex hac deinde adulatione ali-
orum processuum et suorum desperatione obirascens fortune animus
et de seculo querens et in angulos se trahens et penem incubans sue
dum tedet sui pigetque. Natura enim humanus animus agilis est et pronus
ad motus. grata omnis illi excitandi se abstrahendique materia est.
Gratior pessimis quibusque ingeniis que occupationibus libenter de-
teruntur. Ut ulcera quedam nocituras manus appetunt et tactu gau-
dent et fedam corporum scabiem delectat quidquid exasperat. Non
aliter dixerim hiis mentibus in quas cupiditates velud mala ulcera e-
ruperunt voluptati esse laborem vexationemque. Sunt enim quedam que corpus
quoque nostrum cum quodam dolore delectent ut versare se et mutare nondum
fessum latus et alio atque alio positu ventillari. qualis ille homericus
achilles est modo pronus modo supinus in varios habitus se ipse
componens quod proprium egri est nichil diu pati et mutationibus ut re-
mediis uti. Inde peregrinationes suscipiuntur vage et litora pererrantur
et modo mari se modo terra experitur semper presentibus infesta levitas. Nunc
campaniam petamus. Iam delicata fastidio sunt. Inculta vide-
antur. bructios et lucanos saltus prosequamur. aliquid tamen inter
deserta amenum requiratur in quo luxuriosi oculi longo locorum horren-
tium squalore releventur. Tarentum petatur laudaturque portus et
hiberna celi mitioris et tecto velantis que satis opulenta et be-
est. Iam flectamus cursum ad urbem. nimis diu a plausu et fra-
gore aures vacaverunt. Iuvat iam et humano sanguine frui.
aliud ex alio iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur
ut ait lucretius. Hoc se quisque modo semper fugit. sed quid prodest
si non effugit. sequitur se ipse et urget gravissimus. Omnes itaque
scire debemus non locorum vitium esse quo laboramus sed nostrum. Infirmi
sumus ad omne tollerandum nec laboris patientes nec voluptatis
nec nostri nec ullius rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem quod
proposita sepe mutando in eadem revolvebantur et non reliquerant no-
vitatis locum. Fastidio esse illis cepit vita et ipse mundus et subiit
illud rabidarum deliciarum quousque eadem. De exercitatione animi Rubrica

Adversus hoc tedium quo auxilio putem utendum queris.
Optimum erat ut ait athenodorus actione rerum et reipublice
tractatione et officiis civilibus se detinere. Nam ut quidam sole atque
exercitatione et cura corporis diem educunt athletisque longe utilissimum est

vel sub solis calore ut in rusticis

lacertos suos roburque cum se venditaverint maiore temporis parte
militare. Ita nobis animum ad rerum civilium certamen parantibus in ope-
re non longe pulcherrimum est. Nam cum utilem se efficere civibus morta-
libusque propositum habebat simul exercet et proficit qui in mediis se
officiis posuit communia privataque pro facultate administrans. Sed
quia in hac inquit tam insana hominum ambitione tot calumniatoribus
in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas et plus futurum semper est
quod obstet quam quod succedat a foro quidem et publico recedendum est. Sed
habet ubi se etiam in privato lare explicet magnus animus nec ut
leonum animaliumque impetus caveis cohercetur sic hominum quorum maxime
in se ducto actiones sunt. Ita tamen delituerit ut ubicumque otium suum abscon-
derat prodesse velit singulis et universis ingenio voce et consilio. Nec enim
is solus rei publice prodest qui candidatos extrahit et tuetur reos
et de pace belloque censet. Sed qui iuventutem exhortatur qui in tanta
bonorum preceptorum inopia virtute instituit animos qui ad pecu-
niam luxuriamque cursu ruentes prensat ac retrahit et si nichil aliud
moratur in privato publicum negotium agit. An ille plus prestat quam
inter peregrinos et cives aut urbanos pretor adeuntibus assessoris
verba pronuntiat quam qui quid sit iustitia quid pietas quid sapientia
quid fortitudo quid mortis contemptus quid deorum intellectus quam
gratuitum hominum sit bona conscientia. Ergo si tempus in studia conferas quod
subduxeris officiis non deserueris nec munus detractaveris. Neque
enim ille solus militat qui in acie stat et cornu dextrum levumque defendit
sed qui portas tuetur et statione minus periculosa non otiosa tamen fungitur
vigiliasque servat et armamentario preest. Que ministeria quamvis
incruenta sint in numerum stipendiorum veniunt. Si te ad studia revo-
caveris omne vite fastidium effugies nec noctem fieri optabis te-
dio lucis nec tibi gravis eris nec aliis supervacuus. multos
in amicitiam attrahes affluetque ad te optimus quisque. Numquam enim quamvis
obscura virtus latet sed mittit sui signa quisquis dignus fuerit ve-
stigiis illam colliget. Nam si omnem conversationem tollimus et generi
humano renuntiamus vivimusque in nos tantum conversi sequetur hanc solitu-
dinem omni studio carentem inopia rerum agendarum. Incipiemus edi-
ficia alia ponere alia subvertere et mare submovere et aquas contra
difficultates locorum educere et male dispensare tempus quod nobis
natura consumendum dedit. alii parce illo utimur alii prodige.
alii sic impendimus ut possimus rationem reddere alii ut nullas ha-

beamus reliquias. Quare nichil turpius est sepe quam grandis natu
senex qui nullum aliud habet argumentum quo probet se diu vixisse
preter etatem. ¶ Michi carissime Serene nimis videtur summisisse temporibus
se athenodorus nimis cito refugisse. Nec ego negaverim aliquando cedendum
sed sensim relato gradu et salvis signis salva militari dignitate. Sanc
tiores tutioresque sunt hostibus suis qui in fide cum armis veniunt. Hoc
puto virtuti faciendum studiosoque virtutis si prevalebit fortuna et precidet
agendi facultatem. Non statim aversus inermisque fugiat latebras que
rens quasi nullus locus sit in quo non possit fortuna persequi sed parcius
se inferat officiis et cum delectu inveniat aliquid in quo utilis ci
vitati sit. Militare non licet honores spectet. Privato vivendum est
sit orator. Silentium indictum est tacita advocatione cives iuvet. Periculo
sum etiam ingressu forum est. In domibus in spectaculis in conviviis bonum
contubernalem amicum fidelem temperantem convivam agat. Officia
si civis amiserit hominis exerceat. Ideo magno animo nos non unius
urbis menibus pluribusque sed in totius orbis commercium emisimus pa
triamque nobis mundum professi sumus ut liceret latiorem virtuti campum
dare. Preclusum tibi tribunal est et rostris prohiberis aut comitiis.
Respice post te quantum latissimarum regionum pateat quantum populorum.
Numquam ita tibi magna pars obstruet ut non maior relinquatur.
Sed vide ne totum istud vicium tuum sit. Non vis enim nisi consul aut prita
nis aut ceris aut sufes administrare rempublicam. Quid si militare
nolles nisi imperator aut tribunus. Etiam si alii primam frontem tenebunt
te sors inter triarios posuit inde voce adhortatione exemplo animo
milita. Precisis quoque manibus ille in prelio invenit quod partibus conferat
qui stat tamen et clamore iuvat. Tale quiddam facies si a prima te rei
publice parte fortuna submovet stes tamen et clames et si quis fau
ces oppresserit stes tamen et silentio iuves. Numquam inutilis est opa
civis boni auditus visusque vultu nutu obstinatione tacita in
cessuque ipso prodest. Ut salutaria quedam citra gustum tactumque odore
proficiunt ita virtus utilitatem etiam ex longinquo et latens fundit
sive patiatur et se utitur suo iure sive precarios habet excessus cogi
turque vela contrahere sive otiosa mutaque est et angusto circumscripta
sive adaperta in quocumque habitu est prodest. Quid tu parum utile pu
tas exemplum bene quiescentis. Longe itaque optimum est miscere
otium rebus quotiens actuosa vita impedimentis fortuitis vel

civitatis condicione prohibetur. Nunquam enim usque eo interclusa sunt
omnia, ut nulli actioni locus honeste sit. Nunquid potest urbem ali-
quis invenire miseriorem quam Atheniensium fuit, cum illam xxx tyranni divelle-
rent? Mille et ccc cives, optimum quemque occiderant, nec finem ideo fa-
ciebant, sed irritabat seipsam sevicia. In qua civitate erat Ario-
pagos religiosissimum iudicium, in qua senatus populusque senatui
similis coibat, et cottidie carnificum triste collegium, et infelix cu-
ria tyrannis angusta. Poteratne illa civitas conquiescere, in qua
tot tyranni erant quot satellites essent? Nec spes quidem ulla reci-
piende libertatis animis poterat offerri, nec ulli remedio locus appa-
rebat contra tantam vim malorum. Unde enim misere civitati tot Ar-
modios? Socrates tamen in medio erat, et lugentes patres consolabatur,
et desperantes de republica exhortabatur, et divitibus opes suas
metuentibus exprobabat seram periculose avaricie penitentiam,
et imitari volentibus magnum circumferebat exemplar, cum inter xxx
dominos liber incederet. Hunc tamen athene ipse in carcere occiderunt, et qui
in tuto insultaverat agmini tyrannorum, cuius libertatem libertas non
tulit. Et ut scias et in afflicta republica occasionem sapienti viro
ad se proferendum esse, et in florenti ac beata petulanciam, invidiam, mil-
le alia inertia vicia regnare. Utcumque ergo se respublica da-
bit, utcumque fortuna permittet, ita aut explicabimus nos, aut
contrahemus, utique movebimus. Nec alligati metu torpebimus.
Ymmo ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa
se et cathenis frementibus non alliserit virtutem, nec absconderit. Non
enim debet servare se ut obruere ut opinor. Curius dentatus
aiebat malle esse se mortuum quam vivere. Ultimum malorum est ex vi-
vorum numero exire antequam moriaris. Sed faciendum erit, si in rei pu-
blice tempus minus tractabile incideris, ut plus ocio ac litteris vendi-
ces, nec aliter quam in periculosa navigatione subinde portum pe-
tas. Nec expectes donec res te dimittant, sed ab ipsis te ipse
disiungas. :–

De tenendo medio Rubrica

Inspicere autem debebimus primum nosmet ipsos, deinde ea que ag-
gredimur negotia, deinde eos quorum causa aut cum quibus
agendum est. Ante omnia necesse est seipsum extimare, quia fere plus
nobis videmur posse quam possimus. Alius eloquentie fiducia prolabi-
tur, alius patrimonio suo plus imperavit quam ferre possit, alius
infirmum corpus laborioso pressit officio. Quorundam parum ydonea

est verecundia rebus civilibus / que firmam frontem desiderat / quorundam contumacia non facit ad aulam / quidam non habent iram in potestate / et illos ad temeraria verba quelibet indignatio effert / quidam urbanitatem nesciunt continere / nec periculosis abstinent salibus / Omnibus hiis utilior negotio quies est / ferox impatiensque natura irritamenta nocitura libertatis evitet · **De virium comparatione ad onus**

Extimanda sunt deinde ipsa que aggredimur / et vires nostre cum rebus quas temptaturi sumus comparande / debet enim semper plus esse virium in actore quam in pondere / Necesse est opprimant onera que ferente maiora sunt / Quedam preterea non tam magna sunt negotia quam fecunda · multumque negotiorum ferunt / et hec fugienda sunt ex quibus nova occupatio multiplexque nascetur / Nec accedendum eo unde liber regressus non sit / hiis admovenda manus est / quorum finem aut facere aut certe sperare possis / Relinquenda que latius actu procedunt / nec ubi proposueris desinunt · **De delectis habendis Rubrica**

Hominum utique delectus habendus est / an digni sint quibus partem vite nostre impendamus / an ad illos temporis nostri iactura perveniat / quidam enim ultro officia nostra nobis imputant / Athenodorus ait / nec ad cenam quidem se iturum ad eum qui sibi nil pro hoc debiturus sit / puta intelligis multo minus ad eos iturum / qui cum amicorum officiis parem mensam faciunt / qui fercula pro congiariis numerant / quasi in alienum honorem intemperantes sint · Deme illis testes spectatoresque non delectabit popina secreta · Considerandum est utrum natura tua agendis rebus / an otio / studio contemplationique aptior sit / et eo inclinandum quo te vis ingenii defert · Socrates ethorum leta manu a foro subduxit / utiliorem componendis monumentis historiarum ratus / male enim respondent (labor) coacta ingenia · Reluctante natura irritus labor est · **De hiis que animum delectant R**

Nihil tam eque oblectavit animum quam amicitia fidelis et dulcis · Quantum bonum est ubi sunt preparata pectora in que tuto secretum omne descendat / quorum conscientiam minus quam tuam timeas / quorum sermo sollicitudinem leniat / sententia consilium expediat / hilaritas tristitiam dissipet / conspectus ipse delectet · quos scilicet vacuos quantum fieri poterit a cupiditatibus eligemus / serpunt enim vitia et in proximum quemque transiliunt / et contactu nocent / Itaque ut in pestilentia curandum est · ne correptis iam corporibus et morbo

fragrantibus assideamus / quia pestula trahemus a flatu ipso in
proximo laborabimus. Ita in amicorum legendis ingeniis dabimus
operam / quam ut minime inquinatos assumamus. Initium morbi est
egris sana miscere. Nec hoc preceperim tibi / ut neminem nisi sa-
pientem sequaris / aut attrahas / ubi enim istum invenies quem tot
querimus seculis / pro optimo est minime malus / vix tibi esset
facultas delectus felicioris si inter platonas et xenofontas et illum
socratici fetus proventum bonos quereres / aut si tibi potestas catonia-
ne fieret etatis / que plerosque dignos tulit qui cathonis seculo
nascerentur / sic multos peiores quam umquam alias maximeque mo-
litores scelerum / utraque enim turba opus erat ut catho posset intelli-
gi / Habere debuit et bonos quibus se approbaret / et malos in quibus
vim suam experiretur. Nunc vero in tanta bonorum egestate minus
fastidiosa fiat electio. Precipue tamen vitentur tristes / et omnia deplorantes
quibus nulla non causa in querelas placet / constet illi licet fides et beni-
volentia / tranquillitati tamen inimicus est / comes perturbatus / et
omnia gemens. De mutatione animi. Rubrica.

Transeamus ad patrimonia maximam humanarum erumnarum
materiam. Nam si omnia alia quibus angimur comparetis.
/ mortes egrotationes / metus desideria dolorum laborumque patientiam
cum hiis que nobis mala pecunia nostra exhibet / hec pars multum
pregravabit. Itaque cogitandum est quanto levior dolor sit / non habere
quam perdere / et intelligemus paupertati eo minorem tormentorum quo mi-
norem damnorum esse materiam. Erras enim si putas animosius de-
trimenta divites ferre / maximis minimisque corporibus par est
dolor vulneris. Bion eleganter ait / non minus molestum esse calvis
quam comatis pilos velli. Idem scias licet de pauperibus locuple-
tibusque / par illis esse tormentum / utrisque enim pecunia sua adhesit nec
sine sensu evelli potest. Tollerabilius autem est ut dixi faciliusque
non accidere acquirere quam amittere. Ideoque letiores videbis quos vir
ingentis animi et effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud pau-
pertatem inopiam egestatem vocato. Quod voles ignominiosum
securitati nomen impone. Putabo hunc non esse felicem si quem
michi alium inveneris cui nichil pereat / aut ego fallor aut
regnum est inter avaros circumscriptores latrones plagiarios u-
num esse cui noceri non possit. Si quis de felicitate Dyogenis
dubitat / potest idem dubitare et de deorum immortalium statu /

[Marginalia: "vel nec possis eligere meliorem"; "vel sic tulit"; "nota"; "vel al. tormentum"; "numquam fortuna respexit quam quos deseruit. Vidit hoc Dyogenes"; "vel si illum inveneris qui [illegible]"]

/an parum beate degant quod illis non predia nec orti sunt nec
alieno colono rura preciosa nec grande in foro fenus. Non te ·/· i. admiraris siue admirando eas delectaris
pudet quisquis diuicijs adstupes. Respice agedum mundum/ illos / forte locus erat ubi erant dii depicti
nudos uidebis deos/ omnia dantes/ nichil habentes. Hunc tu pau-
perem putas/ an dijs inmortalibus similem/ qui se fortuitis omnibus
exuit. Feliciorem tu demetrium pompeianum uocas/ quem non puduit
locupletiorem esse pompeio/ Numerus illi cottidie seruorum uelud
imperatori exercitus referebatur/ cui iam dudum diuicie esse debuerant
l. fuerunt duo uicarij/ et cella laxior. At dyogeni seruus unicus fugit/ nec
eum reducere cum monstraretur tanti putauit/ turpe est inquit ma-
then sine dyogene posse uiuere/ dyogenem sine mathen non posse.
nota Videtur michi dixisse/ age tuum negocium fortuna/ Nichil aput dyo-
genem iam tui est/ fugit michi seruus/ immo liber abijt/ familia ue-
stiarium petit/ uictumque tot uentres auidissimos animalium tuendi sunt.
Emenda uestis/ et custodiende rapacissime manus/ et flentium desta-
tiumque ministerijs utendum/ quanto ille felicior qui nichil ulli debet nisi cui
nota facillime negat sibi. Sed quoniam non est roboris nobis tantum an gustanda
nota certe sunt patrimonia/ ut minus ad iniurias fortune simus expositi.
Habiliora sunt corpora imbecilla/ que in arma sua contrahi possunt
quam que superfunduntur/ et que undique magnitudo sua uulneribus
obiecit/ Optimus pecunie modus est/ qui nec in paupertatem cadit/
nota nec procul a paupertate discedit. De vana gloria remouenda R.
Placebit autem nobis mensura si prius parsimonia placuerit
nota sine qua/ nec ulle opes sufficiunt/ nec ulle non satis patent/
presertim cum in uicino remedium sit/ et possit ipsa paupertas in di-
uicias se aduocata frugalitate conuertere/ Assuescamus a nobis
nota remouere pompam/ et usus rerum/ non ornamenta metiri/ Cibus
famem domet/ potio sitim/ libido qua necesse est fluat/ Discamus
membris nostris inniti/ cultum uictumque non ad noua exempla com-
nota ponere/ sed ut maiorum suaderet mores/ Discamus continenciam
augere/ luxuriam cohercere/ gulam temperare/ Iracundiam lenire/
paupertatem equis oculis aspicere/ frugalitatem colere et hijs filia
nota pudebit eum naturalibus desiderijs plus paruo parata remedia ad-
hibere/ spes effrenatas et animum in futura eminentem/ uelud sub uin-
culis habere/ id agere ut diuitias a nobis potius quam a fortuna
nota petamus. Non potest umquam tanta uarietas et iniquitas casuum

ita depelle ut non multum procellas irruat magna armamenta cadentibus colligenda in artum res sunt ut tela in vanum cadant. Ideo quoque exilia sunt iterum calamitates in remedium cessere et levioribus incommodis graviora sanata sunt, ubi parum audit precepta animus nec curari mollius potest. Quid ni consulitur si paupertas et ignominia rerum eversio adhibetur malo malum opponitur. Assuescamus ergo cenare posse sine populo, et servis paucioribus serviri, et vestes parare in quod invente sunt, et habitare contractius, non in cursu tantum circique certamine sed in hiis spatiis vite interius flectendum est. Studiorum quoque que liberalissima impensa est, tam diu rationem habet quam diu modum. Reprehensibilis vero si excedit modum quo ad innumerabiles libros et bibliothecas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit. Honerat discentem turba non instruit, multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos. XL milia librorum Alexandrie arserunt, pulcherrimum regie opulentie monimentum alius laudaverit sicut et Livius, qui elegantie cureque regum egregium id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud aut cura sed studiosa luxuria, ymo nec studiosa quidem, quoniam non in studium sed in spectaculum comparaverunt, sicut plerisque ignaris etiam servilium litterarum libri non studiorum instrumenta sed cenationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit. Nichil in apparatu honestius inquit hac impensa quam in Corinthia picte tabule effunderint. Viciosum est quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini armario atque ebore captanti corpora conquirenti aut ignotorum auctorum aut improbatorum et inter tot milia librorum oscitanti, cui voluminum suorum frontes maxime placent titulique. Apud desidiosissimos ergo videbis quicquid orationum ystoriarumque est tecto tenus extructa loculamenta. Iam enim inter balnearia et thermas bibliotheca quoque ut necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane si studiorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista conquisita cum ymaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum in speciem et cultum parietum comparantur.

De adversitate ferenda. Rubrica.

At aliquod genus vite difficile incidisti et tibi ignoranti vel publica fortuna vel privata laqueum impegit, quem nec solvere posses nec rumpere. Cogita compeditos primo egre ferre honera et impedimenta crurum, deinde ubi non indignari illa sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inve-

Marginal notes: l. commoda; al. tritoque; nota; nota; al. pictas tabulas; al. armario; nota; nota

mites in quolibet genere vite oblectamenta et remissiones et voluptates
ro si volueris mala putare levia potius quam invidiosa facere.
Nullo melius nomine de nobis natura meruit quam cum sciret quibus
erumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudinem invenit, ci- et mollificantur
to in familiaritatem gravissima adducens. Nemo duraret si rerum
ro adversarum eandem vim assiduitas haberet quam primus ictus. Omnes cum
fortuna copulati sumus, aliorum aurea cathena est ac laxa, ali-
ro orum arta et sordida. Sed quid refert? eadem custodia universos
circumdedit, alligatique sunt etiam qui alligaverunt nisi forte tu leviorem
in sinistra cathena putas. Alium honores, alium opes vinciunt, quosdam
nobilitas, quosdam humilitas premit, quibusdam aliena supra caput
imperia sunt, quibusdam sua, quosdam exilia uno loco tenent, quosdam sa-
cerdotia. Omnis vita servitium est. Assuescendum est itaque condicioni sue
et quam minimum de illa querendum et quicquid habet circa se commodi appre-
hendendum est, nichil tam acerbum est in quo non equus animus solatium
ro inveniat. Exigue sepe aree in multos usus describentis arte patuerunt
et quamvis angustum pedem dispositio fecit habitabilem. Adhibe rationem diffi- et modica [illegible]
cultatibus possunt et dura molliri et angusta laxari et gravia scite fe-
rentes minus premere. Non sunt preterea cupiditates in longinquum mit- ro
tende, sed in vicinum illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non pati-
untur. Relictis hiis que aut non possunt fieri aut difficulter possunt, prope
posita speique nostre alludentia sequamur, sed sciamus omnia eque le-
via esse, extrinsecus diversas facies habentia, introrsus pariter va-
na. Nec invideamus altius stantibus, que excelsa videbantur pre-
rupta sunt. Illi rursus quos sors iniqua in ancipiti posuit tutiores
erunt superbiam detrahendo rebus per se superbis et fortunam suam quam
maxime poterunt in planum deferendo. Multi quidem sunt quibus necessario
herendum sit in fastigio suo ex quo non possunt nisi cadendo descendere.
Sed hoc ipsum testentur maximum honus suum ee quod aliis graves ee
lege cogantur nec sublevatos se sed suffixos. Iusticia, mansuetudine, huma-
na larga et benigna manu preparent multa ad secundos casus presidia
quorum spe securius pendeant. Nichil tamen eque nos ab hiis animi
fluctibus vindicaverit quam semper aliquem incrementis terminum figere nec
descendi fortune arbitrium desinendi dare, sed ipsos multo quidem citra exempla
hortentur consistere. Sic et alique cupiditates animum acuent et finite
non in immensum incertumque producent. D[e] imperato[rum] increpacione. R[ubrica]

Ad imperitos et mediocres et male sanos hic meus sermo perti-
net non ad sapientem. Huic non timide nec pedetemptim ambu-
landum est, tanta enim fiducia sui est ut obviam fortune ire non
dubitet nec umquam loco illi cessurus sit nec habet ubi illam timeat.
Quia non mancipia tantum possessionesque et dignitatem sed corpus quoque suum et ocu-
los et manum et quicquid cariorem vitam facit seque ipsum inter precaria
numerat vivitque ut commodatus sibi et reposcentibus sine tristicia redditurus.
Nec ideo vilis est sibi quia scit se suum non esse sed omnia tam diligenter faciet
tam circumspecte quam religiosus homo sanctusque solet tueri fidei commissa.
Quandoque autem reddere iubebitur non queretur cum fortuna sed dicet gratias
ago pro eo quod possedi habuique magna quidem res tuas mercede co-
lui. Sed quia imperas illa do cedo gratus libensque. Si quid habere me tui
volueris etiam nunc servabo si aliud placet ego non faciam. Et
signatumque argentum domum familiamque meam reddo restituo. Appellaverit
natura que prior nobis credidit et huic dicemus recipe animum meliorem
quam dedisti non tergiversor nec refugio paratum habes a volente quod
non sentienti dedisti aufer. Reverti unde veneris quid grave est?
Male vivet quisquis nesciet bene mori. Huic itaque primum rei pre-
cium detrahendum est et spiritus inter servilia numerandus. Gladiato-
res ait Cicero invisos habemus si omni modo vitam impetrare cupiunt.
Favemus si contemptum eius pre se ferunt. Idem evenire nobis scias.
Sepe enim causa moriendi est timide mori. Fortuna illa que ludos
sibi facit quo inquit te reservem malum et trepidum animal eo ma-
gis convulneraberis et confodieris quia nescis prebere iugulum at tu
et vives diutius et morieris expeditius qui ferrum non subducta
cervice nec manibus oppositis sed animose recipis. Qui mortem
timebit nichil umquam pro homine vivo faciet. At qui sciet hoc
sibi cum conciperetur statim conditum vivet ad formulam et simul illud
quoque eodem animi robore prestabit ne quid ex hiis que eveniunt
subitum sit. Quicquid enim sibi fieri potest quasi futurum prospiciendo ma-
lorum omnium impetus molliet qui ad preparatos expectantesque nichil
afferunt novi. Securis et beata tantum spectantibus graves veniunt.
Morbus est captivitas ruina ignis. Nichil horum repentinum est.
Sciebam in quam tumultuosum me contubernium natura clusisse. To-
tiens in vicinia mea conclamatum est. Totiens preter limen immaturas exequias fax cereusque precessit. Sepe a latere ruentis edificii

amicos miserabiles

fragor sonuit. Multos ex hijs quos fortuna/turia/sermo/metu con
traxerat nox abstulit/ et iunctas ad sodalium manus copulatas
interscidit. Miraris aliquid ad te pericula attigisse que circa te
semper erraverint. Magna pars hominum est que navigatura de tempe
state non cogitat. Numquam me in bono mali pudebit auctoris
publilius/ tragicis/ comicisque vehementior ingenijs/ quotiens mi
micas ineptias/ et verba ad summam caveam spectantia reliquit/ inter
multa alia cothurno non tantum sipario fortiora/ et hoc ait/ cuivis potest
accidere quod cuiquam potest. Hoc si quis in medullas dimiserit/ et omnia
aliena mala quorum ingens cotidie copia est/ sic aspexerit/
tamquam liberum illis et ad se iter sit/ multo ante se armabit quam petatur.
Sero animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur. Non
putavi hoc futurum. Numquam tu hoc eventurum credidisses. Quare
autem non. Que sunt divitie quas non egestas et fames et mendi
citas a tergo sequatur. Que dignitas cuius non pretextam et au
gurale/ et lora patricia sordes comitentur/ et exportatio et note
et mille macule/ et extrema contemptio. Quod regnum est cui non pa
rata sit ruina/ et proculcatio/ et dominus et carnifex. Nec magnis ista
intervallis divisa/ sed hore momentum interest inter solium/ et aliena
genua. Scito ergo omnem conditionem versabilem esse/ et quicquid
in ullum incurrit/ posse in te quoque incurrere. Locuples es numquid
divitior pompeio. cui cum gaius vetus cognatus hospes novus
aperuisset cesaris domum/ ut suam clauderet/ defuit panis et aqua
cum tot flumina possideret in suo cadentia mendicavit stillicidia fa
me ac siti periit/ in palatio cognati illi heres publicum funus esurien
ti locat. Honoribus summis functus es. Numquid aut tam ma
gnis aut tam insperatis/ aut tam universis/ quam seianus. Quo die illum
senatus deduxerat/ populus in frusta divisit. In quem quicquid
congeri poterat dij homines contulerant/ ex eo nichil superfuit
quod carnifex traheret. Rex es non ad cresum te mittam/ qui ro
gum suum et accendi iussus/ et extingui vidit/ factus non tantum re
gno/ sed etiam morti sue superstes. Non ad iugurtam/ quem populus romanus intra
annum quem timuerat spectavit. Ptolomeum affrice regem
armenie et methridatem. Inter gaianas custodias vidimus.
alter in exilium missus est/ alter ut meliore fide mitteretur

Interlinear and marginal glosses: adiunctas; cantor; cothurno scilicet dare vero; progressus; propter patricias; dominatio; ipse; imme; vel gravius; cognatus; ille princeps romanus; seianus; cresus; invitatus; ad occidendum; regem; et

Right margin: quod non invenit auctorem sed in bono intellige — Comici .i. comedi — Tragici — quod dicit in momento ille qui sedebat in suo solio flectitur ante aliena genua — alias regno — alias p. r.

Below: .i. magis fideliter ageretur sicut in locum mitteret

nota optabat. In tanta rerum sursum ac deorsum versatione si non
quicquid fieri potest pro futuro habes, das in te vires rebus adversis
quas infregit quisquis prior vidit. Proximum ab hiis erit ne aut in su-
pervacuis aut ex supervacuo laboremus. Idem ne quae aut non possumus
consequi concupiscamus, aut adepti cupiditatem vanitatum nostrarum
nota sero post multum pudorem intelligamus. Idem ne aut labor irritus
sit sine effectu aut effectus labore indignus. Fere enim ex hiis
nota tristicia sequitur, si aut non successit aut successus pudet. De va-
Circumcidenda est concursatio qualis gantibus ex proposito. R.
est magne parti hominum domos et theatra et fora pererrantium.
Alienis se negociis offerunt semper aliquid agentibus similes.
Horum si aliquem exeuntem de domo interrogaveris quo tu vadis, quid
cogitas? Respondebit tibi non me hercules scio, sed aliquos videbo,
aliquid agam. Sine proposito vagantur querentes negocia, nec que
destinaverunt agunt, sed in que incurrerunt. Inconsultus illis vanusque
cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, que in summum
cacumen, deinde in imum inanes aguntur. Hiis plerique similem vitam
agunt, quorum non immerito quis inquietam et inertiam dixerit.
Quorundam quasi ad incendium currentium misereberis, usque eo impellunt
obvios et se aliosque precipitant, cum interim cucurrerunt aut sa-
lutaturi aliquem non resalutaturum, aut funus ignoti hominis
prosecuturi, aut ad iudicium sepe litigantis, aut ad sponsalia sepe nu-
bentis, et lecticam assectati quibusdam locis etiam tulerunt. Deinde
domum cum supervacua redeuntes lassitudine iurant nescisse se ipsos
quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa
vestigia. Omnis itaque labor aliquo referatur, aliquo respiciat. Non
industria inquietos, sed insanos falsae rerum ymagines agitant.
Nam ne illi quidem sine aliqua spe moventur. Provocat illos ali-
cuius rei species, cuius vanitatem capta mens non coarguit. Eodem modo
unumquemque ex hiis qui ad augendam turbam exeunt inanes et leves
cause per urbem circumducunt. Nichilque habentem in quo laboret lux or-
ta expellit, et cum multorum frustra liminibus illisus nomencu-
latoris persalutavit, a multis exclusus, neminem ex omnibus diffici-
lius domi quam se convenit. Ex hoc malo dependet illud teterrimum
vitium ascultatio et publicorum secretorumque inquisitio et multarum
rerum sciencia, que nec tuto narrantur nec tuto audiuntur. Hoc secu-

Marginal glosses (left margin):
id est quod providet casus eventurus promisse
theatris id est in spectaculis ludi vel domus inclusi vel spectaculum
id est ad aliquid
id est de domo
Monet tullius in officiis peregrinum et incola nichil preter suum negocium agere et non esse in alieno republica curiosum, et in precepto de officio alicuius civitatis oderis

Marginal glosses (right margin):
id est non successit

tum puto democritum ita cepisse / Qui tranquille volet vivere nec privatim agat nec multa nec publice · ad supervacua scilicet referetur · Nam si necessaria sunt / et privatim et publice non tantum multa / sed innumerabilia agenda sunt / Ubi vero nullum officium solenne nos citat · inhibende actiones sunt · De varietate fortune · Rubrica ·

Nam qui multa agit sepe fortune potestatem sui facit / quam tutissimum est raro experiri / ceterum semper de illa cogitare et sibi nichil de fide eius promittere / Navigabo nisi si quid inciderit et pretor fiam nisi quid obstiterit / et negotiatio mihi respondebit nisi si quid intervenerit / Hoc est quare sapienti nichil contra opinionem dicimus accidere · Non illum casibus hominum excerpimus sed erroribus / Nec illi omnia ut voluit cedunt / sed ut cogitavit / In primis autem cogitavit aliquid posse propositis suis resistere / Necesse est autem levius / ad animum pervenire destitute cupiditatis dolorem cui successum non utique promiseris ·

Faciles etiam nos facere debemus / ne nimis destinatis nobis indulgeamus transeamusque in ea in que nos casus deduxerit · nec mutationes aut consilia aut status pertimescamus · dummodo nos levitas inimicissimum quietis vitium non excipiat / Nam et pertinacia necesse est anxia et misera sit cui fortuna sepe aliquid extorquet / et levitas multa gravior / nusquam se continens / utrumque infestum est tranquillitati / et nichil mutare posse / et nichil pati / Utique animus ab omnibus externis in se revocandus est / sibi confidat se gaudeat sua suspiciat / recedat quantum potest ab alienis / et se sibi applicet · damna non sentiat / etiam adversa benigne interpretetur / Nunciato naufragio / Zenon noster cum omnia sua audiret submersa · iubet inquit me fortuna expeditius philozophari · De minacione mortis · R ·

Minabatur theodoro philozopho tirannus mortem / et quidem insepultam / Habes inquit cur tibi placeas · hemina sanguinis in tua potestate est · Nam quod ad sepulturam est pertinet / O te ineptum si putas mea interesse / supra terram an infra putrescam / Canius iulius vir in primis magnus / cuius admirationi ne hoc quidem obstat / quod nostro seculo natus est / Cum gaio diu altercatus / postquam abeunti / Falleris ille dixit / ne forte inepta spe tibi blandiaris / duci te iussi / Gratias inquit ago tibi optime princeps · Quid senserit dubito / multa enim michi occurrunt · contume

hostis esse voluit, ostendere quanta crudelitas esset in qua mors bene-
ficium erat. An exprobravit illi quottidianam dementiam, agebant
enim gratias et quorum liberi occisi et quorum bona ablata erant. An tam-
quam libertatem libenter accepit. Quicquid erat magno animo respondit. Dicet
aliquis: potuit post hoc iubere illum Gaius vivere. Non timuit hoc Canus.
Notum erat Gaii in talibus imperiis fides. Credis ne illum decem
medios usque ad supplicium dies sine ulla sollicitudine exegisse. Veri si-
mile non est. Que vir ille dixerit, que fecerit, quam in tranquillo fu-
erit. Ludebat calculis, cum centurio agmen existentium trahens cum pluribus
trahere illum quoque excitari iubet. Vocatus numeravit calculos et sodali
suo vide inquit ne post mortem meam mentiaris te vicisse. Tunc annuens
centurioni testis inquit eris uno me antecedere. Lusisse tu Canum illa
tabula putas. Illusit. Tristes erant amici talem amissuri virum. Quid
mesti inquit estis. Vos queritis an inmortales anime sint. Ego iam
sciam. Nec desiit in ipso fine veritatem scrutari et ex morte sua que-
stionem habere. Prosequebatur illum philozophus suus, nec iam procul
erat tumulus in quo Cesari deo nostro fiebat quottidianum sacrum.
Is quid inquit, Cane, nunc cogitas aut que tibi mens. Observare inquit
Canus proposui illo velocissimo momento an sensurus sit animus exire
se, promisitque si quid explorasset circumiturum amicos et indicaturum
quis esset animarum status. Ecce in media tempestate tranquillitas. Ecce
animus eternitate dignus, qui fatum suum in argumentum veri vocat,
qui in ultimo illo gradu positus exeuntem animam percunctatur, nec usque ad
mortem tantum sed aliquid etiam ex ipsa morte discit. Nemo diutius
philozophatus est. Non raptim relinquetur magnus vir et cum cura dicendus.
Dabimus te in omnem memoriam, clarissimum caput, Gaiane cladis
magna portio. C. xvi

Sed nichil prodest private tristicie causas abiecisse. Occupat enim nonnum-
quam odium generis humani. Occurrit tot scelerum felicium turba.
Cum cogitaveris quam sit rara simplicitas et quam ignota innocentia et vix
umquam nisi cum expedit fides, et libidinis lucra dampnaque pariter invisa, et
ambicio usque eo iam se suis non continens terminis ut per turpitudinem
splendeat, agitur animus in noctem et velud eversis virtutibus quas
nec sperare licet nec habere prodest tenebre oboriuntur. In hoc itaque fle-
ctendi sumus ut omnia vulgi vicia non invisa nobis sed ridicula
videantur, et Democritum potius imitemur quam Eraclitum. Hic enim
quotiens in publicum processerat flebat, ille ridebat. Huic omnia

que agimus misere. illi inepcie videbantur. Eleuanda ergo omnia
et facili animo ferenda. Humanius est deridere vitam quam deplorare.
no Adice quod de humano quoque genere melius meretur qui ridet illud
quam qui luget. Ille et spei bone aliquid relinquit. hic autem stulte
deflet. que corrigi posse desperat. Et universa contemplanti. maioris
animi est qui risum non tenet quam qui lacrimas. quando lenissimum
affectum animi movet. et nichil magnum. nichil severum. nec miserum quidem
ex tanto apparatu putat. Singula propter que leti ac tristes sumus
sibi quisque proponat. et sciet verum esse. quod bion dixit. omnia hominum
negotia similia mimicis esse. nec vitam illorum magis sanctam. aut seve- / seriam
ram esse quam conceptus in nichilo natus. Sed satius est publicos mo-
res et humana vicia placide accipere. nec in risum nec in lacrimas ex-
no cidere. Nam alienis malis torqueri eterna miseria est. alienis
delectari malis voluptas inhumana. sicut illa inutilis humani-
tas flere quia aliquis filium efferat et frontem suam fingere. In tuis quoque
malis ita gerere te oportet. ut dolori tantum des quantum poscit ro-
et non quantum consuetudo. Plerique enim lacrimas fundunt ut ostendant
no et totiens siccos oculos habent quotiens spectator defuit. turpe iudi-
cantes non flere cum omnes faciant. Adeo penitus hoc se malum fixit
ex aliena opinione pendere. ut in simulatione etiam res simpli-
cissima dolor eveniat.

Sequitur pars que solet non inmerito contristare et in sollicitudinem
adducere. ubi dolor exitus mali sunt. ubi socrates cogitur in
carcere mori. rutilius in exilio vivere. pompeius et cicero clientibus
suis prebere cervicem. cato ille virtutum viva ymago incumbens gla-
dio simul de se ac de republica palam facere. Necesse est torqueri. tam ini-
no qua premia fortunam solvere. Et quid sibi quisque nunc speret. cum vide-
at pessima optimos pati? Quid ergo est? Vide quo quisque illorum
tulerit. et si fortes fuerunt. ipsorum illos animo desidera. digni sunt quorum
virtus tibi placeat. aut indigni quorum desideretur ignavia. Quid
enim est turpius. quam si maximi viri fortiter moriendo faciunt
no laudemus totiens dignum laudibus. et dicamus tanto fortior tanto feli-
cior. homines effugisti casus livorem morbum. existi ex custodia non tu
dignus mala fortuna dijs visus es. sed indignus in quem iam aliquid
fortuna posset. Subducentibus vero se et in ipsa morte ad vitam
respectantibus. manus iniciende sunt. Neminem flebo letum.

neminem flentem. Ille lacrimas suas ipse abstersit. Hic suis lacrimis
effecit ne ullis dignus sit. Ergo Herculem fleam quod vivus uritur
aut Regulum quod tot clavis confixus transfigitur aut Catonem
quod vulnera sua fortiter tulit. Omnes isti levi temporis impensa invenerunt
quomodo eterni fierent ad inmortalitatem moriendo venerunt.

Est et illa sollicitudinum non mediocris materia, si te anxie componas nec ullis simpliciter te ostendas, qualis multorum vita
est ficta, ostentationi parata. Torquet enim assidua observatio sui et
deprehendi aliter ac solet metuit. Nec umquam cura solvimur, ubi totiens
nos extimari putamus quotiens aspici. Nam et multa incidunt que
invitos denudent. Et ut bene cedat tanta sui diligentia, non tamen iocunda
vita aut secura est semper sub persona viventium. At illa quantum
habet voluptatis sincera et per se inornata simplicitas nihil obtendens moribus suis. Subit tamen et hec vita contemptus periculum, si omnia omnibus
patent. Sunt enim qui fastidiant quicquid propius adierunt. Sed nec
virtuti periculum est ne admota oculis revilescat, et satius est simplicitate contemni quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei
adhibeamus: multum interest simpliciter vivas an negligenter.
Multum in se recedendum est. Conversatio enim dissimilium bene composita disturbat et renovat affectus, et quicquid imbecillum in animo nec
percuratum est exulcerat. Miscenda tamen ista et alternanda sunt, solitudo
et frequentia. Illa nobis faciet hominum desiderium, hec nostri, et erit altera
alterius remedium: odium turbe sanabit solitudo, tedium solitudinis
turba. Nec in eadem intentione equaliter retinenda mens est, sed ad
iocos devocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat, et Cato vere
ne laxabat animum curis publicis fatigatum. Et Scipio triumphale et
militare corpus movet ad numeros, non molliter se infringens, ut
nunc mos est etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentibus,
sed ut illi antiqui viri solebant inter lusum ac festa tempora virilem
in modum tripudiare, non facturi detrimentum etiam si ab hostibus suis
spectarentur. Danda est remissio animis: meliores acrioresque requieti
surgent. Ut fertilibus agris non est imperandum, cito enim exhauriet
illos numquam intermissa fecunditas, ita animorum impetus assiduus labor
franget. Vires recipient paululum resoluti et remissi. Nascitur ex
assiduitate laborum hebetatio quedam et languor. Nec ad hec tanta hominum cupiditas tenderet, nisi naturalem quandam voluptatem haberet lusus iocusque, quorum frequens usus omne animis pondus omnemque vim eripiet.

/ sed ficte putat quod vult videri quod non est

/ et cum se ipso conversando

/ scilicet ex toto curatum

/ scilicet frequentia scilicet frequens hominum conversatio

/ ad remissionem deiectam

Ita et somnus refectioni necessarius est. hunc tamen si per diem noctemque continues mors erit. Multum interest remittas aliquid an solvas. Legum conditores instituerunt dies ut ad hylaritatem homines publice cogerentur. tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et magni ut dixi viri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant quidam nullum diem inter otium et curas dividebant. Qualem Pollionem asinium oratorem magnum meminimus quem nulla hora ultra decimam retinuit. ne epistulas quidem post eam horam legebat ne quid nove cure nasceretur sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die interiunxerunt et post meridianas horas aliquid levioris opere distulerunt. Maiores quoque nostri nova relatione post horam decimam in senatu fieri vetabant. Milites vigilias dividunt et nox immunis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo dandumque subinde otium quod alimenti ac virium loco sit. Et in ambulationibus apertis vagandum ut celo libero et multo spiritu augeat attollatque se animus. Aliquando vegetatio iterque et mutata regio vigorem dabunt quia convictus quoque et liberalior potio. Nonnumquam et usque ad ebrietatem veniendum non ut mergat nos sed ut deprimat curas. Eluit enim curas et ab ymo animum movet et ut morbis quibusdam ita tristicie medetur. Liberque non ob licentiam lingue dictus est inventor vini sed quia liberat servicio curarum animum asserit vegetatque et audaciorem in omnes conatus facit. Sed ut libertatis ita vini salubris moderatio est. Solonem Archesilanumque indulsisse vino credunt. Catoni ebrietas obiecta est. facilius efficiet crimen honestum quam turpem Catonem. Sed non sepe faciendum est ne animus malam consuetudinem ducat. Et aliquando tamen in exultationem libertatemque extrahendus tristisque sobrietas removenda paulisper. Nam sive greco poete credimus aliquando et insanire iocundum est. sive Platoni frustra poeticas fores compos sui pepulit. sive Aristotili nullum magnum ingenium sine mixtura demencie fuit. Non potest grande aliquid et super ceteros loqui nisi mota mens. Cum vulgaria et solita contempsit instinctuque sacro surrexit excelsior tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quicquam et in arduo positum contingere quamdiu apud se est. Desciscat oportet a solito et efferatur et mordeat frenos et rectorem rapiat suum eoque ferat quo per se timuisset ascendere.

Habes Serene karissime que possint tranquillitatem tueri que restituere que subrepentibus viciis resistant. Illud tamen scito nichil horum satis esse validum rem imbecillem servantibus nisi intenta et assidua cura circuit animum labentem. Explicit Seneca de tranquillitate animi.

[Marginal notes:] t. que fiebat secundum mensem vel annum luna s. h. — vino ad quandam mediocrem ebrietatem — vere liber inventor vini dicitur — s. indulgeret vino — ne — al. descendere

¶ Seneca volens Marciam Cathonis filiam de morte cuiusdam filii sui quem
per continuum triennium inconsolabiliter luxerat consolari ¶ Primo eam sibi reddendo
benivolam ipsam commendat de animi fortitudine eo quod non muliebrem animum habuit
sed virilem sicut ostendit in captivitate patris sui et post eius mortem propter quod eam
consolari non timet ¶ Secundo consolationem eius aggrediens incipit ab exemplis
et duo sibi proponit exempla Unum Octavie sororis Augusti que de morte Marcelli
filii sui numquam potuit consolari. Aliud Livie uxoris Augusti que de morte Drusi
filii sui statim completo funere consolationem recepit. Et exemplum Octavie nec nimis odiose
vituperat. Exemplum vero Livie tamquam discretum commendat. Ad cuius approbationem introducit
exhortationes Arei philosophi cuius consilio ipsa Livia se composuit ¶ Tertio ad eius consolationem rationes
inducit et primo quod non fletibus fata vincuntur nec revocatur defunctus ¶ Quarto quasdam
excusationes destruit quoniam dictum luctum huius mulieris dicens hoc primum esse de mo-
derato et modico sed immoderatum et longum non esse naturale quod multis rationibus probat
¶ Quinto ostendit unde proveniat hec diutina et immoderata tristicia de adversis quia
quamdiu homines sunt in prosperis numquam de adversis aliquibus cogitant que possunt accidere et
ex insperato evenientes damnabilius affligunt. Docet igitur quod sapiens considerare
debet quod adventicia et commodatitia fore cuncta bona fortune non sibi mansura sed cito
recessura ¶ Sexto dicit quod non debet conqueri quod hec iniuria fecerit sibi soli quia
utrumque recipiet maiores matronas et parvas de suis filiis recepisse et quamvis mali-
volum solacium sit miserorum turba refert tamen exempla quam plurima. Primo virorum illustrium
scilicet Sille, Pulvilli, Pauli, Bibuli, Cesaris et divi Augusti. Secundo mulierum scilicet Cornelie
matris Graccorum et Cornelie matris Drusi ¶ Septimo probat quod de fortuna non licet con-
queri quia tota vita nostra plena et infesta est variis casibus quos fortuna in nos im-
mittit cotidie. Cum autem tela in multitudinem iactata frustra non cadant non
turbetur Marcia que quatuor habebat filios si eos cum fortuna divisit. Sed defunctis in
oblivione se ponit de duabus filiabus et nepotibus sibi dimissis potius consoletur. Ad instar
agricole qui ventorum impetu de arboribus multis damna magna sustepit
Octavo quod adversitates fortune non eveniunt nobis pro moribus sed bonos et malos
indifferenter afficiunt. Quare ergo queris sit filius inventus pro(c)e(re) cum hoc sit humanum et
commune omnibus debet de perdito consolari et considerare quod eos hac lege genuit ut
adversa sentirent et mundo morerentur. Quod si diligenter attenderet non haberet quid quereretur de
fortuna. Ad quod inducit exemplum illius qui volebat accedere Siracusas cum tamen propo-
situm fuit quemcumque offendere et tamen potest delectare si ire elegerit et notata senserit
solum debet conqueri de se ipso ¶ Nono removet quasdam excusationes que lu-
gentes ad luctum consueverant movere. Movet autem desiderium eius quem quis diligit.
Sed dicit hoc inane. Nam absentes etiam quos numquam videre speramus non flemus. Fingamus
igitur defunctos esse absentes et ipsi nos fallamus. Movet etiam lugentem respectus damni
proprii sed hoc esse contemnendum cum etiam multi sint in urbe quibus plus gratie contulit filiorum or-
bitas quam abstulerat. Movet etiam respectus defuncti aliquociens duplex aut quia moriens
aut quia in iuventute decessit. Primum est inane quia si dolendum est nimis de aliquo quod de-
cessit sic dolendum fuit matri post eius conceptionem cum certum sit sicut debuit mori

Ad primum autem quas forte dicunt sufficienter defunctorum dolendum non est quia eorum dicta sunt fabule. Mors autem de se non est mala, ymo omnium malorum et finium maxime desiderabilis finis, quia si citius recepissent Pompeius Cicero atque Catho, multas angustias euasissent quas suis temporibus illis receperunt. Aliud etiam est commendum quod immature decessit, tum quia immatura mors illi omnium malorum remisit patrocinium, tum quia omne tempus est breue respectu totius eui, et ideo nichil refert quantum extendatur quod nichil est, tum quia uixit quantum debuit, tum unicuique terminus sit uite terminus qui preteriri non potest, et ideo nulla mors immatura, tum quia forte defuncto non expediebat plus viuere quia tunc esset inter pulcritudinem virtutis presse quas potuisset corrumpi et in graues aduersitates ruere. Et quia in ipso iuuene erat senilis prudentia probabiliter credere debuit eum non diu re[illegible] victurum. Unde quicquid ad summum uenit ad exitum prope est. Ultimo ne sepulcrum filii uisitet monet eandem, tum ossa et cineres filii non sunt ulterius pars illius sicut nec alia pars corporis tegumenta. Illius enim uita est in celis cum superioribus et aliis uirtuosis inter quos recepit [illegible] auum suum qui ei cursum hospiti nouo celestia demonstrat archana. Et de Marcia ipsa [illegible] imperio patrem actum esse cum filio qui relictis mundi miseriis ad gaudia sempiterna transiuit.

Lucii Annei Senece. De Consolatione ad Marciam. Rubrica.

Nisi te Marcia scirem tam longe ab infirmitate muliebris animi quam a ceteris vitiis recessisse et mores tuos velut antiquum aliquod exemplar aspici, non auderem obuiam ire dolori tuo, cui viri quoque libenter herent et incubunt. Nec spem concepissem tam iniquo tempore tam iniquo iudice, tam inuidioso crimine posse me efficere ut fortunam tuam absolueres. Fiduciam michi dedit exploratum iam robur animi et magno experimento approbata uirtus tua. Non est ignotum quale te in persona patris tui gesseris, quem non minus quam liberos dilexisti, excepto eo quod non optabas superstitem. Nec scio an et optaueris. Permittit enim sibi quedam contra bonum morem magna pietas. Mortem a cre[pater] uti corde parentis tui, quantum poteras inhibuisti. Postquam tibi apparuit inter Sillamanos satellites illam unam patere seruituti fugam, non fugisti consilio eius, sed dedisti manus victa, fudistique lacrimas palam et gemitus deuorasti quidem, non tamen hilari fronte texisti, et hoc illo seculo quo magna pietas erat nichil impie facere. Ut uero aliquam occasionem immutatio temporis dedit, ingenium patris tui de quo sumptum erat supplicium in usum hominum reduxisti, et a uera uindicasti morte ac reduxisti in publica monumenta libros quos uir ille fortissimus

al. auum

ex sanguine suo scripserat / optime meruisti de romanis studiis. ma-
gna illorum pars arserat / optime de posteris ad quos veniet
incorrupta rerum fides auctori suo magno imputata / optime de i-
pso cuius viget vigebitque memoria / quamdiu in pretio fuit acta romana
nosci / quamdiu quisquam erit / qui reverti velit ad acta malorum / quamdiu
quisquam qui velit scire quid sit vir romanus / quid subactis iam cervi-
cibus omnium et ad sillamanum iugum adactis indomitus sit homo in-
genio animo manu liber / Magnum me hercule detrimentum respub.
ceperat / si illum ob duas res pulcherrimas in oblivionem coniectum
in eloquentiam / et libertatem non eruisses / Legitur floret in manus hominum
in pectora receptus vetustatem nullam timet / At illorum carnificum
cito scelera quoque quibus solis memoriam meruerunt tacebunt. Hec
magnitudo animi tui vetuit + ad vultum quem tot annorum continua
tristitia ut semel obduxit tenet / Et vide quam non subreperam tibi
nec furtum facere affectibus tuis cogitem / antiqua mala in memo-
riam reduxi. Et ut scire hanc quoque plagam esse sanandam / osten-
di tibi eque magni vulneris cicatricem / Alii itaque molliter agant
et blandiantur / ego confligere cum tuo merore constitui / et defessos exhau-
stosque oculos / si verum audire vis magis iam ex consuetudine quam ex
desiderio confluentes continebo / si fieri potuit favente te remediis
tuis / si minus vel invita teneas licet et amplexeris dolorem tuum
que tibi in filii locum superstitem fecisti / Quis enim erit finis omnia in super-
vacuum temptata sunt fatigate allocutiones amicorum / auctoritates magnorum
et affinium tibi virorum studia hereditarium et paternum bonum. surdas
aures irrito et vix ad brevem occupationem proficiente solatio transeunt.
Illud idem remedium nature temporis / quod maximas erumnas componit
in te una vim suam perdidit. Tertius iam preterit annus cum interea ni-
chil ex illo primo impetu cecidit / Renovat se et corroborat cotidie.
luctus / etiam ius mora fecit / eoque adductus est / ut putet turpe desinere.
Quemadmodum omnia vitia penitus insidunt nisi dum surgunt oppressa
sint / itaque tristicia et misera et in se sevientia ipsa novissime acer-
bitate pascuntur / et fit infelicis animi pravo voluptas dolor. Cupissem
itaque primis temporibus ad istam curationem accedere. Lenior medicina o-
riens / adhuc restringenda vis est / Vehementius contra inveterata
pugnandum est. Nam vulnerum quoque sanitas facilis est / dum a sanguine re-
centia sunt et tunc uruntur et digitos ad scrutandum recipiunt.
Ubi corrupta in malum ulcus verterunt / non possunt tunc per

+ me ad sexum tuum respicere vetuit ad vultum

.i. quam tunc habebas de morte filii

.i. sb. que sunt

no

no

no.

obsequium non molliter assequi / tam durum dolorem frangendus est.
Scio a preceptis incipere omnes qui monere aliquem volunt et in
exemplum desinere. Mutari hunc interim ordinem expedit.
aliter enim cum alio agendum est / quosdam ratio ducit. quibusdam
nomina clara opponenda sunt / et auctoritas que liberum non relinquat
animum ad speciosa stupenda / Duo tibi ponam ante oculos maxima et
sexus et seculi nostri exempla / Alterius femine que se tradidit ferendam
dolori / alterius que pari affecta casu maiore damno non tamen dedit
longum in se malis suis dominium / sed cito animum in sedem suam reposuit. i. livia
Octavia et livia. altera soror augusti. altera uxor / amiserunt filios i. amisit
iuvenes utraque spe futuri principis certa / Octavia marcellum cui et
avunculus et socer incumbere ceperat / in quem honus imperii reclinaret
adolescentem animo alacrem ingenio impotentem sed frugalitatis contine- al' frugal
que in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirande patien-
tem laboris / voluptatibus alienum / quantumcumque imponere illi avunculus
et ut ita dicam in eo edificare voluisset / laturum bene legerat nulli i. et collegerit avunculus
cessura pari pondere fundamenta / Nullum finem per omne vite sue tempus
flendi gemendique fecit / nec ullas admisit voces salutare aliquid
afferentes / nec advocari quidem se passa est. intenta in unam rem / et toto
animo affixa. talis per omnem vitam fuit qualis in funere. Non dico non
est ausa consurgere / sed allevari recusans / secundam orbitatem iudicans lacri-
mas mittere / Nullam habere ymaginem filii karissimi voluit / nul-
lam sibi fieri mentionem / oderat omnes matres et in livia maxime fure-
bat / quia videbatur ad illius filium transisse sibi promissa felicitas.
Tenebris et solitudini familiarissima / Ne ad fratrem quidem respiciens /
carmina celebrande marcelli memorie composita aliosque studiorum
honores reiecit / et aures suas adversus omne solacium clausit / A
solemnibus officiis seducta / et ipsam magnitudinis superne nimis
circumlucentem fortunam exosa se dederat et abdidit / assidentibus liberis
et nepotibus lugubrem vestem non deposuit / non sine contumelia omnium
suorum quibus salvis orba sibi videbatur.

Livia amiserat filium drusum / magnum futurum principem iam ma-
gnum ducem intraverat ipse penitus germaniam / et ibi si-
gnum romanum fixerat / ubi vix illos esse romanos notum erat. in
expeditione decesserat ipsis illum hostibus egrum cum veneratione i. et ut egrum
et pace mutua prosequentibus / nec optare quidem expediebat cum s. quod esset mortuus
audentibus / Accedebat ad hanc mortem / quam ille pro republica

obierat ingens civium provinciarumque et totius Ytalie desiderium per
quam effusis in officium lugubre municipiis coloniisque usque in ur-
bem ductum erat funus triumpho simillimum. Non licuerat matri
ultima filii oscula gratumque extremi sermonis oris haurire, longo iti-
nere reliquias Drusi sui prosecuta tot per omnem Ytaliam ardentibus
rogis quasi totiens illum amitteret irritata. Ut primum tamen intulit tu-
mulo simul et illum et dolorem suum posuit. nec plus doluit quam
aut honestum erat Cesare aut equum in alio. Non desiit itaque Drusi
sui celebrare nomen. ubique illum sibi privatim publiceque repetere et li-
bentissime de illo loqui de illo audire cum memoria alterius vix
homo potest retinere et frequentare qui illam tristem sibi reddidit. E-
lige itaque utrum exemplum putes probabilius. Si illud prius sequi vis exim-
es te numero vivorum aversabis et alienos liberos et tuos ipsumque deside-
rabis triste matribus omen occurres. Voluptates honestas permissas
tamquam parum decoras fortune tue reicies invisam habebis lucem et
etati tue quod non precipitet te quamprimum et finiat infestissima eris. Quod
turpissimum alienissimumque est animo tuo in meliorem noto parte ostendes
te vivere nolle, mori non posse. Si ad hoc maxime femine exemplum
applicueris moderatius mitius non eris in erumnis nec te tormentis
macerabis. Que enim aliud amentia est penas a se illicitas exigere et
mala sua augere. quam in omni vita servasti morum probitatem et
verecundiam in hac quoque re prestabis. Est enim quedam et dolendi modestia.
Illum ipsum iuvenem dignissimum quietum semper nominatus cogitatusque
faciat meliore pones loco si matri sic qualis vivus solebat
hilaris et cum gaudio occurrit.

Nec te ad fortiora ducam precepta, ut inhumano ferre humana iu-
beam modo. ut ipso funebri die oculos matris exsiccem.
Ad arbitrium tecum veniam hoc inter nos queretur utrum magnus esse
debeat an perpetuus. Non dubito quin Livie Auguste quam famili-
ariter coluisti magis tibi placeat exemplum. illa te ad suum consilium
vocat. Illa in primo fervore cum maxime impatientes ferocesque sunt
miserie se consolandam Areo philosopho viri sui prebuit et multum eam rem profuisse
sibi confessa est. plus quam populum Romanum quem nolebat tristem tristicia sua
facere. plusque Augustum qui subducto altero adminiculo titubabat nec
luctu suorum inclinandus erat. Postquam Tiberium filium cuius pietas
efficiebat ut in illo acerbo et defleto gentibus funere nichil sibi
nisi numerum deesse sentiret. Hic ut opinor aditus illi fuit. Hic

(Marginal notes: q. d. de familiaribus qui non redduntur sed ad memoriam frequentant cum memoria contristatur / sic desiderabat vera mater / ar. philosopho)

principum apud se (?) opinionis sue custodem diligentissimum. Usque
in hunc diem livia quantum quidem ego sciam assiduus virtuti (?) comes
tui non tantum que in publicum emittuntur nota sed omnes secretiores
animorum vestrorum motus / dedisti operam ne quid esset quod in te quisquam re-
prehenderet. Nec id in maioribus modo observasti sed in minimis ne
quid faceres cui famam liberrimam principum iudicem velles ignoscere.
Nec quicquam pulcrius existimo fastigio collocatis multarum rerum ve-
niam dare / nullius petere. Servandus itaque tibi in hac re tuus
mos est / ne quid committas quod minus aliter ve factum velis.

Deinde rogo atque obsecro ne te difficilem amicis et intractabilem
prestes. Non est enim quod ignores omnes hos homines nescire quemadmodum
aliquid loquantur coram te de druso / an nichil / ne aut oblivio cla-
rissimi iuvenis illis faciat iniuriam / aut mentio tibi. Cum secedimus
et in unum convenimus facta eius dictaque quanto meruit suspectu celebramus
coram te altum nobis de illo silentium est. Cares itaque maxima voluptate
filii tui laudibus quas non dubito quin vel impendio vite si potestas
detur in evum omne sis prorogatura / quare pate immo arcesse sermo-
nes quibus ille narratur / et apertas aures prebe ad nomen memoriam-
que filii tui. Nec grave hoc duxeris / ceterorum more qui in huiusmodi ca-
sibus partem mali putant audire solacia. Nunc incubuisti tota in
alteram partem / et oblita meliorum fortunam tuam qua deterior est aspicis.
Non convertisti te ad convictus filii tui occursusque iocundos non ad pueri-
les dulcesque blandicias / non ad incrementa studiorum. Ultimam illam fa-
ciem rerum premis illi tamquam ipsa per se parum horrida sit quicquid potes con-
geris. Ne obsecro te concupieris perversissimam gloriam etiam felicissimam videri.

Simul cogita non esse magni animi rebus prosperis fortem se
gerere / ubi secundo cursu vita procedit. Nec gubernatoris quidem
artem / tranquillum mare et obsequens ventus ostendit. Adversi a-
liquid incurrat oportet quod animum probet. Proinde ne submiseris te.
Immo contra fige stabilem gradum et quicquid onerum supra cecidit sustine.
Primo dumtaxat strepitu conterrita. Nulla re maior invidia fortune
fit quam equo animo. Post hec ostendit illi filium incolumem / osten-
dit ex amisso nepotes. Tuum illic marcia negotium actum tibi areus
assedit mutata persona te est consolatus.

Sed puta marcia ereptum tibi amplius quam ulla umquam mater
amiserit. Non permulceo te nec extenuo calamitatem tuam

[Right-margin glosses: verba philosophi pro consolatione livie augusti; scilicet sed nichil / scilicet facta de druso; scilicet in suspectu et consideratione; scilicet de alia re; Areus qui prius perfecit consolationem liviam]

nota si fletibus fata vincuntur conferamus / eat omnis inter luctus dies.
Noctem sine somno tristitia consumat ingeratur lacerato pectori
manus / et in ipsam faciem impetus fiat. atque omni se genere sevitie pro-
futurus meror exerceat / Sed si nullis planctibus defuncta revocantur
si sors immota et in eternum fixa nulla miseria mutatur et mors tenuit
quicquid abstulit / desinat dolor qui perit / quare regamur nec nos
ista vis transversos auferat / turpis est navigii rector cui guber-
nacula fluctus eripuit. qui fluctuantia vela deseruit. permisit
tempestati navem / At ille vel in naufragio laudandus quem ob-
ruit mare clavum tenentem et obnixum

Est enim naturale desiderium suorum est. quis negat quamdiu modicum
est. Nam et discessu non solum amissione carissimorum necessarius
morsus est et firmissimorum quoque animorum contractio / Sed plus est quod opinio
nota adicit / quam quod natura imperavit. Aspice mutorum animalium quam concitata
nota sint desideria / et tamen quam brevia. Vaccarum uno die alteroque mugitus
auditur / Nec diutius equarum vagus ille amensque discursus est.
fere cum vestigia catulorum [vel filiorum] consectate sunt et silvas pervagate cum sepe
ad cubilia expilata redierunt / rabiem intra exiguum tempus. Aves cum
stridore magno inanes [vel vacuos] nidos circumfremuerunt / intra momentum tamen quie-
te volatus suos repetunt Nec ulli animali longum fetus sui desiderium
nota est nisi homini qui adest dolori suo nec tantum quantum sentit sed quantum
constituit afficitur. Ut scias autem non esse naturale luctibus fran-
nota gi. primum magis feminas quam viros. magis barbaros quam placidos
eruditeque gentis homines. magis indoctos quam doctos eadem orbitas vulnerat.
At qui ea que a natura vim acceperunt eandem in omnibus servant. Ap-
nota paret ergo non esse naturale quod varium est / Ignis omnes etates omnium
urbium cives tam viros quam feminas naturaliter uret / Ferrum in omni corpore
exhibendum secandi potentiam / quare / quia vires illi a natura date
sunt. que nihil in personam constituit. Paupertatem luctum ambitionem
nota alius aliter sentit prout illum consuetudo infecit et imbecillum impati-
entemque reddit presumpta opinio de non timendis terribilis

nota Deinde quod naturale est non decrescit mora. dolorem dies con-
sumit. licet contumacissimum quotidie insurgentem et contra re-
media effervescentem et tamen efficacissimum mitigande ferocie tempus
enumerat / Manet quidem tibi Marcia etiam nunc ingens tri-
stitia et iam videtur duxisse callum non illum concitata qualis

in illa fuit, si pertinax et obstinata, tamen hanc quoque tibi etas minuta-
tim eximet. Quotiens aliud egeris animus relaxabitur. Nunc te
ipsa custodis. Multum autem interest utrum tibi permittas merere an
imperes. Quanto magis hoc moru tuorum elegantie conuenit finem
luctus potius facere quam expectare, nec illum opperiri diem quo te
inuita dolor desinat. Ipsa illi renuntia.

Unde ergo nobis tanta pertinacia in deploratione nostri si id non
fit nature iussu? Quod nichil nobis mali antequam eueniat
proponimus, sed ut immunes ipsi et facilius ingressi iter alienis
non admonemur casibus illos esse communes. Tot preter domum nostram
ducuntur exequie, de morte non cogitamus. Tot acerba funera
nos togam nostrorum infantium, nos militiam et paterne hereditatis
successionem agitamus animo. Tot diuitum subita paupertas in oculos
incidit, et nobis nunquam in mentem uenit nostras quoque opes eque in
lubrico positas. Necesse est itaque magis corruamus, quia ex inprouiso
ferimur. Que multo ante preuisa sunt languidius incurrunt. Vis
tu scire te ad omnes expositum ictus stare, et illa que alios tela
fixerunt circa te uibrasse? Uelud murum aliquem aut obsessum mul-
to hoste locum et arduum ascensu inermis adeas, expecta uulnus
et illa superne uolantia cum sagittis pilisque saxa puta in tuum
librata corpus. Quotiens aut ad latus aut pone tergum ceciderint
exclama non decipies me fortuna, nec securum aut negligentem
opprimes. Scio quid pares. Alium percussisti, me petisti. Quis unquam
res suas quasi perituras aspexit? Quis unquam nostrum de exilio, de
egestate, de luctu cogitare ausus est? Quis non si admoneatur
tamquam dirum omen respuat, et in capita inimicorum aut ipsius intempe-
stiui monitoris abire illa iubeat? Non putaui futurum. Quicquam tu
putas non futurum quod multis scis posse fieri, quod multis ui-
des euenisse? Egregium uersum et dignum qui non e populo heri q-
uiuis potest accidere quod cuiquam potest. Ille amisit liberos, et tu ami-
tere potes. Ille damnatus est, et tua innocentia sub ictu est. Error
decipit hic, effeminat, dum patimur que nunquam nos pati posse pre-
uidimus. Aufert uim presentibus malis qui futura prospexit.

Quicquid est hoc Marcia quod circa nos ex aduentitio fulget,
liberi, honores, opes, ampla atria, et exclusorum clientium
turba referta uestibula, clarum nobile aut formosa coniux

ceteraque ex incerta et mobili sorte pendentia alieni comodatique sunt
nichil horum dono datur comodationis et ad dominum reddituris instru-
mentis scena adornatur alia ex hiis primo die alia secundo referentur
pauca usque ad finem perseverabunt Ita non est quod nos suspiciamus
tamquam intra nostra positi mutuo accepimus usufructus noster est cuius
tempora ille arbiter muneris sui temperat nos oportet in promptu habere
que in certum diem data sunt et appellatos reddere pessimi est debito-
ris creditori facere convicium Omnes ergo nostros et quos superstites lege
nascendi optamus et quos precedere iustissimum ipsorum votum est sic
amare debemus tamquam nichil nobis de perpetuitate immo nichil de
diuturnitate promissum sit Sepe admonendus est animus meminisse ut
recessura immo tamquam recedentia quicquid a fortuna datum est tamquam exemplo
auctore possideas rapite ex liberis voluptates fruendos nos in-
vicem liberis date et sine dilatione omne gaudium advertite Nichil
de hodierna die promittitur nimis magnam adnotationem dedi nichil
de hac hora festinandum est instatur at ergo iam de ficietur iste comita-
tus iam contubernia ista sublato clamore solventur rapina omnium
rerum est miseri nescitis in fuga vivere Si mortuum tibi filium do-
les eius temporis quo natus est crimen est mors enim illi nascenti de-
terminata est et in hanc legem datus Hoc factum ab utero stati
prosequebatur In regnum fortune et quidem durum atque invictum perve-
nimus illius arbitrio digna atque indigna passuri Corporibus nostris
impotenter contumeliose crudeliter abutetur aliquos ignibus puniet vel
in penam admotos vel in incerta nos maria iactabit et luctatos
cum fluctibus nec in arenam quidem aut litus explodet sed in ali-
cuius ventrem immense belue detrudet alios morborum variis ge-
neribus emaceratos diu inter vitam mortemque detinebit ut va-
ria et libidinosa mancipiorumque suorum negligens domina et penis
et muneribus errabit Quid opus est partes deflere tota vita fle-
bilis est Urgebunt nova incommoda prius quam veteribus satisfeceris
Moderandus est itaque nobis animus adhuc maxime que immoderate
fertis et in multos dolores humani pectoris dispensandum
Que deinde ista sue publiceque condicionis oblivio est mortalis
nata es et mortales peperisti putre ipsa fluidumque corpus et
causis morborum repetita sperasti tam imbecilli materia solida et
eterna gestasse decessit filius tuus decurrit ad hunc finem
ad quem quem feliciorem partu tuo putas properat Ad hec

omnes ista que in foro litigant in theatris / in templis precantur eadem
dispari gradu vadit / et que diligis veneraris et que despicis unus
exequabit cinis. Hoc videlicet illa phiticis oraculis ascripta no
scit. quid est homo quolibet quassum vas / et quolibet fragile ia
ctatu ut tempestate magna ut dissiperis est opus ubicumque
adietaveris solveris (al. solueris). Quid est homo imbecillum corpus et fra
gile nudum sua parte nature inerme alienę opis indigens
ad omnes fortune contumelias proiectum cum bene lacertos exercuit cuius
libet fere pabulum cuiuslibet victima ex infirmis fluidisque contextum
et lineamentis exterioribus nitidum frigoris estus et laboris in
patiens / ipso rursus situ et otio iturus in tabe / alimenta
metuens sua quorum modo inopia rupit / anxie sollicitęque tutele
precarii spiritus et male inherentis quem pavor repentinus audiret ex
improviso sonus auribus gravis excutit soli semper sibi nutrime
ntum viciosum et inutile. Miramur in hoc morte unius / que singulis
opus est / numquid enim iste ut concidat res magni emolimenti
est odor illi saporque et lacitudo et vigilia et humor et cibus sine quibus
vivere non potest mortifera sunt / Quocumque se movet statim infirmitatis
sue conscium / non omne celum ferens aquarum novitatibus flatuque non
familiaris aura et tenuissimis causis atque offensionibus morbidum
putre causarium flatu vita auspicatum. Cum interim quantos tumultus
hoc tam contemptum animal movet in quantas cogitationes oblitum co
ndicionis sue venit. Immortalia et eterna voluptat animo et in ne
potes pronepotesque disponet cum interim longa conantem eum mors
opprimit et hoc quod senectus vocatur per paucissimum circuitum annorum.

Dolor tuus o marcia / si modo ulla tibi ratio est / utrum sua
spectat incommoda / an eius qui decessit / utrum te amisso filio
movet quod nullas ex illo voluptates cepisses / an quod maiores si
diu vixisset percipere potuisti / si nullas te percepisse dixeris / tollerabi
lius efficies detrimentum tuum / minus enim homines desiderat ea
ex quibus nihil gaudii leticieque perceperant. Si confessa fueris per
cepisse magnas voluptates oportet te non de eo quod detractum
est queri / sed de eo gratias agere quod collegisti / provenerunt enim satis
magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione. Nisi forte hii
qui catulos avesque et frivola animorum oblectamenta summa diligentia
nutriunt / et fruuntur aliqua voluptate ex visu tactuque et blanda

adulatione mutorum liberos nutrientibus non fructus educati sed
ipsa educatio fructus est. Licet itaque tibi nichil industria eius con
tulerit, nichil diligentia custodierit, nichil prudentia suaserit, ipsum quod
habuisti quod amasti fructus est. At potuit longior esse non maior.
Melius tamen tecum actum est quam si omnino non contigisset quam si ponatur ele
ctio utrum satius sit non diu felicem esse an numquam melius est dis
cessura nobis bona quam nulla contingere. Utrum nunc malles degenerem
aliquem et numerum tantum nomenque filii expleturum habuisse an tante indolis
quante tuus fuit iuvenis cito prudens, post cito maritus cito pater,
cito omnis officii curiosus cito sacerdos. Omnia tamquam properans. Nulli
fere et magna bona et diuturna contingunt. Non durat nec ad ultimum
exit non lenta felicitas. Filium tibi dii immortales non diu daturi
statim talem dederunt qualis diu effici potest.

Nec illud quidem dicere potes electam te a diis cui frui non licet
filio. Circumfer per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculos: occurrent
passim que maiora senserunt. Ista magni duces senserunt
principes. Nec deos quidem fabule immunes reliquerunt puto ut
nostrorum funerum levamentum esset etiam divina concidere. Circumspice
inquam omnes nullam tam miseram nominabis domum que non inveniat in
miseriore solatium. Non me hercule tam male de moribus tuis sentio
ut putem posse te levius pati casum tuum si tibi ingentem numerum lu
gentium produxero. Malivoli solatii genus est turba miserorum. Quosdam
tamen referam non ut scias hoc solere hominibus accidere. Ridiculum est enim
mortalitatis exempla colligere, sed ut scias fuisse multos qui lenirent
aspera placide ferendo. A felicissimo incipiam. Lucius Sylla filium
amisit, nec ea res aut maliciam eius aut acerrimam virtutem in
hostes civesque contulit aut effecit ut cognomen illud usurpasse
falso videretur quod amisso filio assumpsit, nec odia hominum veritus
quorum illos malo nimis secunde res constat, nec invidiam deorum quorum
illud crimen erat Sylla tam felix. Sed istud inter res nondum iudica
tas habeatur qualis Sylla fuerit, et inimici fatebuntur illum arma sum
psisse et bene posuisse. Hoc de quo agitur constabit non esse maximum
malum quod etiam ad felicissimos pervenit. Nec nimis admiretur Grecia
illum patrem qui in ipso sacrificio nunciata filii morte tibicinem tantum
tacere iussit et coronam capiti detraxit, cetera rite perfecit.

Pulvillus effectus pontifex cum postem teneret et Capi
tolium dedicaret mors filii nunciata est, quam ille ex

nota
nota
nota
s. mulieres
s. quod et fabule non relinquunt deos immunes
nota
s. hercule mori
nota
nota
s. amisso filii
filio quod superest
s. al. nomen
De hoc paulino et multis aliis narrat valerius li° v° de parentibus qui obitum filiorum forti animo tulerunt

audisse dissimulat et solemnia pontificalis carminis verba concepit
et gemitu non interrupit precationem et ad filii sui nomen Ioue propicia-
to. Non putasses eius luctus aliquem finem esse debere cuius primus
dies primus impetus ab altaribus publicis et fausta nuncupatione
non abduxit patrem. Dignus me hercule fuit memorabili dedica-
tione dignus amplissimo sacerdotio qui colere deos nec iratos quidem
destitit. Idem tamen ut redijt domum et impleuit oculos et aliquas
voces flebiles misit et peractis que mos erat prestare defunctis ad
capitolium illum redit uultum. Paulus circa illos nobilissimi tri-
umphi dies quo uinctum ante currum egit Persen incliti regis nomen
duos filios in adoptionem dedit quos sibi conseruauerat extulit. Quales
retentos putas cum inter commodatos Scipio fuisset. Non sine motu
uacuum Pauli currum populus romanus aspexit. Contionatus est tamen
et egit dijs gratias quod compos uoti factus esset precatum enim se ut si quid
ob ingentem uictoriam inuidie dandum esset id suo potius quam publico
damno solueretur. Vides quam magno animo tulerit orbitati sue gra-
tulatus est. Et quem magis poterat mouere tanta mutatio solacia simul
atque auxilia perdidit. Non contigit tamen tristem Paulum Perse uidere. Quid nunc
te per innumerabilia magnorum uirorum exempla ducam et queram miseros quasi non
difficilius sit inuenire felices. Quota enim queque domus usque ad exitum omnibus
partibus suis constitit in qua non aliquid turbatum sit. Unum quemlibet
annum occupa et ex eo magistratus cita (uel uoca) Lucium Bibulum et C. Cesarem. Vi-
debis inter collegas inimicissimos concordem fortunam. Lucii Bibuli
melioris quam fortioris uiri duo simul filij interfecti sunt Egiptio quidem
militi ludibrio habiti ut (al. et) non minus ipsa orbitate auctor eius digna
res lacrimis esset. Bibulus tamen qui toto honoris sui anno ob inuidiam
collegę domi latuerat postero die quam geminum funus renunciatum
est processit ad solita imperii officia. Quid minus potest quam unum
diem duobus filijs dare. Tam cito liberorum luctum finiuit qui con-
sulatum anno luxerat. C. Cesar cum britanniam peragraret nec occea-
no felicitatem suam continere posset audit decessisse filiam publica
secum fata ducentem. In oculis iam erat Gnaeus Pompeius non equo
laturus animo quemquam alium esse in republica magnum modum im-
positurus incrementis que grauia illi uidebantur etiam cum in com-
muni crescerent tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia et tam
cito dolorem uicit quam omnia solebat. (uincere)

i. orbitatis

quod forte erat uxor pompeij

Quid aliorum tibi funera cesarum referam / quos in hoc michi
interim videtur violare fortuna / ut sic quoque generi humano prodesset
ostendentes / nec eos quidem qui de hiis geniti deosque genituri di
cantur sic suam fortunam in potestate habere quemadmodum alienam. Divus
augustus amissis liberis nepotibus exhausta cesarum turba / ado
ptione desertam domum fulsit. tulit tamen fortiter tamquam cuius res iam age
batur / cuiusque maxime intererat de diis neminem queri. G. cesar et quem
genuerat et quem adoptaverat amisit / ipse tamen prosteris lavit filium
stetitque in conspectu positi corporis interiecto tantum velamento quod pontifi
cis oculos a funere arceret / et flente populo romano non flexit vultum.
Experiendum se dedit seiano / ad latus stanti quam patienter posset suos
perdere. Vides ne quanta copia virorum maximorum sit / quos non excepit
hic omnia prosternens casus in quos tot animi bona tot ornamenta publice
privatimque congesta erant / Sed videlicet it in orbem ista tempestas et sine
delectu vastat omnia agitque ut sua. Iubet singulos conferre rationem
nulli contigit impune nasci /

Scio quid dicas oblitus es feminam te consolari / virorum refers
exempla / Quis autem dixit naturam maligne / cum mulierum ingeniis
egisse / et virtutes illarum in artum retraxisse / Par illis mihi crede
vigor par ad honesta libera facultas / Dolorem laboremque ex equo si
consuevere patiuntur / In qua istud urbe dii boni loquimur / In qua regem ro
manis capitibus lucretia / et brutus deiecerunt bruto libertatem
debemus lucretie brutum / In qua choeliam contempto hoste et flumine
ob insignem audaciam tantum / ut viros transcripsimus equestri insidentis
statue in sacra via celeberrimo loco choelia exprobat iuvenibus nostris
pulvinum ascendentibus in eam illos urbem sic ingredi in qua etiam
feminas donavimus. Quod tibi si vis exempla referri feminarum / que suos
fortiter desideraverunt non hostiatim querere / Semina tibi familia du
as cornelias dabo / Primam scipionis filiam. Graccorum matrem duodecim
illa partus totidem funeribus recognovit / et de ceteris facile est.
quos nec editos nec amissos civitas sensit. T. Graccum et G. quos
etiam qui bonos viros negaverit. magnos fatebitur et occisos vidit
et insepultos. Consolantibus tamen miseram dicentibus / numquam inquit non
felicem me dicam que graccos peperi. Cornelia dimi drusi clarissimum
iuvenem illustris ingenii vadentem per graccana vestigia imperfectis
tot rogationibus intra penates interemptum suos amiserat in
certo cedis auctore / tamen et acerbam mortem filii et inultam tam magno

animo tulit quam ipse leges tulerat. Iam cum fortuna in gratiam
Marcia reverteris si tela que in Scipiones Scipionumque matres ac fili-
as exegit quibus Cesares petit nec a te quidem continuit.

Plena et infesta variis casibus vita est, a quibus nulli longa pax
est, vix induc[i]e sunt. Quatuor liberos sustuleras Marcia. (al. habueras)
Nullum aiunt frustra cadere telum quod in confertum agmen immissum est.
Mirum est tantam turbam non potuisse sine invidia damno preteriri.
Adhuc iniquior fortuna fuit quod non tantum filios eripuit sed elegit.
Nunquam tamen iniuriam dixeris ex equo cum potentiore dividere. Du-
as tibi reliquit filias et harum nepotes et illum quem maxime luges
prioris oblita non ex toto abstulit. Habes ex illo duas filias
similes. Si fers magna onera, si bene advertis magna solacia. In hoc
te perducit ut illas cum videris amonearis filii non doloris. Agri-
cola eversis arboribus quas aut ventus radicitus evulsit aut con-
tortus repentino impetu turbo perfregit, subolem ex illis residuum
fovet et amissarum semina statim plantasque disponit et momento.
Nam ut in damna ita ad incrementa rapidum veloxque tempus est. Adole-
scunt amissis letiora. Has nunc Metilii filii tui filias in eius vicem
substitue et vacantem locum exple. Unum dolorem geminato solacio
leva. Est quidem hec natura mortalium ut nichil magis placeat quam
quod amissum est. Iniquiores sumus adversus relicta ereptorum
desiderio. Sed si estimare volueris quam valde tibi fortuna et cum seviret pep-
percerit, scies te habere plus quam solacia. Respice tot nepotes, duas filias.

Dic illud quoque Marcia: moverer si esset cuique pro moribus
fortuna et nunquam mala bonos sequerentur. Nunc video exempto
discrimine eodem modo malos bonosque iactari. Grave est tamen quem
educaveris iuvenem iam matri iam patri presidium ac decus amittere.
Quis negat grave esse, sed humanum est. Ad hoc genitus es ut perderes
ut perires ut sperares metueres, alios teque inquietares, mor-
tem et timeres et optares et quod est pessimum nunquam scires cuius esses
status. Si quis Siracusas petenti diceret omnia incommoda omnes vo-
luptates future peregrinationis tue ante cognosce, deinde ita naviga.
Hec aut sunt que mirari possis: videbis primum ipsam insulam ab
Ytalia angusto intercissam freto, quam continenti quondam cohesisse constat.
Subitum illud mare irrupit et Hesperium Siculo latus abscidit. Deinde

videbis celebrem et audissimum maris vertice restringe/ stratam
illam fabulosam caribdim/ aqua diu ab austro vocatam. At si quis
ventus inde vehementius spiravit/ magno hiatu profundoque
navigia sorbentem/ Videbis celebratissimum carminibus fontem
arethusam nitidissimi ac lucidi ad imum stagni gelidissimas a-
quas profundentem/ sive illas primum nascentes invenit/ sive transflu-
men integrum subitus tot maria et ad confusionem peioris unde
servatum reddidit/ Videbis portum quietissimum omnium quos aut natura
posuit in tutelam classium aut adiuvit manus sic tutum ut nec
maximarum quidem tempestatum locus furori sit/ Videbis ubi athenarum
potentia fracta. ubi tot milia captivorum ille excisis in infinitam
altitudinem saxis nativus carcer incluserat/ et ipsam ingentem civitatem
et latius territorium quam multarum urbium fines sunt tepidissima hyberna
et nullum diem sine interventu solis/ Sed cum omnia ista cognoveris
gravis et insalubris estas hiberni celi beneficia corrumpet
Erit dionisius illic tyrannus libertatis iusticie legum exitium/
i. al. vita post platonis mortem — dominationis cupidus/ etiam post platonis vite/ etiam post exilium alios
uret/ alios verberabit/ alios ob levem offensam iubet detru-
cari. arcesset ad libidinem mares feminasque et inter fedos regie intem-
perantie greges parum erit simul binis coire. Audisti quid te invita-
re possit quid abstrahere proinde aut naviga aut resiste. Post
hanc denunciationem si quis dixisset intrare se syracusas velle satis-
ne iustam querelam de illo nisi de se habere posset qui non incidit in
illam sed prudens sciensque venisset. Dicit omnibus nobis natura neminem
decipio/ tu si filios sustuleris poteris habere formosos deformes si
i. al. desperes — fortasse multi nascentur esse aliquis ex illis tam servator patrie quam
proditor poterit/ Non est quod speres tante dignationis futuros ut
nemo tibi propter illos maledicere audeat. propone tamen et tante futuros
turpitudinis ut ipsi maledicta sint. nichil vetat illos tibi suprema
prestare et laudari te a liberis tuis. Sed sic te para tamquam in
i. per sive cremando — ignem positurum vel puerum vel iuvenem vel senem. Nichil enim
ad rem pertinet anni. quoniam nullum non acerbum funus est/ quod
parens sequitur.

Post has leges propositas si liberos tollis omni deos invidia libe-
ras/ qui tibi nichil spoponderunt. ad hanc ymaginem agen-
dum totius vite introitum referamus. Syracusas visere deliberanti — i. debetis

tibi quaeque delectare poterant quaeque offendere exposui. Puta
nascenti me tibi venire in consilium. Intraturus es urbem deis
hominibusque communem omnia complexam certis legibus eternisque de-
vinctam indefatigata celestium officia volventem. Videbis illic in-
numerabiles stellas, mirabaris uno sidere omnia impleri. Solem
cottidiano cursu diei noctisque spacia signantem, annuam estatem al. annos
hyememque equalius dividentem. Videbis nocturnam lune successi-
onem a fraternis occursibus leve remissumque lumen mutuantem et
modo occultam, modo toto ore terris imminentem accessionibus damnis-
que mirabilem semper proxime dissimilem. Videbis quinque sydera diversas a-
gentia vias et in contrarium precipiti mundo nitentia, ex horum levissimis
motibus fortune populorum dependent et maxima ac minima proinde for-
mantur prout equum iniquumve sydus incessit. Miraberis collecta
nubila et cadentes aquas et obliqua fulmina et celi fragorem. Cum sa-
ciatus spectaculo supernorum in terram oculos deieceris excipiet te alia
forma rerum aliterque mirabilis. Hinc camporum in infinitum patentium fusa
planities. Hinc montium magnis et nivalibus surgentium iugis erec-
ti in sublime vertices deiectus fluminum et ex uno fonte in orien-
tem occidentemque diffusi in amnes et summis cacuminibus nemora nuta-
ncia et tantum silvarum cum suis animalibus aviumque concentu dissono. Varii
urbium situs et seclusae nationes locorum difficultate quarum alie se in
ereptos subtrahunt montes alie ripis lacu vallibus palude circumfun-
duntur. Adiuta fructus seges et arbusta sine cultore feritatis et ri-
vorum lenis inter prata discursus et amenissimi et litora in portum
tendentia. Sparse tot per vastum insule que interventu suo mari-
a distinguunt. Quid lapidum gemmarumque fulgor et inter rapidorum
torrentium aurum arenis influens et in mediis terris medioque rursus
mari torrentem ignium faces et vinculum terrarum occeanum continuatam
gentium triplici sinu scindens et ingenti licentia estuans. Videbis
hic inquietis et sine vento fluctuantibus aquas in mari excedenti
terrentia magnitudine animalia quedam gravia et alieno se magisterio
movent, ita quedam velocia et concitatis promptiora remigiis.
Quedam haurientia undas et magno prenavigantium periculo efflantia.
Videbis hic navigia que non novere querentia terras. Videbis nichil
humane audatie intemptatum. Erisque et spectator et ipse pars magna co-

nanctum. Disces dotes quod artes alias que vitam instruant, alias quod veniant aliasque regant. Sed istic mille sunt corporis et animorum pestes et bella et latrocinia et venena et naufragia et intemperies celi corporisque et carissimorum acerba desideria et mors incertum est facilis an per penam et cruciatum. Delibera tecum et perpende quid velis. Ut ad illa venias, per illa eundum est. Respondebis velle te vivere. Quidni? Immo puto ad id non accedes ex quo tibi aliquid detrahi doles. Vive ergo ut convenit. Nemo inquis nos consuluit. Consulti sunt de nobis parentes nostri, qui cum condicionem vite nossent, in hanc nos sustulerunt.

i. si sit ipsa mors

Sed ut ad solatium veniam, videbis quid curandum sit, deinde quemadmodum. Movet lugentem desiderium eius quem dilexit. [hoc] Ut per se desiderabile apparet: absentes [enim] [vivi absentes] enim futurosque dum viverent non flemus, quamvis omnis usus nobis illorum et conspectus ereptus est. Opinio est ergo que nos cruciat, et tanti quodque malum est quanti illud taxavimus. In nostra potestate remedium habeamus: iudicemus illos abesse et nos etiam ipsi fallamus. Dimisimus illos, immo consecuturi premisimus. Movet et illud lugentem: non erit qui me defendat, qui a contemptu vindicet. Ut minime probabili sed vero solatio utar: in civitate nostra plus gratie orbitas confert quam eripit, adeoque senectuti solitudo que solebat destruere ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent et liberos eiurent et orbitatem manu faciant. Scio quid dicas: non movent me detrimenta mea, et enim non est dignus solatio qui filium sibi decessisse sicut mancipium moleste fert, qui quicquam in filio respicere preter ipsum non vacat. Quid igitur te, Marcia, movet? Utrum quod filius tuus decessit, an quod non diu vixit? Si quidem decessit, semper debuisti dolere, semper scisti mori. Cogita nullum defunctum malis affici. Illa que nobis inferos terribiles [faciunt] fabula esse, nullas imminere mortuis tenebras nec carcerem nec flumina fragrantia igne nec oblivionis amnem nec tribunalia et reos et illa reos libertate tam laxa ullos iterum tyrannos. Luserunt ista poete et vanis nos agitavere terroribus. Mors enim dolorum et solutio est et finis, ultra quam mala nostra non exeunt, que nos in illam tranquillitatem in qua antequam nasceremur iacuimus reponit. Si mortuorum aliquis miseretur, et non natorum misereatur. Mors nec bonum nec malum est. Id enim potest aut bonum aut malum esse quod aliquid est. Quod vero ipsum nihil est et omnia ad nihil redigit, nulli nos fortune tradit. Mala enim bonaque circa

i. ponamus quod desiderium sit unde quem diligimus propterea non debemus inde flere quia absentes non flemus

Nemo gentilis loquitur [illegible]

aliqua versantur materia. non potest id fortuna tenere quod natura
dimisit / nec potest miser esse qui nullus est / Excessit filius tuus
terminos intra quos servitur / excepit illum magna et eterna pax. Non
paupertatis metu non diviciarum cura · non libidinis per voluptatem
animos carpentis stimulis incessitur · Non invidia felicitatis
aliene tangitur non sue premitur nec quiete quidem veris verecunde
aures verberantur · nulla publica clades conspicitur nulla priva
ta non sollicitus futuri pendet et ex eventu semper incertiora depen
denti tandem ibi constitit · unde nil pellat / unde nichil terreat ·

O ignaros malorum suorum quibus non mors ut optimum inven
tum nature laudatur. Que sive felicitatem includit sive
calamitatem repellit sive satietatem aut lassitudinem senis termi
nat · sive iuvenile evum dum meliora speratur in flore deducit sive
pueritiam ante duriores gradus revocat omnibus finis multis
remedium / quibusdam votum · de nullis melius merita quam de hiis ad
quos venit antequam invocaretur / Hec servitutem invito domino remittit ·
hec captivorum cathenas levat · hec de carcere educit quos exire
imperium potens vetuerat · Hec exulibus in patriam semper animum et ocu
losque tendentibus ostendit nichil interesse inter quod quisque iaceat
/ Hec ubi res fortuna male divisit et equo iure genitos alium alii
donavit · exequat omnia / Hec est que nichil quicquam alieno fecit
arbitrio · Hec est in qua nemo humilitatem suam sensit · Hec est que nulli
patuit · Hec est Marcia quam pater tuus concupivit · Hec est inquam que
efficit ut nasci non sit supplicium que efficit ut non concidam adversus
minas casuum ut servare animum salvum ac potentem sui possim · Habeo
quod appellem · Video istic cruces non unius quidem generis sed aliter
ab aliis fabricatas · capite quosdam in terra suspendere · Alii per obscena sti
pitem egerunt · Alii brachia patibulo explicuerunt · Video fidicu
las · video verbera et membris et singulis etiam articulis singula
docuerunt machinamenta · et video mortem · Sunt istic hostes cruenti
cives superbi · Sed video istic et mortem · non est molestum servire ubi si
domini pertesum est licet uno gradu ad libertatem transire · Cara
te vita beneficio mortis habeo · Cogita quantum boni oppor
tuna mors habeat quam multis diutius vixisse nocuerit · Si
gneum Pompeium decus istius firmamentum imperii · Neapolim for

felicitatis invidia

Commendacio mortis

tuna abstulisset indubitatus populi romani princeps excesserat/ at
nunc exigui temporis adiectio fastigio suo illum depulit/ Vidit legiones
in conspectu suo cesas/ et ex illo prelio in quo prima acies senatus
fuit que infelices reliquie sunt imperatorem ipsum superfuisse. Vidit e- *(margin: .i. superesse vidit)*
gyptium carnificem et sacrosanctum victoribus corpus satietati prestitit. *(margin: .i. al. egiptium)*
etiam si incolumis fuisset penitentiam salutis acturus/ Quid enim erat tur- *(margin: .i. quod penitere eum debebat de vita si eam tenebat cum alio [illegible] gladios)*
pius quam pompeium vivere beneficio regis. M. Cicero si eo tempore quo ca- *(margin: .i. interfuisset)*
theline sicas devitavit quibus pariter cum patria petitus est concidisset
liberata re publica conservator eius. si denique filie sue funus secutus fu- *(margin: .i. al. liberator rei publice conservatorque eius)*
isset tunc felix mori potuit. Non vidisset strictos in civilia ca-
pita mucrones nec divisa percussoribus occisorum bona ut etiam de
suo perirent non hastam consularia spolia vendentem nec cedes nec *(margin: .i. [illegible])*
locata publice latrocinia bella rapinas tantum cathelinarum. M. catho- *(margin: .i. [illegible] vidisset)*
nem si a cypro et hereditatis regie dispensatione redeuntem mare
devorasset vel cum illa ipsa pecunia quam afferebat civili bello stipen-
dium nonne illi bene actum foret. Hoc certe secum tulisset tunc neminem au- *(margin: .i. [illegible] mortuus fuisset [illegible] decessisset [illegible] ipse videbat peccare)*
surum coram cathone peccare. nunc annorum adiectio paucissimorum virum
libertati non sue tantum sed publice natum coegit cesarem fugere/ pompeium sequi. *(margin: .i. a facie cesaris)*

Nichil ergo mali etiam immatura mors attulit illi omnium etiam ma-
lorum remisit patientiam. nimis tamen cito periit et immaturus. *(margin: .i. al. patens)*
primum puta illi superfuisse comprehende quantum plurimum procedere
homini licet/ quantum est ad brevissimum tempus editi cito cessuri loco ve- *(margin: .i. al. edu[illegible])*
nienti impositum hoc prospicimus hospitium de nostris etatibus lo-
quor quas incredibili celeritate convolvit/ Computa urbium secula. Vide- *(margin: .i. al. [illegible])*
bis quam non diu steterint etiam que vetustate gloriantur. Omnia humana *(margin: nota)*
brevia et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram *(margin: nota)*
hanc cum urbibus populisque et fluminibus et ambitu maris puncti loco *(margin: .i. respectu machine totius mundi terra est quasi punctus orbis et sic ponitur ut dicunt astrologi)*
ponimus ad universa referentes. Minorem portionem etas nostra quam
puncti habet si tempori comparetur omni cuius maior est mensura quam mundi. *(margin: .i. mundi)*
ut pote cum ille se intra parte huius spatii remetiatur. Quid ergo interest id *(margin: .i. [illegible])*
extendere cuius quantumcumque fuerit incrementum non multum aberit a nichi- *(margin: nota)*
lo/ Uno modo multum est quod vivimus si satis est/ Licet michi vivaces et in memo- *(margin: .i. annos [illegible])*
riam tradite senectutis viros nomines centenos denosque percense-
as annos/ cum ad omne tempus dimiseris animum nulla erit illa bre-
vissimi longissimique evi differentia/ si inspecto quanto quis vixerit
spatio comparaveris quanto non vixerit. Deinde non immaturus decessit *(margin: nota)*

vixit enim quantum debuit vivere michil enim iam illi superat. non
una hominibus senectus est ut ne animalibus quidem intra quatuordecim
annos defatigant et hec illis longissima vita est que homini prima. Di-
spar cuique vivendi facultas data est. nemo nimis cito mori-
tur qui victurus diutius quam vixit non fuit. fixus est enim terminus
manebit ubi positus est. Nec illum ulterius diligentia aut consilio
perdidisse. tulit suum metasque dati pervenit ad evi. Non est itaque
quod sic te oneres. potuit diutius vivere. non est interrupta eius vita
nec umquam se annis casibus intericit. solvitur quod cuique promissum est.
Eunt via sua fata nec adiciunt quicquam nec ex promisso semel demunt.
Et frustra vota ac studia sunt. habebit quisque quantum illi dies primus
ascripsit. ex illo quo primum lucem vidit iter mortis ingressus est.
accessitque fato propior et illi ipsi qui adiciebantur adolescentie anni vite
detrahebantur. In hoc omnes errore versamur ut non putemus ad mor-
tem nisi senes inclinatosque iam vergere. cum illo infantia statim et
iuventa omnisque etas ferat. Augurita opus suum fata nobis sensum
nostre necis aufert. quoque facilius obrepat mors sub ipso vite no-
mine latet. Infantiam in se pueritia convertit. Pueritiam pubertas. pub-
ertatem iuventus iuventutem senectus abstulit. Incrementa ipsa si bene
computes damna sunt.

Quereris marcia non tam diu vixisse filium tuum quam potuisse.
Unde enim scis an diutius illi expedierit an illi hac mor-
te consultum sit. quemquam invenire hodie potes cuius res tam bene posite
sint et fundate ut nichil illi procedenti tempore timendum sit. labant humana
ac fluunt. nulla pars vite nec tam obnoxia aut tenera est quam que ma-
xime placet. Ideoque felicissimis optanda mors est quia in tanta incon-
stantia turbaque rerum nichil nisi quod preterit certum est. Quis tibi recipit
illud filii tui pulcerrimum corpus cum summa pudoris custodia inter lu-
xuriose urbis oculos conservatum potuisse ita morbos evadere ut
ad senectutem forme illesum perferret decus.

Cogita animi mille labes. neque enim recta ingenia qualem in
adolescentia spem sui fecerant usque in senectutem pertulerunt. sed
interrupta plerique sunt aut sera et quo luxuria fedior invasit coepit de-
honestare speciosa principia. aut in popinam ventremque provoluti sunt
summaque illis cura fuit quid essent quid biberent. Adice incendia
ruinas naufragia lacerationes medicorum ossa vivis legentium
et totas in viscera manus demittentium et non simplicem dolorem

i. ad totum illa
al. labunt
i. intelligit al. fateri
i. ederet

pudenda cruciantium post huius exitum. Non fuit innocentior filius tuus
al. carcere — quam Rutilius corruptarius. Non fuit sapientior quam Socrates uulnus — al. spiritu
transfixissimum pectus. non fuit sanctior quam Catho. cum ista perspexeris sci-
no — es optime cum his agi quos natura cito illos hinc manebat uite stipen-
dium cito in tutum recepit. Nichil est tam fallax quam vita humana, ni-
no — tam insidiosum. non mehercule quisquam illam accepisset nisi daretur inscijs.
Itaque felicissimum est non nasci proximum puto breuitate uite defunctos
cito in integrum restitui. Propone illud acerbissimum tibi tempus quo
Seianus patrem tuum clienti suo Atrio secundo congiarium dedit. Irascebatur
illi ob unum aut alterum liberius dictum quod tacitus ferre non potuerat
Seianum in ceruices nostras ne imponi quidem sed ascendere. decernebatur
illa statua in Pompeij theatro ponenda quod exustum Cesar reficiebat.
exclamauit Cordus tunc uere theatrum perire. Quid ergo non rumperetur
super cineres Cnei Pompeij constitui Seianum et in monumentis maximi
Imperatoris consecrari pessimum militem. Consecratur subscriptio et acerrimi ca- — al. feris
nes quos ille ut sibi uni mansuetos omnibus feros haberet sanguine
humano pascebat, circumlatrare hominem etiam illum impacatum incipiunt.
Quid faceret? si uiuere uellet Seianus rogandus erat si mori filia
al. uirg — utrique inexorabilis constituit filiam fallere. usus itaque balneo et quo
al. post minimum — postumum poneret in cubiculum se quasi gustaturus contulit et dimissis pu- — al. comedisse
eris quedam per fenestram ut uideretur edisse proiecit a cena. deinde quasi
iam satis in cubiculo edisset abstinuit. Altero quoque die et tertio
idem fecit quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Complexus
itaque te karissima inquit filia et hoc unum tota celata uita iter mor-
tis ingressus sum et iam medium fere teneo reuocare me nec debes
nec potes. atque ita lumine omni precludi iussit et se in tenebris condidit.
Cognito consilio eius publica uoluptas erat quod e faucibus auidissimorum
luporum educeretur preda. accusatores Seiano auctore adeunt con-
sulum tribunalia queruntur mori Cordum ut interpellarent quod coegerant
adeo illis Cordus uidebatur effugere. magna res erat in questione
an mortis ius perderent. dum deliberatur dum accusatores iterum ad-
eunt ille se absoluerat. Uides ne Marcia quanta iniquorum temporum ui-
ces ex inopinato incurrant. Fles quod quemquam tuorum mori necesse fu-
it, pene non licuit.

Preter hec etiam omne futurum incertum est, et ad deteriora cer-
al. facillimus ac — tius. facillimum ad superos iter est animis cito ab humana conuer-
satione dimissis. minimum enim fecis ponderisque traxerunt. antequam ob-
durescerent et altius terrena conciperent liberati et leuiores ad originem

suam revidant / et facilius ad superos quam est illud obsoleti illuvieque fluunt
Nec unquam magnis ingeniis cara in corpore mora est exire atque
erumpere gestiunt / egre has angustias ferunt / Vagi per omne sublimes
et ex alto assueti humana despicere / Inde est quod plato clamat . Sapi-
entis animum totum in morte prominere . hoc velle . hoc meditari hac semper
cupidine ferri in exteriora tendentem / Quid tu marcia cum videres
senilem in iuvene prudenciam victorem omnium voluptatum animum emen-
datum carentem vicio divicias sine avaricia . honores sine ambitione .
voluptates sine luxuria appetentem diu tibi putabas illum sospitem
posse contingere . Quicquid ad summum venit ad exitum prope est . Eripit se
aufertque ex oculis perfecta virtus . nec ultimum tempus expectat que in primo
maturuerunt . Ignis quo clarior fulsit citius extinguitur / Vivacior est
qui cum lenta difficilique materia commissus fumoque demersus ex sor-
dido lucet . eadem enim detinet causa que maligne alit . Sic in-
genia que illustriora breviora sunt . Nam ubi incremento locus non est
vicinus occasus est . Fabianus ait / id quod nostri quoque parentes videre
puerum rome fuisse statura ingentis viri . sed hic cito decessit et non mo-
riturum cum brevi nemo prudens dixit . non poterat enim ad illam etatem
pervenire quam preceperat ita est indicium imminentis exitii maturitas . ap-
petitur finis ubi incrementa consumpta sunt .

Incipe virtutibus non annis illum extimare satis diu vixit pu-
pillus relictus sub tutorum cura usque ad xiiii annum . fuit sub matris
custodia semper cum haberet suos penates relinquere tuos noluit . Adolescens
statura pulcritudine certo corporis robore in castris natus miliciam
recusavit ne a te discederet . Computa marcia quam raro liberos videant
que in diversis domibus habitant cogita totis illos perire annos
matribus et per sollicitudinem exigi quibus filios in exercitu habent . Sci-
es multum patuisse hoc tempus ex quo nichil perdidisti numquam conspectu tuo
recessit sub oculis tuis studia formavit excellentis ingenii et equaturi
avum nisi obstitisset verecundia que multos profectus silencio pressit . A-
dolescens rarissime forme in tam magna mulierum turba viros corrum-
pentium nullius spei se prebuit et cum quarundam usque ad temptandum pre-
missa improbitas erubuit quasi peccasset . Hac sanctitate morum effecit
ut admodum dignus sacerdotio videretur materna sine dubio suffragatione .
Sed nec mater quidem nisi pro bono et candidato valuisset . Harum con-
templatione virtutum filium gere quasi sinu te ille tibi magis vacat .
Nunc igitur nichil habet quo avocetur . numquam tibi sollicitudini numquam me-
morie erit . quod unum ex tam bono filio poteras dolere doluisti . Ce-

cetera exempla casibus plena voluptatis sunt. Si modo uti filio scies
si modo quid in illo preciosissimum fuerat intelligis, imago dumtaxat
filii tui periit et effigies non similia. Ipse quidem eternus meliorisque nunc
status est despoliatus honeribus alienis et sibi relictus. Hec que
vides ossa circumvoluta nervis et obductam cutem vultum et ministras
manus et cetera quibus involuti sumus vincula animorum tenebreque sunt.
Obruitur animus hiis, effugatur, inficitur, arcetur a veris et suis in falsa coniectus.
omne illi cum hac carne grave certamen est ne attrahatur et sidat.
nititur illo unde dimissus est. Ibi illum eterna requies manet
p detinet et confusis crassisque pura et liquida inferentem.

Proinde non est quod ad sepulcrum filii tui curras. Pessima eius et
ipsi molestissima iacent ossa cineresque non magis illius partes
quam vestes aliaque tegumenta corporum. Integer ille animus nichilque terris
relinquens fugit et totus excessit paulumque supra nos commoratus
dum expurgatur inherentia vitia situmque omnem mortalis evi excutit. Deinde
ad excelsa sublatus inter felices currit animas. Excepit illum cetus
sacer Scipiones Catonesque interque contemptores vite et mortis
beneficio liberos pater tuus Marcia. Ille nepotem suum quamquam illic
ex omnibus cognitum est applicat sibi nova luce gaudentem et vicinorum
siderum meatus docet nec ex coniecturis sed omnium ex vero peritus
in archana nature libens ducit. Utque ignotarum urbium monstrator
hospiti gratus est, ita suscitanti celestium causas domesticus interpres
et in profunda terrarum permittere aciem. Iuvat enim ex alto terrena
relicta respicere. Sic itaque Marcia te gere tamquam sub oculis patris
filiique posita non illorum quos noveras sed tanto excellentiorum
et in summo locatorum. Erubesce quicquam humile aut vulgare et mutatos
tuos in melius flere. Eterna rerum per vasta et libera spacia
dimissi nec altitudo montium aut invie valles aut incerta vada.
Sirtium omnia plana et ex facili mobiles et expediti et invicem pervii
sunt intermixtique sideribus.

Puta itaque ex illa arce celesti patrem tuum Marcia cui tantum
apud te auctoritatis erat quantum tibi apud filium tuum non illo
ingenio quo civilia bella deflevit quo proscribentes in eternum ipse
proscripsit sed tanto elatiore quanto est ipse sublimior dicere. Cur
te filia tam longa tenet egritudo? Cur in tanta veri ignorantia
versaris ubi inique actum iudices cum filio tuo quod in te domus
status ipse ad maiores recepit suos. Nescis quantis fortuna pro-
cellis disturbet omnia, quam nullis benignam facilem se prestiterit

nisi qui in unum tempus illa contraxerat. Reges [al. rogas] me tibi nouo fe-
licissimos futuros si maturius illos mors instantibus subtraxisset
malis an romanos duces quorum magnitudini deerit si aliquid
etati detraxeris an nobilissimos uiros clarissimosque ad ictum
militaris gladii composita ceruice formatos. Respice patrem
atque auum tuum ille in alieni percussoris uenit arbitrium. Ego nichil
in me cuiquam permisi et cibo prohibitus ostendi quam magno me iu-
uat animo scripsisse cur in domo uestra diutissime lugetur qui
felicissime moritur [t ibi]. Coimus omnes in unum uidemusque non alta no-
cte circumdati. Nil apud uos ut putatis optabile nil excelsum nil
splendidum sed humilia cuncta grauia et anxia et quotam partem luminis
nostri cernentia. Quid dicam nulla hic arma mutuis furere concursibus
nec classes classibus frangi nec parricidia aut fingi aut cogitari
nec fora litibus strepere dies perpetuos nichil in obscuro detectas [sb. ex] men-
tes et aperta precordia et in publico medioque uitam et omnis eui pro-
spectum ueniencium. Iuuabat unius me seculi facta componere in parte
ultima mundi et inter paucissimos gesta tot secula tot etatum contextam
seriem quicquid annorum est licet uisere licet surrectura licet ruitu-
ra regna prospicere et magnarum urbium lapsus et maris nouos cursus.
Nam si potest solacio esse desiderii tui commune fatum nichil quo stat
loco stabit. Omnia sternet abducetque secum uetustas. Nec hominibus
solum. Quota enim ista fortune potentie portio est. Si locis si regio-
nibus si mundi partibus ludet tot supprimet montes et alibi ru-
pes in altum nouas exprimet. Maria sorbebit flumina auertet et co-
mercio gentium rupto societatem generis humani cetusque dissoluet. Ali-
bi in hiatibus uastis subducet urbes tremoribus quatiet. Et ex in-
fimo pestilentie halitus mittet et inundationibus quicquid inhabitatur
obducet necabitque omne animal orbe submerso et ignibus uastis
torrebit incendetque mortalia. Et cum tempus aduenerit quo se mun-
dus renouaturus extinguat uiribus ista [al. ista] se suis cedent et syde-
ra syderibus incurrent et omni flagrante materia uno igne quicquid
nunc ex disposito lucet ardebit. Nos quoque felices anime et eterna
sortite cum deo uisum erit iterum ista moliri labentibus cunctis [l. t de nouo co(m)pone(re)]
et ipse parua ruina ingentis [al. ingentis] accessio in antiqua elementa uertemur.
Felicem filium tuum marcia qui ista iam nouit. Deo gratias.

Explicit liber Senece de consolatione ad marciam.

Lucii Annei Senece De consolatione ad Albinam matrem suam

Sepe iam mater optima impetum cepi consolandi te sepe continui. Ut auderem multa me impellebant. Primum videbar depositurum omnia incommoda cum lacrimas tuas etiam si supprimere non potuissem abstersissem. Deinde plus habiturum me auctoritatis non dubitabam ad excitandam te si prior ipse consurrexissem. Preterea timebam ne a me victa fortuna aliquem meorum vinceret. Itaque utcumque conabar manum super plagam meam impositam ad obliganda vulnera vestra reptare. Hoc propositum meum erat. Rursusque retardare (s. reperire fuit meum propositum) dum recens seviret sciebam dolori tuo occurrendum non esse ne ipsum solatia irritarent et accenderent. Nam in morbis quoque nichil est (vide) perniciosius quam immatura medicina. Expectabam dum ipse vires suas frangeret et ad sustinenda remedia mora mitigatus agi se ac attractari (s. al. tan[gi]) pateretur. Preterea cum omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad compescendos moderandosque luctus composita evolverem non inveniebam exemplum eius qui consolatus suos esset cum ipse ab illis comploraretur. Ita in re nova hesitabam verebarque nec verbis ut lenibus verbis nec ex vulgari et cotidiana sumptis allocutione opus erat homini (s. al. ex ipsa morte) ad consolandos suos ex ipso rogo caput allevanti. Omnis autem magnitudo doloris modum excedentis necesse est ut stilum dilectum verborum (s. al. desi[derio]) eripiat cum sepe vocem quoque ipsam intercludat. Ubicumque conitar non fiducia ingenii sed quia possum instar efficacissime consolationis esse consolator. Cui nichil negares huic utique te non esse negaturam licet omnis meror contumax sit spero ut desiderio tuo velis a me modum statui.

(s. et per indulgentiam) Vide quantum indulgentia tua promiserim mihi potentiorem me futurum apud te non dubito quam dolorem tuum quo nichil est (s. dolore) apud miseros potentius. Itaque nec statim cum eo concurram adero prius illi et quibus excitetur ingeram. Omnia proferam et rescindam que iam obducta sunt. Dicet aliquis quod hoc genus est consolandi oblivita mala revocare et animum in omnium erumnarum suarum conspectu collocare vix unius patientem. Sed is cogitet quecumque usque eo perniciosa sunt ut (s. et ut remedii prevaleant) contra remedium convaluerint plerumque contrariis curari. Omnes itaque luctus suos omnia lugubria admovebo. Hoc erit non molli via mederi sed urere ac secare. Quid consequar ut pudeat animum tot miseriarum victorem egre ferre unum vulnus in corpore tam cica-

Seneca exul captivus in quadam gravi et aspera insula Albinam matrem suam de hoc inaniter conturbatam in hoc libello intendit consolari. Et primo se excusat de mora quare tantum hanc consolationem mittere distulit. Secundo antequam remedia consolationis proponat antiquos dolores matris cum hoc novo dolore congerit ut eum vincat et adhuc tamen circumscribebat. Tertio prima est ad eam consolandam duo proponit remedia. Primo vult eam considerare quod nichil est in eo propter quod debeat miser a se vel ab aliis reputari nec propter exilium nec propter paupertatem nec propter contumelias que omnia omnibus accidere probat a sapiente faciliter contemnenda. Secundo ibi meo vult eam considerare quod in ea nichil est propter quod consolatione hic non debeat quod ostendit multis rationibus.

tricosos flexant/ itaque diriejus et gemat · quod delicatas mentes
enervavit longa felicitas/ et ad levissimas iniurias motus colla
bant/ At quorum omnes anni per calamitates transierunt · gravissima
quoque forti et immobili constantia preferant · Unum habet assidua infeli
citas bonum · quod quos semper vexat novissime indurat/ Nulla tibi for
tuna vacationem dedit/ et gravissimis luctibus nec natalem quidem
tuum excepit · amisisti matrem statim nata/ immo dum nascereris · Et
ad vitam quodammodo exposita · crevisti sub noverca quam tu fidem
omni obsequio et pietate quanta vel in filia conspici potest matrem fieri co
egisti/ Nulli tamen malo constitit bona noverca/ Avunculum diligentissimum — s. ut magno constitit etiam bona noverca
optimum ac fortissimum virum/ tu adventum eius expectares amisisti ·
Et ne severitatem suam fortuna leniorem diducendo faceret infra tricesimum
diem karissimum virum tuum ex quo mater trium liberorum eras extulisti ·
lugenti tibi luctus nunciatus est/ omnibus quidem absentibus liberis
quasi de industria in id tempus coniectis malis tuis/ ut nichil esset
ubi se dolor tuus reclinaret/ transeam tot pericula tot metus quos sine
intervallo ruite maiestati pertulisti modo modo in eundem sinum ex quo
tres nepotes emiseras/ ossa trium nepotum recepisti/ Intra vigesimum
diem tu que filium meum in manibus et in osculis tuis mortuum fune
raveras/ raptum me audisti/ Hoc adhuc defuerat tibi lugere vivos ·

Gravissimum est ex omnibus que unquam in corpus tuum descenderunt
recens vulnus/ fateor/ non summam cutem rupit pectus et vi
scera ipsa divisit/ Sed quemadmodum tirones leviter saucii tamen vociferantur
et manus medicorum magis quam ferrum horrent/ at veterani quamvis con
fossi patienter ac sine gemitu velud aliena corpora exsorbari pa
tiuntur/ ita tu nunc debes te fortiter prebere curationi · lamentaciones
quidem et ululatus et alia per que fere muliebris dolor tumultuatur
amove/ perdidisti enim tot mala si nondum misera esse didicisti · Et quid
videor non timide tecum egisse · Nichil tibi subduxi ex malis tuis ·
sed omnia coacervata ante te posui magno id animo feci · constitui enim vin
cere dolorem dolorem tuum non circumscribere ·

Vincam autem puto primum si ostendero nichil me pati propter quod
possim dici miser nedum propter quod miseros etiam quos contingam
faciam · Deinde si ad te transiero et probavero nec tuam quidem — s. sed vincere dolorem
gravem esse fortunam que tota ex mea pendet · Hoc prius aggrediar
quod pietas tua audire gestit nichil mali esse michi · Si potero ipsas
res quibus putas me premi non esse intollerabiles faciam manifestum

Dum id credi non poterit. At ego michi ipse satis placebo quod inter
eas res beatus ero que miseros solent facere. Non est quod de me
aliis credas ipse tibi ne quid incertis opinionibus perturberis indico me non
esse miserum. Adiciam quo securior sis nec fieri quidem me posse miserum.
Bona condicione geniti sumus si eam non deseruerimus. Id egit
rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus
esset. Unusquisque facere se beatum potest. Leve momentum in adventi-
ciis rebus est et quod in neutram partem magnas vires habeat. Nec
secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt laboravit enim semper
ut in se plurimum poneret intra se omne gaudium peteret. Quid ergo
sapientem me esse dico minime. Nam id quidem si profiteri possem non tantum ne-
garem miserum esse me sed omnium fortunatissimum et in vicinum deo perdu-
ctum predicarem. Nunc quod satius est ad omnes est ad omnes miserias
leniendas sapientibus viris me dedi et nondum in auxilium mei va-
lidus in aliena castra confugi eorum scilicet qui facile se et suos tuentur.
Illi me iusserunt stare assidue velud in presidio positum et omnes co-
natus fortune et omnes impetus prospicere multo antequam incurrant.
Illis gravis est quibus est repentina facile eam sustinet qui semper ex-
pectat. Nam et hostium adventus eos prosternit quos inopinantes occu-
pavit. At qui futuro se bello ante bellum paraverunt compositi et a-
ptati primum qui tumultuosissimus est ictum facile excipiunt. Numquam ego
fortune credidi etiam si videretur pacem agere. Omnia illa que in
me indulgentissime conferebat pecuniam honores gloriam eo loco posui unde
posset ea sine motu meo repetere. Intervallum inter illa et me magnum habui.
Itaque abstulit illa non avulsit. Neminem adversa fortuna comminuit nisi
quem secunda decepit. Illi qui munera eius velud sua et perpetua ama-
verunt qui se suspici propter illa voluerunt iacent et merent cum vanos pue-
riles et pueriles animos omnis solide voluptatis ignaros falsa
et mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se letis rebus non
inflavit nec mutatis contraxit adversus utrumque statum invictum animum tenet
exploratae iam firmitatis. Nam in ipsa felicitate quid contra infelicitatem
valeret expertus est. Itaque ego in illis que omnes optant existimavi
semper nichil veri inesse tum inania et speciosa ac deceptorio fuco circum-
lita inveniuntur intra nichil habentia fronti sue simile. Nunc in hiis que
mala vocantur nichil tam terribile ac durum invenio quam quod opinio
vulgi minabatur. Verbum quidem ipsum persuasione quadam et consensu

ia asperum ad aures venit / et audientibus tam triste et execrabile fiat. Ita
enim populus iussit / sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.
Remoto igitur iudicio plurium quos prima rerum facies utcumque
credita est aufert videamus quid sit exilium / nempe loci com
mutatio est / Angustare videor vim eius et quicquid pessimum habet
in se subtrahere. Hanc commutationem loci sequuntur incommoda / paupertas
ignominia / contemptus / Adversus ista postea confligam / Interim primum
illum intueri volo quid acerbi afferat ipsa loci commutatio / carere
patria intollerabile / aspice hanc frequentiam / cui vix urbis immense te
cta sufficiunt maxima pars illius turba patria caret ex municipiis
et colonis suis / ex toto denique orbe terrarum confluxerunt. Alios ad
ducit ambitio. alios necessitas officii publici / alios imposita legatio.
alios luxuria opulentum et opportunum vitiis locum querens / Alios libe
ralium studiorum cupiditas / alios spectacula / Quosdam traxit ami
citia / quosdam industria laxam ostendende virtuti nacta materia / Quidam
dam venalem formam attulerunt / Quidam venalem eloquentiam. Nullum
non hominum genus concurrit in urbem et virtutibus et vitiis magna precia
ponentem. Iube omnes istos ad nomen citari et unde domo quisque sit quere.
videbis maiorem partem esse que relictis sedibus suis venerit
quidem in maximam quidem ac pulcherrimam urbem / non tamen suam / Deinde
ab hac civitate discede / que veluti communis potest dici / Omnes urbes circui.
nulla non magna parte peregrine multitudinis habet / Nunc transi ab
hiis quarum amena positio et opportunitas regionis plures allicit / De
serta loca et asperrimas insulas. Sciathum et Seriphum Gyara et Corsica
perspice nullum invenies exilium in quo non aliquis cum causa moretur.
Quid tam nudum inveniri potest. Quid tam abruptum undique quam hoc saxum.
quid ad copiosa respicienti ieiunius / quid ad homines immansuetius. quid
ad ipsum loci situm horridius. quid ad celi naturam intemperantius. plures
tamen hic peregrini quam cives consistunt usque eo ergo commutatio ipsa locorum gravis
non est. ut hic quoque locus a patria quosdam abduxerit.

Invenio qui dicant inesse naturalem quandam animis irritationem commutandi
sedes et transferendi domicilia. Mobilis enim et inquieta mens homini data
est. nusquam se tenet. spargitur et cogitationes suas in omnia nota atque
ignota dimittit vaga et quietis impatiens et novitate rerum letissima
Quod non miraberis si primam eius originem aspexeris. non ex ter
reno et gravi concreta corpore ex illo celesti spiritu descendit. Celestium

Quod est contrarium et quod mala facit

Quod loci mutatio non sit difficilis probat per opinionem quorundam desiderium transferendi sedes naturale esse hoc probat naturaliter per celum quam plures

autem natura semper in motu est / fugit / et velocissimo cursu agitur / aspice
sydera mundum illustrantia nullum eorum perstat labitur assidue / et locum
ex loco mutat / quamvis cum universo vertatur in contrarium nichilominus ipsi mun
do refertur per omnes signorum partes discurrit perpetua eius cogitatio
et alium de alio commigratio est omnia volvuntur semper in tumultu sunt
ut lex et nature necessitas ordinavit / alia de alia deferuntur.
Cum per certa annorum spacia orbes suos explicuerint / iterum ibunt per que
venerint. I nunc et animum humanum ex hiis de quibus divina constant
compositum seminibus moleste ferre puta transitum ac migrationem cum dei
nature assidua et citatissima commutatio vel delectet se vel conservet a ce
lestibus / agendum. Ad humana te converte. Videbis gentes populosque mu
tasse sedem / Quid sibi volunt in mediis barbarorum nationibus grece
urbes. Quid inter indos persasque macedonicus sermo. Scitia et totus ille
ferarum indomitarumque gentium tractus civitates achaie ponticis impo
sitas litoribus ostentat / non perpetue hyemis sevicia non hominum ingenia
ad similitudinem celi sui horrentia transferentibus domos suas obstiterunt.
i. scilicet athenis — Athenis in asia turba est. Miletus quinque et lxx urbium populum in diver
sa effudit. Totum ytalie latus quod infero mari alluitur maior
grecia fuit. Tuscos asia sibi vendicat. Tyrii affricam incolunt. In y
spania peni. Greci se in galliam immiscuerunt. In greciam galli. Pirene
neas germanorum transitus non inhibuit per invia per incognita ver
savit se humana levitas. Liberos coniugesque et graves senio paren
tes traxerunt. Alii longo errore iactati non iudicio elegerunt locum
sed lassitudine proximum occupaverunt. Alii armis sibi ius in aliena
terra fecerunt. Quasdam gentes cum ignota peterent mare hausit. Quedam
ibi consederunt ubi illas rerum inopia deposuit. Nec omnibus eadem
causa relinquendi querendique patriam fuit. Alios excidia urbium su
arum hostilibus armis elapsos in aliena spoliatos suis expulerunt.
Alios domestica sedicio submovit. Alios superfluentis populi frequentia
ad exonerandas vires emisit. Alios pestilentia aut frequentes terrarum
hyatus aut aliqua intolleranda infelicis soli vitia eiecerunt. Quosdam
i. laudate scilicet regionis — fertilis ore et in maius laudate fama corrupit. Alios alia causa excivit a
domibus suis. Illud itaque est manifestum nichil eodem loco mansisse
quo genitum est. Assiduus humani generis discursus est. Cotidie
aliquid in tam magno orbe mutatur. nova urbium fundamenta iaciuntur
nova gentium nomina extinctis prioribus aut in accessionem validioris conversis

oriuntur. Omnes autem iste populorum transportationes quid aliud quam pu
blica exilia sunt.
Quid tam longo te circuitu traho. Quid interest enumerare an te
norem putauii conditorem et euandrum in ripa tyberis regna ar
chadum collocantem. Quid dyomedem aliosque quos troianum bellum victos
simul victoresque per alienas terras dissipauit. Romanum imperium ne
pe auctorem exulem respicit. quem profugum capta patria exi
guas reliquias trahentem necessitas et victoris metus longinqua querentes
in ytaliam deduxit. Hic deinde populus quot colonias in omnes prouincias — i. incolatus
misit. ubicumque vicit romanus habitat. Ad hanc commutationem locorum libe
tes nomina dabat et relictis aris suis transmaria sequebatur colonos se
nex. Res quidem non desiderat plurium enumerationem. Unum tamen adi
ciam quod in oculos se ingerit. Hec ipsa insula sepe iam colonos mutauit.
Ut antiquiora que vetustas obduxit transeam phocide relicta.
Grai qui nunc massiliam colunt. prius in hac insula conside
runt ex qua quid eos fugauerit incertum est. utrum celi grauitas an
prepotentis ytalie conspectus an natura importuosi maris. Nam in causa
non fuisse feritatem accolarum eo apparet quod maxime tunc trucibus et
inconditis Galie populis se interposuerunt. Transierunt deinde ligures in eam
transierunt et hyspani. quod ex similitudine ritus apparet. Eadem enim te
gimenta capitum idemque genus calciamenti quod in cantabris est. — hys. sp.
Et verba quedam. Nam totus sermo conuersatione grecorum ligurumque a pa — sermone
trio desciuit. Deducte deinde sunt due ciuium romanorum turbe. altera a
mario. altera a silla. toties huius aridi et spinosi saxi mutatus est populus.
Vix denique inuenies ullam terram quam etiam nunc indigene colant et — i. indigene gentis
permixta omnia et insitiua sunt. alius alii successit. Hic concupiuit quod
alii fastidio fuit. Ille unde expulerat eiectus est. Ita fato placuit
nullius rei eodem semper loco stare fortunam. Aduersus ipsam mutationem
locorum detractis ceteris incommodis que exilio adherent satis hoc reme
dii putat. Varro doctissimus romanorum quod quocumque venimus eadem rer
um natura utendum est. M. brutus satis hoc putat quod licet in exilium
euntibus virtutes suas secum ferre. Hec et si quis singula parum iudicat
efficacia ad consolandum exulem utraque in unum collata fatebitur
plurimum posse. Quantulum enim est quod perdidimus. Duo que pulcherrima
sunt quocumque nos mouerimus sequentur natura communis et propria virtus.
Id actum est michi crede ab illo quisquis fortunator uniuersi fuit siue — al. formator
ille deus est potens omnium. siue incorporalis ratio ingentium

operum artifex, sive divinus spiritus per omnia maxima ac minima
equali intentione diffusus sive fatum et inmutabilis causarum inter se co-
herencium series, id inquam actum est ut in alienum arbitrium nisi vi-
lissima queque non caderent. Quicquid optimum homini est id extra huma-
nam potentiam iacet nec dari nec eripi potest. Mundus hic quo nichil
maius neque ornatius rerum natura genuit, animus contemplator ami-
ratorque mundi pars eius magnificentissima propria nobis et perpetua ta-
diu nobiscum mansura quam diu ipsi manebimus. Alacres itaque et erecti
quocumque res tulerit intrepido gradu properemus.

Emetiamur quascumque terras, nullum inveniri solum intra mun-
dum est alienum homini est. Undecumque ex equo ad celum erigitur
acies paribus intervallis omnia divina ab omnibus humanis distant.
Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiabiles sunt non
abducantur, dum michi lunam solemque intueri liceat, dum ceteris inhe-
rere sideribus, dum ortus eorum occasus et intervalla et causas investigare
velocius meandi vel tardius, spectare tot per noctem stellas micantes et
alias inmobiles, alias non in magnum spatium exeuntes, sed intra suum
se cursum agentes vestigium, quasdam subito erumpentes, quasdam igne
fuso perstringentes aciem si deciderint vel longo tractu cum luce multa
pervolantes, dum cum hiis sim et celestibus qua homini fas est inmisceor,
dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habeam,
quantum refert mea quid calcem. At non est hec terra frugiferarum aut
letarum arborum ferax, non magnis et navigabilibus fluminum alveis
irrigatur, nichil gignit quod alie gentes petant. Vix ad tutelam
incolentium fertilis, non preciosus hic lapis ceditur, non auri argentique
vene eruuntur. Angustus animus est quem terrena delectant. Ad illa ad-
ducendus est que ubique eque apparent, ubique eque splendent. Et hoc
cogitandum est ista veris bonis per falsa et prave credita obstare.
Quo longiores porticus expedierint, quo altius turres sustulerint,
quo latius vicos porrexerint, quo depressius estivos specus fode-
rint, quo maiora mole fastigia cenationum subduxerint, hoc plus
erit quod illis celum abscondat. In eam te regionem casus eiecit in
qua latissimum receptaculum casa est. Ne tu pusilli animi es et sordide se
consolantis, si ideo id fortiter pateris quia Romuli casam nosti. Dic
illud potius: istud humile tugurium nempe virtutes recipit,
iam omnibus templis formosius erit, cum illic iusticia conspecta fuerit cum p...

[margin: al. dum non]
[margin: al. ne et tu pusillanimis et sordide te consolaris — al. ideo]

dentia pietas omnium officiorum recte dispensandorum ratio humanorum
diuinorumque scientia. Nullus angustus est locus qui hanc tam ma-
gnarum uirtutum turbam capit. Nullum exilium graue est in quo
licet cum hoc ire comitatu.

Brutus in eo libro quem de virtute composuit ait se uidisse
marcellum mitilenis exulantem et quantum modo natura hominis pate-
retur beatissime uiuentem. neque umquam bonarum artium cupidiorem quam eo
tempore. Itaque adicit uisum sibi se magis in exilium ire qui sine illo — sc. deberet dicere
rediturus esset quam illum in exilium relinqui. O fortunatiorem marcellum
eo tempore quo exilium suum bruto approbauit quam quo rei publice conso-
latum. Quantus uir ille fuit qui effecit ut aliquis exul sibi uide-
retur qui ab exule recederet. quantus uir ille fuit qui in admirationem
sui adduxit hominem etiam cathoni suo mirandum. Idem brutus ait
primum — C. cesarem mithilena deuectum quia non sustineret uidere deformatum uirum.
Illi quidem reditum impetrauit senatus publicis precibus tam sollicitus ac
mestus ut omnes isto die bruti habere animum uiderentur et non pro
marcello sed pro se deprecari ne exules essent si sine illo fuissent. Sed
plus multo consecutus est quo die illum exulem brutus relinquere
non potuit nec cesar uidere. Contigit enim illi testimonium utriusque. Brutus sine
marcello reuerti se doluit cesar erubuit. Num dubitas quin se ille
marcellus tantus uir sic ad tollerandum equo animo exilium se adortatus
sit. quod patria carere non est miserum. ita te disciplinis imbuisti ut — o marcelle
B — scires omnem locum sapienti uiro patriam esse. Quid porro hic qui
te cesar expulit non ipse per annos x. continuos patria caruit propagandi
sine dubio imperii causa sed nempe caruit. Nunc ecce trahit illum ad se
affrica resurgentis belli minis plena. trahit yspania que fractas et
afflictas partes refouet. trahit egiptus infida totus denique orbis.
al. ad gentem — qui ad occasionem concussi imperii intentus est. cui primum rei oc-
curret cui parti se opponet. Aget illum per omnes terras uictoria sua.
marcelle — illum suspiciant et colant gentes. tu uiue bruto miratore contentus.

Bene ergo exilium tulit marcellus. nec quicquam in animo eius mu-
tauit loci mutatio. Quamuis eam paupertas sequeretur in qua
nichil mali esse quisquis modo non dum peruenit in insaniam omnia
subuertentis auaritie atque luxurie intelligit. quantulum enim est quod
in tutelam hominis necessarium sit et cui deesse hoc potest ullam modo
uirtutem habenti. Quod ad me quidem pertinet intelligo me non opes

Nota — sed occupationes perdidisse / Corporis exigua desideria sunt frigus
submovere vult / alimentis famem ac sitim extinguere · Quicquid
Nota — extra concupiscitur vicijs non usibus laborat · Non est necesse omne per
scrutari profundum nec strage animalium ventrem honerare · nec
conchilia ultimi maris ex ignoto littore eruere · Dij istos deusque
perdant quorum luxuria tam invidiosi imperij fines transcendit ·
al. phasim de locis ubi aliqua delicata capiuntur — ultra phasidem capi volunt / quod ambitiosam popinam instruat ·
de illatis ut vomatis — nec piget a parthis a quibus nondum penas repetimus aves pe
tere · undique convehunt omnia nota fastidienti gule · quod dissolutum
Nota — delicijs stomachus vix admittat ab ultimo portatur occeano · Vo
Invehit contra gulosos — munt ut edant · edunt ut vomant / epulas quas toto orbe re
quirunt nec concoquere dignantur / Ista siquis despicit quid illi pau
contra paupertas est — pertas nocet · si quis concupiscat illi paupertas etiam quid prodest ·
invitus enim sanatur et si remedia ne quidem coactus recipit in
Nota de cesare — terim certe dum non potest illi volenti similis est / C cesar augustus quem
michi videtur rerum natura edidisse ut ostenderet quid summa vicia in
summa fortuna possent centies sextercio cenavit uno die · et in hoc
al. adiutus — omnium adiutus ingenio vix tamen invenit quomodo trium provinciarum tributum
una cena fieret / O miserabiles quorum palatum nisi ad preciosos cibos
non excitatur / Preciosos autem non eximius sapor aut aliqua fau
Nota — cium dulcedo sed raritas et difficultas parandi facit · Alioquin si ad
sanam illi mentem placeat redire quid opus est tot artibus ventri
servientibus quid mercaturis · quid vastatione silvarum · quid pro
fundi perscrutatione · passim iacent alimenta que rerum natura omnibus
locis disposuit / sed hec velud ceci transeunt · ad omnes regiones per
vagantur maria traiciunt · et cum famem exiguo possint se
dare magno irritant / ¶

Invehit contra avaros — Libet dicere quid deducitis naves · quid manus et adversus
feras et adversus homines armatis · quid tanto tumultu dis
Nota — curritis · quid opes opibus aggeritis / non vultis cogitare quam parva
vobis corpora sint / nonne furor et ultimus mentium error est · cum tam
exiguum capias cupere multum / licet itaque augeatis census promo
veatis fines · non tamen corpora vestra laxabitis · cum bene cesserit nego
Nota — ciatio · multum militia retulit · cum conquisita undique tibi convenerint ·
non habebitis ubi istos apparatus vestros collocetis · Quid tam multa
Nota — conquiritis maiores nostri quorum virtus etiam vicia nostra sustentat infe

lecti erant / qui sibi manu sua parabant cibum / quibus terra cubile
erat · quorum tecta nondum auro fulgebant / quorum templa nondum
gemmis nitebant / Itaque tunc per fictiles deos religiose iurabant
qui illos invocaverant ad hostem morituri ne fallerent redibant ·
Minus beate vivebat dictator noster qui samnitum legatos audiuit cum
vilissimum cibum in foco ipse manu sua versaret illa · qua iam sepe
ipse hostem percusserat · laureamque in capitolini iovis gremio reposue-
rat / quam apitius nostra memoria vixit qui in ea urbe ex qua aliquando
philosophi velud corruptores iuventutis abire iussi sunt scientiam popine professus
disciplina sua seculum infecit · Cuius exitum nosse opere precium est ·
cum sextertium milies in culina congessisset · cum tot congiaria principum et ingens
capitolii vectigal singulis comessationibus auexisset / ere alieno
oppressus rationes suas tunc primum coactus inspexerat · superfuturum
sibi sextertium centies computatur · et velud in ultima fame victurus si in
sextertio centies vixisset veneno vitam finivit · Quanta luxuria
erat cum sextertium centies egestas fuit ad modo computa modum
ad rem pertinere

Sextertium centies aliquis extimuit et quod alii voto petunt vene-
no fugit · Illi vero tam prave mentis homini · ultima potio
saluberrima fuit · tunc venena edebat · bibebatque cum immensis epulis
non delectaretur tantum sed gloriaretur · cum vicia sua ostentaret · cum civitatem
in luxuriam suam converteret · cum iuventutem ad mutationem sui sollicitaret
etiam sine malis exemplis per se docibilem · Hec accidunt divitias non
ad rationem revocantibus cuius certi fines sunt sed ad viciosam consuetudinem
cuius immensum et incomprehensibile arbitrium / Cupiditati nichil est
satis · Nature etiam satis est parum · Nullum ergo paupertas exulis incom-
modum habet · Nullum etiam tam inops exilium est quod non alendo
homini habunde fertile sit / An vestem aut domum desideraturus est
exul / Et si hec quoque ad usum tantum desiderabit · neque tectum ei deerit
neque velamentum / eque enim exiguo tegitur corpus quam alitur · nichil
enim homini natura quod necessarium faciebat fecit operosum · Sed desiderans
saturatam multo conchilio purpuram intextam auro variisque coloribus
distinctam / et artibus non fortune vicio / sed suo pauper est / etiam si illi
quicquid amiserit restitueris nichil ages / plus enim restituendo deerit
ex eo quod cupit / quam exuli ex eo quod habuit · Si desiderat aureis
fulgentemque vasis supellectilem et antiquis nominibus artifi-
cum argentum nobile es paucorum insania preciosum et servorum

turbam que quamvis magnam domum angustet et vinctorum corpora
differta et coacta pinguescere et nationum omnium lapides isti conge-
sti licet magnum expleverint inexplebilem animum non magis quam
ullus sufficiet humor ad satiandum eum cuius desiderium non ex ino-
pia sed ex vitio nascitur estum ardentium visceribus oritur non enim sitis
illa sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis e-
venit eadem natura est in omni desiderio quod modo non ex inopia sed ex vi-
tio nascitur quicquid enim illi congesseris non finis erit cupiditatis sed
gradus. Qui continebit itaque se intra naturalem modum paupertatem non
sentiet qui naturalem modum excedit eum quoque in summis opibus paupertas
sequetur. Necessariis rebus et exilia sufficiunt supervacuis nec regna.
Animus est qui divites facit hic in exilia sequitur et in solitudinibus
asperrimis cum quantum satis est sustinendo corpori invenit ipse
·/· et sustentando corpori
bonis suis habundat et fruitur. Pecunia nichil ad animum pertinet non
magis quam ad deos immortales omnia ista que imperita ingenia et
nimis corporibus suis addicta suspiciunt lapides aurum argentum
et magni levatique mensarum orbes terrena sunt pondera que non potest
amare sincerus animus ac nature sue memor levis ipse et expers
et quandoque emissus fuerit ad summa emicaturus. Interim quantum per mo-
ras membrorum et hanc circumfusam gravem sarcinam licet celeri et volu-
cri cogitatione divina perlustrat. Ideoque nec exulare umquam potest liber
et diis cognatus et omni mundo omnique evo par. Nam cogitatio eius
circa omne celum et in omne preteritum futurumque tempus immittitur. Corpu-
sculum hoc custodia et vinculum animi huc atque illuc iactatur in hoc
supplicia in hoc latrocinia in hoc morbi exercentur animus quidem ipse
sacer et eternus est et cui non possint inici manus.

·/· Commendatio paupertatis

Ne me putes ad elevandum incommoda paupertatis quam nemo
gravem sentit nisi qui putat uti tantum preceptis sapientum.
Primum aspice quanto maior pars sit pauperum quos nichilo notabis
tristiores sollicitioresque divitibus immo nescio an eo letiores sint quo a-
nimus illorum in pauciora distringitur. Transeamus a pauperibus et veni-
amus ad locupletes quam multa tempora sunt quibus pauperibus similes
sunt. Circumcise sunt peregrinantium sarcine et quotiens festinationem necessitas
itineris exigit comitum turba dimittitur. Militantes quotam partem
rerum suarum secum habent cum omnem apparatum castrensis disciplina sub-
moveat. Nec tantum condicio illos temporum aut locorum inopia divitibus
exequat sumunt quosdam dies cum iam illos divitiarum tedium

cepit quibus humi tenet et remoto auro argentoque fictilibus
utantur. Dementes sunt quod aliquid concupiscunt semper timent.
O quanta illa caligo mentium quanta ignorantia veritatis excercet qui
voluptatis causa imitantur. Nec quidem quot antiqua exempla
referri paupertatis uti remediis pudet. quia quidem eo tempore luxu
ria prolata est ut maius viaticum exulum sit quam olim patri
monium principum fuit. Unum fuisse homero servum. tres platoni
nullum zenoni a quo cepit stoycorum rigida ac virilis sapientia
satis constat. Numquid ergo quisquam eos misere vixisse dicet
ut non ipse miserrimus ob hoc omnibus videatur. Menenius agrippa
qui inter patres ac plebem publice gratie sequester fuit ere
collato funeratus est. Attilius regulus cum penos in affrica fu
deret ad senatum scripsit ad mercenarium suum discessisse a rure de
sertum esse. Quod quia senatui publice curari dum abesset regulus
placuit. fuit ne tanti servum non habere ut colonus eius populus
romanus erat. Scipionis filie ex erario dotem acceperunt quia
nichil illis reliquit pater. Equum me hercule erat populum roma
num tributum scipioni semel conferre cum a carthagine semper
tributum exigeret. O felices viros puellarum quibus populus romanus loco
soceri fuit. Beatiores istos ne putas quorum pantomime deciens
sestertio nubunt quam scipione cuius liberi i. filie a senatu tutore suo in do
tem es grave acceperunt. Dedignatur aliquis paupertatem cuius
tam clare ymagines sunt. Indignatur exul aliquid sibi dees
se cum defuerit scipioni dos regulo mercenarius menenio funus
cum omnibus illis id quod deerat. Ideo honestius suppletum sit quod
defuerat. His ergo advocatis non tantum tuta est sed gratiosa pau
pertas.

Responderi potest quid artificiose ista diducis que singula
sustineri possunt. commutatio loci tollerabilis est si tantum
locum mutes. paupertas tollerabilis est si ignominia absit que sola
opprimere animos solet. Adversus hunc quisquis malorum turbo ter
rebit. His verbis utendum erit si contra unam quamlibet partem fortune
satis tibi roboris est. Idem adversus omnes. tu semel cum virtus in
duravit undique eum invulnerabilem prestat. Si avaritia vehemen
tissima generis humani pestis mora tibi ambicionem faciet si ultimum diem
non quasi penam sed quasi nature legem aspicis ex quo a pectore mortis

Marginalia: paupertatem; nota; s. et que inventa sunt contra paupertatem; s. a zenone incepit rigida sapientia stoycorum; nota; villa; s. quia scipion subiugaverat populo; Probavit quod sapientes non fiunt miseri mutatione loci neque paupertatis. Idem contra probat de contumeliis et contemptu; nota; nota; s. mortis

metum exuerit, in id nullius rei timor audebit intrare. Si cu
piditates libidinem non voluptatis causa homini datam, sed propagandi ge
neris, quem non violaverit hoc secretum et infixum visceribus ipsis
exitium, omnis alia cupiditas intacta preteribit. Non singula
vitia ratio sed pariter omnia prosternit in universum semel vincitur.
Ignominiam tu putas quemquam sapientem moveri posse qui omnia
in se reposuit, qui ab opinionibus secessit. Plus etiam quam ignomi
nia est mors ignominiosa. Socrates tamen eodem illo vultu quo
aliquando solus xxx tyrannos in ordinem redegerat carcerem intravit.
Ignominiam ipsi loco detracturus; neque enim poterat carcer videri
in quo Socrates erat. Quis usque eo ad conspiciendam veritatem
obcecatus est, ut ignominiam putet Marci Cathonis fuisse dupli
cem repulsam preture et consulatus repulsam. Ignominia illa pretu
re consulatus fuit quibus ex Cathone honor habebatur. Nemo ab alio conte
mnitur nisi a se contemptus est. Humilis et projectus animus sit isti contu
melie oportunus. Qui vero adversus sevissimos casus se extollit
et ea mala quibus alii opprimuntur evertit, ipsas miserias infularum
loco habet. Quia ita affecti sumus ut nichil eque magnam apud
nos admirationem occupet, quam homo fortiter miser. Ducebatur Athenis
ad supplicium Aristides, cui quisquis occurrerat deiciebat oculos et
ingemiscebat, non tamquam in hominem iustum sed tamquam in ipsam iustitiam
animadverteretur. Inventus est tamen qui in faciem eius inspueret. Poterat
moleste ferre quod sciebat neminem id ausurum puri oris. At
ille abstersit faciem subridens ait comitatum magistratum: Admo
ne istum ne postea tam improbe oscitet. Hoc fuit contumeliam ipsi
contumelie facere. Scio quosdam dicere contemptu nichil esse gravius, mor
tem ipsis potiorem videri. His ego respondebo et exilium sepe contempti
one omni caret. Si magnus vir cecidit magnus iacuit, non magis
illum contemni quam cum edium sacrarum ruine calcantur, quas religi
osi eque ut stantes adorant.

Quoniam meo nomine nichil habes, mater karissima, quod te
in infinitas lacrimas agat, sequitur ut cause tue te stimulent.
Sunt autem due. Nam aut illud te movet quod presidium aliquod vi
deris amisisse, aut illud quod desiderium ipsum per se pati non potes.
Prior pars michi leviter perstringenda est. Novi enim animum tuum
nichil in suis preter ipsos amantem. Viderint ille matres que pote
tiam liberorum muliebri impotentia exercent, que quia feminis honores

vel vicia

qui scilicet regebant Athenas

scilicet istud spuere non fuit contumelia Aristidi sed eis qui contumeliam talia faciebant

ipsum contemptum

De re amissa vel exule

scilicet liberis

non licet gerere per illos ambitiose sunt / que patrimonia filiorum et
exhauriunt et captant / que eloquentiam commodando aliis fatigant.
Tu liberorum tuorum bonis plurimum gavisa es minimum usa. tu li
beralitati nostre semper imposuisti modum / cum tue non imponeres. tu filia fa
milias locupletibus filiis ultro contulisti. tu patrimonia nostra sic admi
nistrasti etiam tamquam in tuis laborares tamquam alienis abstineres. Tu
gratie nostre tamquam alienis rebus pepercisti / et ex honoribus nostris nichil ad te
nisi voluptas et impensa pertinuit. Numquam indulgentia ad utilitatem
respexit. non potes itaque in erepto filio desiderare que incolu
mi numquam ad te pertinere duxisti /

Illo omnis consolatio michi vertenda est unde vera vis maternum
doloris oritur / ergo complexu filii carissimi careo non conspectu eius
non sermone fruor / ubi est ille quo viso tristem vultum relaxavi /
in quo omnes sollicitudines meas deposui. ubi colloquia quorum inex
plebilis eram / Ubi studia quibus libentius quam femina familiarius
quam mater intereram. Ubi ille occursus ubi matre visa semper puerilis
hilaritas. Adicis istis loca gratulationum et convictuum et ut necesse est
efficacissimas ad vexandos animos recentis conversationis notas. Nam hoc
quoque adversus te crudeliter fortuna molita est quod te ante tertium demum
diem quam percussus sum secura / nec quicquam tale metuentem aggredi vo
luit. bene nos longinquitas locorum diviserat. bene aliquot annorum ab
sentia huic te malo preparaverat. redisti non ut voluptatem ex fi
lio perciperes sed ut consuetudinem desiderii perderes. Si multo ante fuisses
fortius tulisses ipso intervallo desiderium molliente. Si non recessisses
ultimum certe fructum biduo diutius videndi filium tulisses. Nunc cru
dele fatum ita composuit ut nec fortune mee interesses nec absentie
assuesceres. Sed quanto ista duriora sunt tanto magis tibi virtus ad
vocanda est et velud cum hoste noto ac sepe iam victo acrius congre
diendum. non ex intacto corpore tuo sanguis hic fluxit per ipsas cica
trices percussa es. non est quod utaris excusatione nominis muliebris cui
pene concessum est immoderatum in lacrimas ius non inmensum tamen.
Et ideo maiores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt ut cum
pertinaciam muliebris meroris publica constitutione deciderent / non prohibuerunt
luctus / sed finierunt. Nam et infinito dolore cum aliquem ex carissimis amiseris
affici stulta indulgentia est et nullo inhumana duricia / Optimum inter pietatem
et rationem temperamentum est / et sentire desiderium et opprimere

Non est quod ad quasdam feminas respicias quarum tristiciam sel
sumptam mors finivit. Nosti quasdam que amissis filiis
imposita lugubria numquam exuerunt. A te plus exigit vita ab
initio fortior. Non potest muliebris excusatio contingere ei a qua
omnia vicia muliebria afuerunt. Non te maximum seculi malum
impudicicia in numerum plurium adduxit. Non gemme tibi non mar
garite non divitie velud maximum generis humani bonum fulserunt.
Non te bene in antiqua et severa instituta domo periculosa etiam
probis peiorum detorsit imitatio. Numquam te fecunditatis tue quasi
(ipsa fecunditas) exprobraret etatem puduit. Numquam more aliarum quibus omnis com-
datio ex forma petitur tumescentem uterum abscondisti quasi indecens
onus nec intra viscera tua conceptas spes liberorum elisisti.
non faciem lenociniis aut coloribus polluisti. Numquam tibi placuit
vestis que ad nichil aliud quam ut nudaret componeret. Unicum tibi
ornamentum pulcerrima et nulli obnoxia etati forma maximum
decus visa est pudicicia. Non potes itaque ad obtinendum dolorem
muliebre nomen pretendere. Ex quo te virtutes tue seduxerunt tantum
debes a feminarum lacrimis abesse quantum a viciis. Nec femine quidem
te sinent inthabescere vulneri tuo sed leviorem necessario merore cito de
(pro solo modo) functam iubebunt exurgere si modo illas intueri voles feminas quas
conspecta virtus inter magnos viros posuit. Cornelia ex duo
decim liberis ad duos fortuna redegerat. Si numerare funera
cornelie velles amiserat x. Si estimare amiserat grachos. Fle
tibus tamen circa se et fatum eius execrantibus interdixit ne fortunam ac
cusarent que sibi filios grachos dedisset. Ex hac femina debuit nasci
qui diceret in contione tu matri mee maledicas que me peperit.
multo videtur animosior vox matris. Filius magno extimabat grac
(vel matris) torum natales mater et funera. Rutilia cotta filium secuta est in
exilium et usque eo fuit indulgentia constricta ut mallet exilium pati
quam desiderium nec ante in patriam quam cum filio rediit. Eundem iam
reductum et in republica florentem tam fortiter amisit quam secuta est.
nec quisquam lacrimas eius post elatum filium notavit. In expul
so virtutem ostendit in amisso prudentiam. Nam et nichil illam a pietate
deterruit et nichil in stulticia supervacua stulticiaque detinuit. Cum
hiis te numerare feminis volo quarum vitam semper imitata es earum
in coercenda comprimendaque egritudine optime sequeris exem
plum. Scio rem non esse in nostra potestate nec ullum affectum

servire minime vero eum qui ex dolore nascitur. Ferox enim et adversus omne remedium contumax est. Volumus enim interim obruere et devorare gemitus. per ipsum tamen compositum fictumque vultum lacrime profunduntur. Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus aut illum inter ipsa quibus avocatur spectacula levis aliqua desiderii nota subruit. Ideo melius est vincere illum quam fallere. Nam qui delusus et voluptatibus ac occupationibus abductus est resurgit et ipsa quiete impetum ad seviendum colligit. At quisquis rationi cessit in perpetuum componitur.

Non sum itaque tibi illa monstraturus quibus usos multos esse scio ut peregrinatione te vel longa detineas vel amena demulceas ut rationum accipiendarum diligentia vel patrimonii administratione multum occupes temporis ut semper novo te aliquo negotio implices. omnia ista ad exiguum momentum prosunt nec remedia doloris sed impedimenta sunt. Ego autem malo illum desinere quam decipi. Itaque illo te duco quo omnibus qui fortunam fugiunt confugiendum est ad liberalia studia. illa sanabunt vulnus tuum illa omnem tristiciam tibi evellent. His et si numquam assuevisses nunc utendum erat. Sed quantum tibi patris mei antiquus rigor permisit omnes bonas artes non quidem comprehendisti. attigisti tamen. Utinam quidem virorum optimus pater meus minus maiorum consuetudini deditus voluisset te sapientium preceptis erudiri potius quam imbui. non parandum tibi nunc contra fortunam esset auxilium sed proferendum. Propter istas que literis non ad sapientiam utuntur sed ad luxuriam instruuntur minus enim indulgere studiis passus est. Beneficio tamen rapacis ingenii plus quam pro tempore hausisti. iacta sunt disciplinarum omnium fundamenta. nunc ad illas revertere tutam te prestabunt. Ille consolabuntur ille delectabunt ille si bona fide animum tuum intraverint numquam amplius intrabit dolor numquam sollicitudo numquam afflictionis irrite supervacua vexatio. nullis horum patebit pectus tuum. Nam ceteris viciis iam pridem clausum est.

Hec quidem certissima presidia sunt et que sola te fortune eripere possint. Sed quia dum in illum portum quem tibi studia promittunt pervenis adminiculis quibus innitaris opus est. Volo et interim solacia tua tibi ostendere. Respice fratres meos quibus salvis fas tibi non est accusare fortunam. In utroque habes quod te diversa virtute delectet. alter honores industria consecutus est alter sapienter contempsit

acquiesce alterius filii dignitate alterius quiete, et utriusque pie-
tate. Nosti fratrum meorum intimos affectus. alter in hoc digni-
tatem extollit ut tibi ornamento sit alter in hoc se ad tranquilla
quietamque vitam recepit ut tibi vacet. Bene liberos tuos et in au-
xilium et in oblectamentum fortuna disposuit. poteris alterius digni-
tate defendi alterius otio frui. certabunt in te officiis et unius
desiderium duorum pietate supplebitur. Audacter possum promittere
nichil tibi deerit preter numerum. ab hiis. ad nepotes quoque respice. M
blandissimum puerorum ad cuius conspectum nulla potest durare tristicia.
nichil tam magnum nichil tam recens in cuiusquam pectore fuit quod
non circumfusus ille permulceat. cuius non lacrimas illius hilaritas
supprimat cuius non contractum sollicitudine animum illius argutie sol-
vant. quem non in iocos vocabit illa lascivia. quem non in se conver-
tet et abducat infixum cogitationibus illa neminem satiatura garru-
litas .... Deos oro contingat hunc habere nobis superstitem. in
me omnis fatorum crudelitas lassata consistat. quicquid matri dolen-
dum fuit in me transierit. floreat reliqua in suo statu turba.
nichil de orbitate nichil de condicione mea querar. fuerim tantum
nichil amplius doliture domus piamentum. Tene in gremio tuo
cito tibi daturam pronepotes Novatillam quam sic in me transtuleram
sic michi ascripseram ut sibi posset videri quod me amisit. quamvis sal-
vo patre pupilla. hanc et pro me dilige. Abstulit illi nuper fortuna
matrem. tua potest efficere pietas ut perdidisse matrem doleat tantum
non sentiat. nunc mores eius compone nunc forma. altius pre-
cepta descendunt que teneris imprimuntur etatibus. tuis assuescat
sermonibus. ad tuum formetur arbitrium. multum sibi dabis etiam si nichil
dederis preter exemplum. Hoc iam tibi solenne officium pro (doloris) remedio e-
rit. non potest animum pie dolentem a solitudine a sollicitudine avertere
nisi aut ratio aut honesta occupatio. Numerarem inter magna sola-
cia patrem quoque tuum nisi abesset. nunc tamen ex affectu tuo quid
illius intersit cogita. intelliges quanto iustius sit te illi servari
quam michi impendi. Quotiens te immodica vis doloris invaserit
et sequi te iubebit patrem cogita. tu quidem tot nepotes pronepo-
tesque dando fecisti ne unica esses. consummatio tamen etatis acte feli-
citer in te vertitur. Illo vivo nephas est te quod vixeris queri. ¶

Maximum adhuc solatium tuum tacueram. Sororem tuam
illud fidelissimum pectus tibi in quo omnes cure tue pro indi-
uiso trasferuntur illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac
tu lacrimas tuas miscuisti. In huiusmodi primum respirasti. Illa
quidem affectus tuos semper sequitur. In mea tamen persona non tantum pro te
dolet. Illius manibus in urbem prolatus sum. Illius pio mater-
no nutricio per longum tempus eger conualui. Illa pro questura mea
gratiam suam extendit. Et que nec sermonis quidem aut praue sa-
lutationis sustinuit audaciam pro me uicit indulgentia uerecundiam.
Nichil illi seductum uite genus nichil modestia etiam in tanta feminarum
petulantia nichil quies nichil secreti et ad otium repositi mores ob-
stiterunt quominus pro me etiam ambitiosa fieret. Hoc est mater ka-
rissima solatium quo reficiaris. Illi quantum potes te iunge illius artissimis
amplexibus alligata. Solent merentes ea que maxime diligunt
fugere et libertatem dolori suo querere. Tu ad illam te et quicquid
cogitaueris confer siue seruare habitum illum uoles siue deponere
apud illam inuenies uel finem dolori tuo uel comitem. Sed si prudentiam
perfectissime femine noui non patietur te nichil profuturo merore con-
sumi et exemplum tibi suum cuius ego etiam spectator fui narrabit.
Vnum uirum amiserat auunculum nostrum cui uirgo nupserat et in ipsa
quidem nauigatione. Tulit tamen eodem tempore et luctum et metum euictisque
tempestatibus corpus eius naufraga euexit. O quam multarum egre-
gia opera in obscuro iacent. Sed si adhuc illa simplex admirandis
uirtutibus contigisset antiquitas quanto ingeniorum certamine celebraretur
uxor que oblita imbecillitatis oblita etiam metuendi firmissimis
maris caput suum periculis pro sepultura obiecit et dum cogitat
de uiri funere nichil de suo timet. Nobilitatur carminibus que se pro
coniuge uicariam dedit. Hoc amplius est discrimine uite sepulcrum
uiro querere. Maior est amor qui pari periculo minus rede- (i. quo minus redimit est sepulcrum quam vita mariti)
mit. Post hoc nemo miratur quod per xvi annos quibus egyptum
maritus eius obtinuit numquam in publico conspecta est. Nemi-
nem prouincialem in domum suam admisit. nichil a viro petit. nichil
a se peti passa est. Itaque loquax etiam ingeniosa in contumelias
prefectorum prouincia in qua etiam qui uitauerant culpam non effu-
gerunt infamiam uelud unicum sanctitatis exemplum suspexit. Et
quod illi difficillimum est cui etiam periculosi sales placent omnem (i. iocose detractiones)

veteris licentie continuit et hodie similem sibi quamvis nunquam speret (no oblongo de spe)
semper optat. Multum erat si per XVI annos illam provinciam pro-
basset, plus est quod ignoravit. Hec non ideo refero ut laudes eius
exequar quas circumscribere parum est quam partem transcurrere.
Sed ut intelligas magni animi esse feminam quam non ambitio non
avaritia comites omnis potentie et pestes vicerunt, non metus mor-
tis eam exarmatam navi naufragium suum spectantem deterruit
s. e mortuo — quominus exanimi viro herens non quereret quemadmodum inde ex-
iret sed quemadmodum efferret. Huic parem virtutem exhibeas oportet
et animum a luctu recipias et id agas ne quis te putet partus tui
penitere. Ceterumque necesse est cum omnia feceris cogitationes tamen
tuas subinde ad me recurrere, nec quemquam nunc ex liberis tuis
frequentius tibi observari, non quia illi minus cari sunt, sed quia naturale est
manum sepius ad id deferre quod doleat. Qualem autem me cogites
accipe letum et alacrem velud optimis rebus. Sunt autem optime
s. a quibus — quoniam animus omnis cogitationis expers operibus suis vacat et modo
s. al. obiectat — se levioribus studiis oblectat, modo ad considerandam suam universique
naturam veri avidus insurgit. Terras primum situmque earum querit,
deinde condicionem circumfusi maris cursusque eius alternos et re-
cursus, tunc quicquid inter celum terrasque plenum formidinis interiacet
perspicit et hoc tonitruis fulminibus ventorum flatibus ac nimborum
nivisque et grandinis iactu et tumultuosum spatium. Tunc peragra-
tis humilioribus ad summa prorumpit et pulcherrimo divinorum spe-
ctaculo fruitur eternitatis sue memor in omne quod fuit fu-
turumque est vadit omnibus seculis.

Explicit liber Senece de consolatione ad Albinam matrem suam.
Deo gratias.

Incipit liber Lucii Annei Senece de moribus sive de salubribus
preceptis. Rubrica.

Omne peccatum est actio, actio autem omnis quod voluntari-
um est, tam honesta res quam turpis. Ergo voluntarium
est omne peccatum. Tolle excusationes: nemo peccat (s. al. [illegible])
invitus. Educatio et disciplina mores facit et id sa-
pit unusquisque quod didicit. Itaque bona consuetudo
excutere debet quod mala instruxit. Bene debet loqui, bene
debet facere. Nichil interest quo animo facias, quod vitiosum est.

scripsisse / Cuius facta tacent animus non non videt / Nulla enim
laus est non facere quod facere non possis. Quod et minimissimi
homini alter homo. libenter ferat quod necesse est / dolor patientia
vincit. Expectu quod te nusquam peniteat. nusquam pluribus placeas sed
qualibus stude / In hoc tamen intende ut libentius audias quam loquaris.
Insulares vitam differentes mores mentis prevenit / Itaque omne diem
velud ultimum iudicatus est. Tristicia si potes non admiseris / si minus
omnibus ne ostenderis / Amicos in secreto mone / palam autem lauda.
Verba rebus non personis estimanda sunt. Oratorem te puta si tibi ipsi
ante omne quod oportet persuaseris / Ut lecticiosa mancipia animi im
perio coherce linguam / ventrem libidinemque. Quod tacitum velis nemini
dixeris / Si tibi ipsi non imperasti. quomodo ab alio silentium sperares.
Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam suam perdere / Monstro
similis est avaricia senibus / Quod enim stultius est ut dici solet quam via
deficiente augere viaticum / Omnes infantes terra nudos suscipit. al. excepit
Non te pudet sordidius vivere quam nasci. Quid est dulcius quam habere al. fortius nasci quam vivere
amicum cum quo omnia sicut tecum audeas loqui / Bernardus. Quando est
cum diligentia caro invictus amicus. est enim alter ego / Quid stultius
est quicquid habeatis. Magnanimi virtutis est negligere ledentem / A
mici iniuria nisi ferat facias tuam / Amicus caro acquirit sed cito dimittitur.
Amare iuvenum fructus est / et crimen senum / Non enim felix es si non
te turba deriserit / Si beatus vis esse cogita hoc primum contemnere / con
temni ab eisdem Prius quam promittas deliberes / et cum promiseris facias.
Id agas ut ne quis merito tuo te oderit. Et si nullos minimos
tibi facit iniurias multos facit invidia. Quis miserior est quam qui nul
lum habet invidum / Sola miseria caret invidia / Solitudinem querit qui
vult cum innocentibus vivere / Optimus animus et pulcerrimus dei cultor
est / Abstinebis alieno matrimonio. Prestabis parentibus pietatem
cognatis indulgentiam amicis fidem omnibus equitatem / Devitabis
crudelitatem et iniustam crudelitatis iram. Non vives aliter in solitu
dine aliter in foro. Nil petas quod negaturus fuisti. Nil neges quod
petiturus fuisti. Pacem habebis cum hominibus bellum cum viciis.
Hoc habet omnis affectus ut in id in quo ipse insanit in idem putet
ceteros furere. Maximum in eo vicium est quod non vult melioribus placere
sed plurimis / Vis omnibus esse notus prius effice te ut neminem
noveris / Bonum est non laudari velle sed pastumus est esse

Male de te opinantur homines / bene autem loqui nesciunt / fari senant
non quod merear / sed quod solent / Ipsi homines de te loquuntur male
si merito non quod loquuntur molestum sit / sed quod non merito
si immerito innocentie mee michi maximo gaudio / ~~[illegible]~~ etc

non | laudabilem / Morieris. Stultum est timere quod vitare non possis.
Male de te opinantur homines, sed mali / Malis displicere est laudari.
/ Mala de te loquuntur homines / bene autem loqui nesciunt / faciunt quod
non mereris / sed quod solent ipsi homines / Molestum est si quid metuunt.
Si immerito meo moriente putant maxime gaudeo / apparet autem illos
necem obiecturos / si possent / Non est in patria, patria est ubicumque est
bene / illud enim per quod bene est non in loco sed in homine. Nichil magnum
·l· al(iter): non animo magna despiciens | est in rebus humanis nisi magno animo despicias / Que sunt
non | magne divitie? non desiderare divicias. Quis plurimum habet? qui
minimum cupit. Illud est dare beneficium deo / deum imitari. Honestius
est cum iudicaveris amare quam cum amaveris iudicare. Dissensio ab
alio incipiat, a te autem reconciliatio / Succurre paupertati amicorum ymo
·al· ymo succurre amicis | occurre. Amicos secunde res optime parant / adverse certissime probant.
Peiora sunt tecta odia quam aperta / Itaque te minus loquax inimicus
·al· demonstrat | offendit quam tacitus / Huius enim ira se denudat, illius querit ad nocendum
occasionem / mira racio est que non vult predicari quod gaudet intel-
·al· agit | ligi / Agnosci amat quam quod odit ostendit / Elemosina non tam acci-
pientibus prodest quam dantibus / Operis precium solacium sit laborum.
/ Que est maxima egestas? avaritia / Pecunie imperare oportet non servire.
Nulla consilium pectoris tuorum magis timueris quam tempus / cetera et po-
non | tes effugere, te autem nusquam. Quis est pauper? qui sibi pauper videtur.
/ Qui a multis timetur multos timet / Infelicitatem erige, submitte fe-
·vel· nunquam te infelicitas [?] invenerit penitebit [?] | licitatem / Vera felicitas innocentia est / Nequicia ipsa sui pena est. | ·al· in[?]
Mala conscientia sepe tuta est, secura non numquam / Libidinis vicia contempnes
non | si exitum cogitaveris. Beneficium accepti meminisse oportet, oblivisci dati
protinus / Inhonesta victoria est suos vincere / Satis penarum est
potuisse puniri / Inimicicias tarde suscipe, amicicias moderate
exerce / Omnes vanitates depone. Ymago animi sermo est. Nemi-
nem cito laudaveris, neminem cito accusaveris, sed semper puta te
non | cum hiis testimonium dicere. Vicium est omnia credere, vicium est
nichil credere. Utendum est diviciis non abutendum / Sic vive ne
a superioribus condempneris nec ab inferioribus timearis. Nullum
putaveris locum sine teste. Excusationem querere vicium est, sed omnia
ad deum derelinquere, qui omnibus dat vitam / Et quotiens du-
bitaveris an ipsa a te eripienda sit vita, exora deum pro tempore ipso.
/ quam data eripi potest, erepta reddi non potest / Fortior est qui
cupiditatem vincit quam qui hostem subvertit. Est enim difficilli-
Qualis vir talis eius oratio / Magna res est vocis et silencii temperamentum / Qui equo
animo malis insistit? malus est / Neminem cito l(audaveris) etc.

mum semper vincere / Bene inique irascit / qui sine irascitur
absque dolore / Amare sic incipe tamquam non liceat desinere / Ma-
gnarum rerum etiam si successus non affuerit honestus est ipse conatus. ./ al. et nobilitas corporis prudentia mentis
Nobilitas animi generositas est sensus / Nobilitas hominis generosus
est animus / Honestior est qui ad otium senectutem retulit / quam qui oti-
um per desidiam invenit / et tunc laborare incipiat / Turpe prebere specta-
culum eger animus / Numquam tristis sis / si tibi ipsi commode vixeris / Di-
cas homo sum quo devitabo studiis rerum invidia / Si felicitate ca-
ctiveris cum multis dives eris. Numquam potentiam optime tuebor in
potentia quia potentia occasionis locum tenet / Invitatio proximi
verecundia / et peccati confessio. Ubi confessio ibi remissio. Prima securitas ./ al. abolicio / al. iure
est criminis abnutio / Bonus iudex est qui novit dispensare non tantum semper in vicio est
quod damnandum est / sed quatenus. Prima est primus modus iustitie se-
veritas. Quietissima vitam ageret homines in terra si hec duo verba
a natura rerum omnino tollerentur / meum et tuum / Qui paupertatem timet timen-
dus est / Vires tuas amici magis beneficiis sentiant quam inimici.
Pecunia non satiat avaritiam / sed irritat. Ideoque semper indiget / Pecu-
nia si tibi est eius usura morbus est / Michi crede non potest esse di-
ves et felix / Auribus frequentius quam lingua utere. Quicquid di-
cturus es / ante quam aliis tibi dicito / Nichil interest inter insanum et
iratum nisi unus dies. Alter semper insanit / alter interdum irascitur.
Facillime bonus fueris si evitaveris que tu vituperabis. Cum alios
timueris tempore maxime vereare / Nam sine aliis sepe esse poteris
sine te numquam. Si bene te instruxeris / pudeat te deteriora facere.
Quod persuaseris erit diutinum. Quod gratis erit in occasione. Alteri ./ al. ingeris
semper ignoscito / tibi ipsi numquam. Tantum ad virtutem adiceres quantum
ex voluntate abstraxeris / Stultum est somno delectari mortem horre-
re cum somnus assiduus sit mortis imitatio / Bonis nocet qui malis
parcit / Si fatum est quid / quid times quod certum est / Nichil tur-
pius est quam obiurgatio in obiciente agnoscit passionem / Multi cum aliis
maledicunt / sibi ipsis convicium faciunt / Ut licentiosa mancipia animi in
pretio redige linguam ventrem libidinem cupiditatemque opprime.
Si non potes paululum remitte / Sepe ea que sanari ratione non
poterant sanata sunt tempore. Cum per pectus amorem et libidinem moritur
ostendit se numquam causa invisse sui / Dignus tibi sit cura quo

peccare te pudeat / Adolescentem si femineis te adornaveris iniuriam facere cogitas / Si viris adornaveris accipe quod non insolenter felicitatem fateris / quod non fecisses nisi tibi divinitus esset inspiratum / Turpia ne dixeris Paulatim enim pudor rerum per verba discutitur / Sic habita ut potius dominum laudet quam domum / Consuetudinaria res innocentia / et invicta ab eo recedit / cum quo diutius mansit Non dampnatio sed causa hominem turpem facit / Merito dampnatio immerito dampnata est calamitas / Si aliquid cogitaveris cito apparebit conversantibus tecum / Ubique tantus esto vis videri ab hominibus ut non / Numquam bone honestatis est similitudo longa Quid de te alienis mentibus tractas ex tuis iudices Multi sunt obligandi pauci sunt offendendi Ita memoria beneficiorum fragilis est / iniuriarum tenax / Obiurgationi semper aliquid blande commisce Facilius enim penetrant verba / que mollia vadunt via / quam que aspera Nemo se mutat qui se mutari desperat / Quotiens scribens aliquid es dicturus scito te mores tuos hominibus cyrographum esse daturum / Qui in servos suos irascitur et crudelis est satis ostendit potestatem adversus alienos sibi defuisse Qui nescit tacere nescit loqui Non quicquid improbi merentur id probi debent dicere / Longa vita bonis optabilis est / Optabilibus bonis fruitur bona conscientia / A malis hominibus utilissimum est cito fugere / Nulla pusilla domus que amicos multos capit / Facilius est pauperi contemptum effugere quam diviti invidiam / Scire uti paupertate magna felicitas est Acuit animum intentio arcum retensio non sagittandi / frangit animum remissio / Numquam scelus scelere vincendum est Bonus vir est qui eo usque pervenit affectu animi / ut non tantum peccare nolit sed etiam non possit Satius est libertatis superstitem esse quam libertatis / Regnantibus peius multo periculum est / quam hiis qui iudicantur / ~~Hii enim singulos timent~~ Hii enim singulos timent / illi universos Numquid fortis se fortem gloriatur quem corporis egritudo efficit infirmum Numquid dives in opibus suis gloriatur se cum sepe fur ut tyrannus accipit Numquid nobilitate gloriabitur effecta / nonnumquam indignis et miserabilioribus serviens /

Si viris adornaveris accipe non est quod insolenter felicitatem fateris non quod fecisses tibi inspiratum

Non

al. facilius enim penetrant verba que mollia vadunt quam que aspera

al. non dicendum est

Cum sepe al. quem

Lucii Annei Senece de Naturalibus questionibus liber primus

Quantum inter philosophiam interest lucilli virorum
optime / et ceteras artes tantum interesse existimo in ipsa
philosophia inter illam partem que ad homines et hanc que
ad deos pertinet / altior est hec et animosior. Multum
permisit sibi non fuit oculis contenta / maius esse quiddam
suspicata est et pulcrius quod extra conspectum natura posuisset. Deni-
que inter duas / interest quantum inter deum et hominem. Altera docet
quid in terris agendum sit / altera quid agatur in celo / Alteram erro-
res nostros discutit / et lumen admovet / quo discernat ambigua vite.
Altera caliginem in qua voluptatem excedit / et e tenebris ereptos
perducit illo unde lucet. Et quidem tunc rerum gratias ago cum illa
ab hac parte video / que publica est / sed cum secretiora intravi / cum
disco que universi materia sit / quis auctor sit aut custos. Quid sit
deus / totus in se intendat. an et ad nos aliquando respiciat. faciat
cottidie aliquid / an semel fecerit / pars mundi sit / an mundus /
liceat illi hodieque decernere / et ex lege fatorum aliquid derogare. An
maiestatis diminutio sit et confessio erroris. mutanda fecisse. Necesse
est enim eadem placere / cui nisi optima placere non possunt / Nec ob hoc minus
liber est et potens. Ipse enim est necessitas sua / nisi ad hec admitterer
non fuerat nasci. Quid enim erat / cur in numero viventium me positum
esse gauderem. An ut cibos et potiones percolarem ut hoc corpus causa-
rium ac fluidum periturumque nisi subinde impleatur farcirem et viverem
egri minister / Ut mortem timerem cui uni omnes nascimur. Detrahe
hoc inestimabile bonum non est vita tanti ut sudem ut estuem. O
quam contempta res est homo nisi supra humana se erexerit / Quamdiu cum
affectibus colluctamur quid magnifici facimus? Etiam si superiores su-
mus portenta vincimus. Quid est cur suspiciamus nos metipsos
quia dissimiles deterrimis sumus. Non video quare sibi placeat qui
robustior est in valitudinario. Multum interest inter vires et bonam va-
litudinem. Effugisti vicia animi / non est tibi frons ficta nec in alie-
nam voluntatem sermo compositus. nec cor involutum / nec avaricia
que quicquid omnibus abstulit ipsa sibi negat. Nec luxuria pe-
cuniam turpius amittens quam reparet. Nec ambitio que te ad
dignitatem nisi per indigna non ducet. Nichil adhuc consecutus
es multa effugisti / te non dum. Virtus enim ista quam affectamus

no magnifica est / non quia per se bona est / malo caruisse sed quia
animum laxat / ac preparat ad cognitionem celestium dignumque efficit
qui in consortium dei veniat / Tunc consummatum habet plenumque bonum
sortis humane cum omni malo calcato petit altum et in interiorem
nature sinum venit / Tunc iuvat inter ipsa sydera vagantem divitum
pavimenta ridere / et totam cum auro suo terram non illo tantum dico quod egessit
et signandum monete dedit sed et illo quod in occulto servat
posterorum avaricie / Nec potest ante contempnere porticus et lacuna
ria ebore fulgentia / et tonsiles silvas / et derivata in domos flu
mina / quam totum circuieat mundum / et terrarum orbem superne despici
ens angustum et magna ex parte opertum mari / etiam ea parte qua
extat late squalidum / et aut ustum aut rigentem sibi ipse ait hoc
est illud punctum quod inter tot gentes ferro / et igne dividitur.
O quam ridiculi sunt mortalium termini / ultra histrum dacus non ex
· flumen est eat / Istrimum samotraces includat. parthis obstet eufrates.
danubius sarmatica / ac romana disterminet / Renus germanie
modum faciat / pireneus medium inter galias / et hyspanias iugum
extollat. inter egyptum et ethiopes arenarum multa vastitas iaceat.
Si quis formicis det intellectum hominis. nonne et ille unam aream
in multas provincias dividet. Certe si illam vere magna sustuleris
quotiens videbis exercitus sub multis ire vexillis et quasi magnum
aliquid agatur. equitem modo ulteriora explorantem modo a late
ribus affusum libebit dicere. It nigrum campis agmen formicarum
iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis et nobis inter
est / nisi exigui mensura corpusculi. Punctum est istud in quo na
no vigatis in quo bellatis in quo regnatis. potius etiam minima
cum illis utrimque oceanus incurrit. Sursum ingentia spatia
sunt in quorum possessionem animus admittitur. Et ita si secum minimum ex
no corpore tulit. si sordidum esse detersit et expeditus levisque ac con
tentus modico emicuit / cum illa tetigit alitur crescit ac vincu
lis liberatus in originem redit. Et hoc habet argumentum divinitatis sue
quod illum divina delectant nec ut alienis sed interest ut suis. Secure
spectat occasus sydrum atque ortus et tam diversas concordantium vi
as. Observat ubi quaque stella primum terris lumen ostendat ubi cursus
eius summat quo cursus sit quousque descendat. Curiosus spe
ctator excutit singula et querat. Quidni querat. Scit illa ad se

no pertinere. Tunc contemnit domicilii prioris angustias. Quantum
enim est quod ab ultimis litoribus Hispanie usque ad Indos iacet?
Paucissimorum dierum spatium, si navem suus ventus implevit. At
illa regio celestis per annos xxx velocissimo syderi viam prestat
nusquam resistenti sed equaliter cito. Illic demum discit quod diu
no quesivit. Illic incipit deum nosse. Quid est deus? Mens universi.
Quid est deus? Quod vides totum et quod non vides totum. Sic magnitudo
sua illi redditur qua nichil maius excogitari potest. Si solus est
omnia opus suum et extra et intra tenet. Quid igitur interest inter
naturam dei et nostram? Nostri melior pars animus est. In illo nulla pars extra
animum est. Totus ratio est. Cum interim tantus error mortalia teneat
ut hoc quo neque formosius est quicquam nec dispositius nec in proposito
constantius existiment homines fortuitum et casu volubile ideoque tumul-
tuosum inter fulmina nubes et tempestates et cetera quibus terre ac
terris vicina pulsantur. Nec hec intra vulgum dementia est sed sapi-
entiam quoque professos contingit. Sunt qui putant sibi ipsis animum esse
et quidem providum et dispensantem singula et sua et aliena. Hoc
autem universum in quo nos ipsi quoque sumus expers esse consilii aut ferri
temeritate quadam aut natura nesciente quid faciat. Quam utile
existimas ista cognoscere et rebus terminos ponere? Quantum deus possit,
materiam ipse sibi formet an data utatur, utrum ydea materie prius superveniat
an materia ydee, deus quicquid vult efficiat an multis rebus illum
tractanda destituant et a magno artifice prave formentur multa,
non quia cessat ars sed quia id in quo exercetur sepe inobsequens
arti est. Hec inspicere, hec discere, hiis incubare nonne transilire est
mortalitatem suam et in meliorem transcribi sortem? Quid tibi inquis
ista proderunt? Si nichil aliud hoc certe: sciam omnia angusta esse. Sed
hec deinde mensus. -

In principio huius operis de officiis videndum est quid sit genus huius artis, que species, que partes, quid sit officium, et quis finis, [illegible] que materia
que utilitas et quis effectus. Genus artis est ethica, et dicitur ethica a [illegible] / Species sunt honestas et utilitas. [illegible]
totum ethicam. Nam Socrates sic diffinivit: ethica est que docet quid sit agendum [illegible] in vita [illegible]. Socrates enim [illegible]
moralem repperit et eam [illegible] docuit [illegible] in scriptura [illegible] Malo [illegible]
[illegible] et scribere in pellibus [illegible]. Multi [illegible] Plato enim libros
de [illegible] Aristoteles x libros ethicorum scripsit. Deinde Theofrastus philosophus [illegible]
et [illegible] in multis [illegible] Autor vero ipse Cicero volens ethicam scribere [illegible] officia filio
[illegible] in quibus ethica [illegible] Partes vero sunt [illegible] duplex honesti [illegible] utile [illegible] et [illegible]
[illegible] Officium est nichil dicere neque facere cum ratione probabilem reddere non possis. Vel officium est sermo vel cogitatio vel
[illegible] Officium est virtus purgatoria [illegible]
[illegible] ab honestate [illegible] vel ut diffinit [illegible] secundum mores et [illegible] civitatis [illegible]
non [illegible] vel officium est [illegible] artis [illegible] Officium autem est [illegible] et multiplex [illegible] Aliquis [illegible]
[illegible] secundum mores [illegible] finis est honestas et utilitas
[illegible] honestate et utilitate [illegible] illud [illegible]
[illegible] utilitas est magna [illegible]
[illegible] et docens [illegible]
[illegible] Athenis studebat sub magno Cratippo philosopho utilitatem et bonos mores [illegible] naturalis
[illegible] affectio erga filios [illegible] ad utilitatem et commodum [illegible] Tractandi modus [illegible]
[illegible] officia ab honestate [illegible] ab utilitate [illegible] collipuus [illegible]
[illegible] autor stoycus [illegible] Theofrastus [illegible]
[illegible] et hic autor. Effectus est [illegible] in [illegible] libro [illegible]
[illegible] vitare [illegible]
[illegible] utilitatem [illegible] et honestatem ad cardinalibus et theologicis virtutibus amplecti

Excellunt cunctos hii libros philozophorum
libri quos fecit tres tullius officiorum

Liber Tulii de officiis

Quamquam te marce fili annum iam au- 1
dientem Cratippum idque athenis
abundare oportet in preceptis institutisque phi-
lozophie propter summam et doctoris auctoritatem et
urbis quorum alter te scientia augere potest altera
exemplis tamen ut ego ipse ad meam utilitatem semper cum grecis 2
latina coniunxi neque id in philozophia solum sed etiam in dicendi ex-
ercitatione feci idem tibi censeo faciendum ut par sis in utriusque
orationis facultate. Quam quidem ad rem nos ut videmur magnum attu- 3
limus adiumentum hominibus nostris ut non modo grecarum litterarum
rudes sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos et ad dicendum
et ad iudicandum. Quamobrem disces tu quidem a principe huius etatis 4
philozophorum et disces quamdiu voles tamdiu autem velle debebis
quo ad te quantum proficias non penitebit. Sed tamen nostra legens non multum 5
a perypatheticis dissidentia quoniam utrique Socratici et platonici esse
volumus de rebus ipsis utere tuo iudicio nichil enim impedio.
Orationem autem latinam profecto legendis nostris efficies pleniorem 6
Nec vero hoc arroganter dictum existimari velis. Nam philozo- 7
phandi scientiam concedens multis quod est oratoris proprium apte
distincte ornate dicere quoniam in eo studio etatem consumpsimus si id
michi assumo videor id meo iure quodam modo vendicare. Quamobrem 8
magnopere te hortor mi cicero ut non solum orationes meas sed hos
etiam de philozophia libros qui iam illis fere equarunt studiose legas.
Vis enim maior est in illis dicendi. Sed hoc quoque colendum est equa-
bile et temperatum orationis genus. Et id quidem nemini video gre-
corum adhuc contigisse ut idem in utroque genere laborasset seque-
tur que et illud forense dicendi et hoc quietum disputandi genus
nisi forte demetrius phalereus in hoc numero haberi potest dispu-
tator subtilis orator parum vehemens dulcis tamen ut theophrasti
discipulum possis agnoscere. Nos autem quantum in utroque profecerimus
aliorum sit iudicium utrumque certe secuti sumus. Et quidem et platonem 9
existimo si genus forense dicendi tractare voluisset gravissime
et copiosissime potuisse dicere et Demosthenem si illa que a platone

didicerat tenuisset et pronunciare voluisset ornate splendideque
10 facere potuisset / eodemque modo de Aristotile et Ysocrate iudico
quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum / Sed cum sta
tuissem scribere ad te aliquid hoc tempore multa posthac ab eo ordiri
maxime volui quod et etati tue esset aptissimum et auctoritati mee
11 Nam cum multa sint in philosophia gravia et utilia accurate
copioseque a philosophis disputata latissime patere videntur ea que de offi
12 ciis tradita et confirmata sunt Nulla enim pars vite neque publicis
neque privatis neque forensibus neque domesticis in rebus neque si
tecum agas quid neque si cum altero contrahas vacare officio potest
in eoque colendo sita vite est omnis honestas et negligendo turpitudo
Atque hec quidem questio communis est omnium philosophorum Quis enim est qui nullis
13 officii preceptis tradendis philosophum se audeat dicere Sed sunt nonnulle
discipline que propositis bonorum et malorum finibus officium omne pu
tant Nam qui summum bonum sic instituit ut nichil habeat cum virtute
coniunctum idque suis comodis non honestate metitur hic si sibi ipse consen
tiat et non interdum nature bonitate vincatur neque amiciciam colere possit
nec iusticiam nec liberalitatem fortis vero dolorem summum malum iudicans
aut temperans voluptatem summum bonum statuens esse certe nullo potest
modo que quamquam ita sint in promptu ut res disputacione non egeret
tamen sunt a nobis alio loco disputata Hee igitur discipline si sibi consen
tanee velint esse de officio nichil queant dicere neque ulla precepta
officii firma stabilia coniuncta nature tradi possunt nisi aut ab hiis
qui solam aut ab hiis qui maxime honestatem propter se dicunt expetendam
15 Itaque propria est ea preceptio stoycorum achademicorum peripatheticorum quoniam A
ristonis pirronis herilli iam quidem explosa sentencia est qui tamen haberent
ius suum disputandi de officio si rerum aliquem delectum reliquissent
16 ut ad officii invencionem aditus esset Sequimur igitur hoc quidem tempore et hac
in questione potissimum stoycos non ut interpretes sed ut solemus e fon
tibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum quoque modo videbitur hauri
emus Placet igitur quoniam omnis disputacio de officio futura est ante
diffinire quid sit officium quod a Panetio pretermissum esse miror Omnis
enim que a racione suscipitur de aliqua re institutio debet a diffi

intione proficisci ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. Omnis de officio duplex est questio. Unum genus est quod pertinet ad finem bonorum. Alterum quod positum est in preceptis quibus in omnem partem usus vite conformari possit. Superioris generis huiusmodi exempla sunt. Omniane officia perfecta sint. Numquid officium aliud alio maius sit. Et que sint generis eiusdem. Quorum autem officiorum precepta traduntur ea quamquam pertinent ad finem bonorum tamen minus id apparet quia magis ad institutionem vite communis spectare videntur. De quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia divisio est officii. Nam et medium quoddam officium dicitur et perfectum. Perfectum officium ut opinor rectum vocemus quod greci catorthoma. Hoc autem commune officium vocant. Atque ea sic definiunt ut rectum quod sit id officium perfectum esse definiant. Medium autem officium id esse dicunt quod cur factum sit ratio probabilis reddi possit. Triplex igitur est ut Panetio videtur consilii capiendi deliberatio. Nam aut honestumne factu sit an turpe dubitant id quod in deliberationem cadit. In quo considerando sepe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem aut inquirunt aut consultant ad vite commoditatem iocunditatemque ad facultates rerum atque copias ad opes ad potentias quibus et se possint iuvare et suos conducat id necne de quo deliberant. Que deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est cum pugnare videtur cum honesto id quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere honestas contra revocare ad se videtur fit ut distrahatur animus in deliberando afferatque ancipitem curam cogitandi. Hac divisione cum preterire aliquid maximum vitium in dividendo sit duo sunt pretermissa. Nec enim solum utrum honestum an turpe sit deliberari solet sed etiam duobus propositis honestis utrum honestius. Itemque duobus propositis utilibus utrum utilius. Ita quam ille triplicem putavit esse rationem in quinque partes distribui debere reperitur. Primum igitur est de honesto sed dupliciter. Tum pari ratione de utili. Post de comparatione eorum disserendum.

Principio generi animantium omni est a natura attributum ut se vitam corpusque tueatur declinetque ea que nocitura videantur omniaque que sint ad vivendum necessaria anquirat et paret ut pastum ut latibula et alia generis eiusdem. Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa et cura quedam eorum que procreata sint. Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest quod hec tantum quantum sensu movetur ad id solum quod adest quodque presens est se acco-

modat paululum ad modum sentiens preteritum aut futurum. Homo autem quia quoniam rationis est particeps per quam consequentia cernit causas rerum videt earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat similitudines comparat rebusque presentibus adiungit atque annectit futuras facile totius vite cursum videt ad eamque degendam preparat res necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vite societatem. Ingeneratque in primis precipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt impellitque ut hominum cetus et celebrationes velit interesse et obediri. Ob easque causas studeat parare ea que suppeditat et ad cultum et ad victum nec sibi soli sed coniugi liberis ceterisque quos caros habeat tuerique debeat. Que cura exsuscitat etiam animos et maiores ad rem gerendam facit. In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui tum avemus aliquid videre audire ac discere cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene vivendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur quod verum simplex sincerumque sit id esse nature hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati iuncta est appetitio quedam principatus ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi precipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti. Ex quo magnitudo animi existat humanarumque rerum contemptio. Nec vero illa parva vis nature est rationisque quod unum hoc animal sentit quid sit quid deceat in dictis factisque qui modus. Itaque eorum ipsorum que aspectu sentiuntur nullum aliud animal pulcritudinem venustatem convenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens multo etiam magis pulcritudinem constantiam ordinem in consiliis factisque conservandam putat cavetque ne quid indecore effeminate ve faciat. Tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinose aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id quod querimus honestum. Quod etiam si nobilitatum non sit tamen honestum sit quodque vere dicimus etiam si a nullo laudetur natura esse laudabile.

Formam quidem ipsam Marce fili et tamquam faciem honesti vides que si oculis cerneretur mirabiles amores ut ait Plato excitaret sapientie. Sed omne quod est honestum id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur aut in hominum societate tuenda tribuendo quod suum est cuique et rerum contractarum fide aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore aut in omni que

prudentia

de iustitia

de fortitudine

de temperantia

divisio honesti in quatuor partes

sunt · queque dicuntur ordine et modo in quo inest modestia et tempe-
rantia · Que quattuor quamquam inter se colligata atque implicata sunt tamen
ex singulis certa officiorum genera nascuntur · velut ex ea parte que prima
descripta est · In qua sapientiam et prudentiam ponimus · inest inda-
gatio atque inventio veri · eiusque virtutis hoc munus est proprium · Ut
enim quisque maxime perspicit quid in re quaque verissimum sit · quique acu-
tissime et celerrime potest et videre et explicare rationem · is prudentissimus
et sapientissimus rite haberi solet · Quocirca huic quasi materia quam tractet
et in qua versetur subiecta est veritas · Reliquis autem tribus virtutibus
necessitates proposite sunt ad eas res parandas tuendasque · quibus actio
vite continetur · ut et societas hominum coniunctioque servetur · et animi excellentia
magnitudoque · cum in augendis opibus utilitatibusque et sibi et suis com-
parandis · tum multo magis in ipsis despiciendis · Ordo autem et constan- eluceat
tia et moderatio · et ea que sunt his similia versantur in eo genere ad quod
est adhibenda actio quedam · non solum mentis agitatio · His enim rebus que
tractantur in vita · modum quendam et ordinem adhibentes · honestatem et decus
Ex quattuor autem locis in quos honestatis naturam conservabimus
vimque divisimus · primus ille qui in veri cognitione consistit · ma-
xime naturam attingit humanam · Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitio-
nis et scientie cupiditatem · in qua excellere pulcrum putamus · labi autem · errare
nescire · decipi · et malum · et turpe ducimus · In hoc genere et naturali
et honesto · duo vitia vitanda sunt · Unum ne incognita pro cognitis
habeamus hisque temere assentiamur · Quod vitium effugere qui volet · omnes
autem velle debemus · adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam ·
Alterum est vitium quod quidam nimis magnum studium · multamque operam in res
obscuras · atque difficiles conferunt · easdemque non necessarias · Quibus vitiis
declinandis · quod in rebus honestis et cognitione dignis opere curaeque
ponetur · id iure laudabitur ut in astrologia · C. Sulpicium audivimus ·
In geometria Sex. Pompeium ipsi cognovimus · multos in dyalecticis ·
plures in iure civili · que omnes artes in veri vestigatione versantur ·
Cuius studio a rebus gerendis abduci · contra officium est · Virtutis enim
laus omnis in actione consistit · A qua tamen fit intermissio sepe · mul-
tique dantur ad studia reditus · Tum agitatio mentis que numquam
quiescit · potest nos in studiis cognitionis etiam sine nostra opera contine-
re · Omnis autem cogitatio motusque animi · aut in consiliis capiendis · de rebus ho-

nota de virtute

nestis et pertinentibus ad bene beateque vivendum aut in stu
diis scientie cognitionisque versabitur

Ac de primo quidem officii fonte diximus. de tribus autem reliquis
latissime patet ea ratio qua societas hominum inter ipsos et vite quasi
communitas continetur. Cuius partes due. Iusticia in qua virtutis splen
dor est maximus. Ex qua viri boni nominantur. Et huic coniuncta est
beneficentia quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari
licet. Sed iusticie primum munus est ut ne cui quis noceat nisi lacessitus
iniuria. Deinde ut communibus pro communibus utatur, privatis ut suis. Sunt autem
privata nulla natura. Sed aut vetere occupatione ut qui quondam
in vacua venerunt aut victoria ut qui bello potiti sunt. aut lege
pactione condicione sorte. ex quo fit ut ager arpinas arpinatum di
catur tusculanus tusculanorum. Similisque est privatarum possessionum descri
ptio. Ex quo quia suum cuiusque fit eorum que natura fuerant communia quod
cuique contingit id quisque teneat. E quo si quis plus sibi appetit. violabit
ius humane societatis. Sed quoniam ut preclare scriptum est a platone non
nobis solum nati sumus. ortusque nostri partem patria vendicat partem amici.
Atque ut placet stoicis que in terris gignuntur ad usum hominum omnia creari.
homines autem hominum causa fuisse generatos ut ipsi inter se aliis alii pro
desse possent. In hoc naturam debemus sequi ducem communes utilitates
in medio afferre. mutatione officiorum dando accipiendo tum artibus.
tum facultatibus tum opera devincire hominum inter homines societatem. Fun
damentum autem est iusticie fides. id est dictorum conventorumque constantia et veri
tas. Ex quo quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius tamen audeamus imitari
stoicos qui studiose exquirunt unde verba sint ducta. Credamusque quia fit
quod dictum est appellatam fidem. Sed iniusticie genera duo sunt. Unum eorum
qui inferunt. Alterum eorum qui ab hiis quibus infertur si possunt non propul
sant iniuriam. Nam qui iniuste in quempiam impetum facit aut ira aut
aliqua perturbatione incitatus. is quasi manus afferre videtur socio. Qui
autem non defendit nec obsistit si potest iniurie tam est in vicio quam si pa
rentes aut patriam aut amicos deserat. Atque ille quidem iniurie que
nocendi causa de industria inferuntur sepe a metu proficiscuntur. cum is
qui alteri nocere cogitet timet ne nisi id fecerit ipse aliquo afficiatur
incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggredi
untur ut adipiscantur ea que concupierunt. In quo vicio latissime

nonnulli

patet avaritia. Expetuntur autem divicie cum ad usus vite necessari-
os tum ad perfruendas voluptates. In quibus autem maior est animus, in
hys pecunie cupiditas spectat ad opes et ad gratificandi facultatem,
ut nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei qui
in re publica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. Dele-
ctant eciam magnifici apparatus vitaeque cultus cum elegancia et copia. Quibus
rebus effectum est ut infinita pecunie cupiditas esset. Nec vero rei fami-
liaris amplificatio nemini nocens vituperanda est, sed fugienda semper iniuri-
a est. Maxime autem adducuntur plerique ut eos iusticie capiat oblivio, cum
in imperiorum, honorum, glorie cupiditatem inciderunt. Quod enim est apud Ennium:
Nulla sancta societas nec fides regni est, id latius patet. Nam quicquid
eiusmodi est in quo non possint plures excellere, in eo fit plerumque tanta
contentio ut difficillimum sit servare sanctam societatem. Declaravit id modo
temeritas C. Cesaris, qui omnia iura divina et humana pervertit propter
eum quem sibi ipse opinionis errore finxerat principatum. Est autem in hoc genere
molestum, quod in maximis animis splendidissimisque ingeniis plerumque existunt
honoris, imperii, potencie, glorie cupiditates. Quo magis cavendum est
ne quid in eo genere peccetur. Sed in omni iniusticia permultum interest
utrum perturbacione aliqua animi, que plerumque brevis est et ad tempus, an
consulto et cogitata fiat iniuria. Leviora enim sunt ea que repentino aliquo
motu accidunt quam ea que meditata et preparata inferuntur. Ac de infe-
renda quidem iniuria satis dictum est. Pretermittende autem defensionis dese-
rendique officii plures solent esse cause. Nam aut inimicicias aut laborem
aut sumptus suscipere nolunt, aut eciam negligencia, pigricia, inercia, aut
suis studiis quibusdam occupacionibusve sic impediuntur ut eos quos tu-
tari debeant desertos esse paciantur. Itaque videndum est ne non satis sit id quod
apud Platonem est in philosophos dictum, quod in veri investigacione ver-
sentur, quodque ea que plerique vehementer expetunt, de quibus inter se digla-
diari soleant, contemnant et pro nichilo ducant, propterea iustos esse. Nam al-
terum iusticie genus assequuntur, in inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum
incidunt; discendi enim studio impediti, quos tueri debent deserunt.
Itaque eos ne ad rem publicam quidem accessuros putat nisi coactos. Equius
autem erat id voluntate fieri. Nam hoc ipsum ita iustum est quod recte fit,
si est voluntarium. Sunt eciam qui aut studio rei familiaris tuende aut
odio quodam hominum suum se negocium agere dicant, nec facere cuiquam

videantur iniuriam. Cum altero genere iniusticie vacat in aliud in
incurrunt. deserunt enim vite societatem quia nichil conferunt in eam studii
nichil opere nichil facultatum. Cum igitur duobus generibus iniusticie positis
adiunximus causas utriusque generis. easque ante constituimus quibus
iusticia contineretur facile quod cuiusque temporis sit poterimus nisi nosmet ipsos
valde amabimus iudicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum
quamquam terencianus ille chremes humani nichil a se alienum putat.
Sed tamen quia magis ea percipimus atque sentimus que nobis ipsis aut prospere
aut adverse veniunt quam illa que ceteris que quasi longo intervallo
interiecto videmus aliter de illis ac de nobis iudicamus. Quocirca bene
precipiunt qui vetant quicquam agere quod dubites equum sit an iniquum.
Equitas enim lucet ipsa per se dubitatio cogitationem significat iniurie. Sed
incidunt sepe tempora cum ea que maxime videntur digna esse iusto homine
eoque quem virum bonum dicimus commutantur fiuntque contraria. ut reddere
depositum. etiam ne furioso. facere promissum queque pertinent ad veritatem et
ad fidem ea migrare interdum et non servare fit iustum. Referri enim omnia
decet ad ea que proposui in principio fundamenta iusticie. primum ut ne
cui noceatur. deinde ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempore commutantur. Commutatur
officium et non semper est idem. potest enim accidere promissum aliquod et con
ventum ut id effici sit inutile vel ei cui promissum sit vel ei qui pro
miserit. Nam si ut in fabulis est neptunus quod theseo promiserat non fe
cisset. theseus ypolito suo filio non esset orbatus. Ex tribus enim optatis
ut scribitur. hoc erat tercium quod de ypoliti iratus interitu optavit.
Quo impetrato in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur ser
vanda sunt ea que sint hiis quibus promiseris inutilia. nec si plus
tibi ea noceant quam illi prosint cui quid promiseris contra officium est ma
ius anteponi minori. Ut si constitueris te cuipiam advocatum in rem
presentem esse venturum atque interim graviter egrotare filius ceperit.
non sit contra officium non facere quod dixeris. magisque ille cui promissum sit
ab officio discedat si se destitutum queratur. Iam illis promissis standum
non esse quis non videt que coactus quis metu que deceptus dolo promi
serit. Que quidem pleraque iure pretorio liberantur non nulla legibus.
Existunt etiam sepe iniurie calumnia quadam et nimis callida sed ma
liciosa iuris interpretacione. Ex quo illud summum ius summa iniuria fa
ctum est iam tritum sermone proverbium. Quo in genere etiam in re publica multa peccantur

epikeia

servat

promissio

Vt ille qui cum .xxx. dierum esset cum hoste indutie facte noctu popu-
labatur agros quod dierum essent pacte non noctium indutie. Nec noster quidem quivis
probandus si verum est .Q. Fabium labeonem seu quem alium nichil enim
habeo preter auditum arbitrum nolanis et neapolitanis de finibus
a senatu datum cum ad locum venisset cum utrisque separatim locutum ne
cupide quid agerent ne appeterent atque ut regredi quam progredi mal-
lent. Idque cum utrique fecissent aliquantulum agri in medio relictum est.
Itaque fines illorum sicut ipsi fecerant terminavit in medio relictum quod
erat romano populo adiudicavit. Decipere hoc quidem est non iudicare.
Quocirca in omni est re fugienda talis solertia. Sunt autem quedam
officia etiam adversus eos servanda a quibus iniuriam acceperis. Est enim
ulciscendi et puniendi modus. Atque haud scio an satis sit eum qui laces-
serit iniurie sue penitere ut et ipse ne quid tale posthac et ceteri sint ad
iniuriam tardiores.

c. v. Atque in re publica maxime conservanda sunt iura belli. Nam cum sint duo
genera decertandi unum per disceptationem alterum per vim. Cumque illud
proprium sit hominis hoc beluarum confugiendum est ad posterius si uti non licet
superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam ut sine iniuria
in pace vivatur. Parta autem victoria conservandi sunt hii qui non in bello
crudeles non immanes fuerunt ut maiores nostri tusculanos equos
vulscos sabinos hernicos in civitatem etiam acceperunt. At cartha-
ginem et numantiam funditus sustulerunt. nollem corinthum. Sed credo aliquid
secutos opportunitatem loci maxime ne posset aliquando ad bellum faciendum locus
ipse adhortari. Mea quidem sententia paci que nichil habitura sit insidiarum
semper est consulendum. In quo si michi esset obtemperatum si non optimam at
aliquam rem publicam que nunc nulla est haberemus. Et cum hiis quos vi deviceris
consulendum est. Tum hii qui armis positis ad imperatorum fidem confugient
quamvis murum aries percusserit recipiendi sunt. In quo tantopere apud
nostros iusticia culta est ut hii qui civitates aut nationes devictas
bello in fidem recepissent earum more maiorum patroni essent. Ac belli
quidem equitas sanctissime feciali populi romani iure perscripta est. Ex quo intel-
ligi potest nullum bellum esse iustum nisi quod aut rebus repetitis geratur aut
denunciatum ante sit et indictum. Pompilius imperator tenebat provin-
ciam in cuius exercitu cathonis filius tyro militabat. Cum autem
pompilio videretur unam dimittere legionem cathonis quoque filium qui in

s. fecisse
Nolani et neapolitani de terminis finium prope differebant. Datus est iudex a romanis qui litem illorum terminasset qui separatim ad utrosque locutus est

alias hernicos aequos et [illegible]   alias volscos

corinthus destructa [illegible] carthaginem [illegible] forsan [illegible]

qui [illegible] ad murum arietes frangendo muros

feciales dicebantur sacerdotes romani qui indicebant pacem federa et bella ad hostes faciendo [illegible] de feciali

P[illegible] [illegible] sacerdos [illegible] hastam in signum belli [illegible] a porte

eadem legione militabat dimisit. Sed cum amore pugnandi in exer-
citu remansisset, catho ad pompilium scripsit ut si eum pateretur in
exercitu remanere, secundo eum obliget militie sacramento, quia priore amis-
so iure cum hostibus pugnare non poterat. Adeo summa erat in
bello observatio movendo. Marci quidem cathonis senis est epistula ad mar-
cum filium in qua scribit se audisse eum missum factum esse a consule
cum in macedonia bello persico miles esset. Monet igitur ut caveat ne
prelium ineat. Negat enim ius esse qui miles non sit cum hoste pugnare.
Equidem etiam illud animadverto quod qui proprio nomine perduellis esset is hostis
vocaretur, lenitate verbi rei tristitiam mitigante. Hostis enim apud maio-
res nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XII ta-
bule: aut status dies cum hoste. Itemque adversus hostem eterna auctoritas.
Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum cum quo bellum geras
tam molli nomine appellare. Quamquam id nomen durius effecit iam ve-
tustas. A peregrino enim recessit et proprie in eo qui arma contra ferret re-
mansit. Cum vero de imperio decertatur belloque queritur gloria, causas omnino
subesse tamen oportet easdem quas dixi paulo ante iustas causas esse
bellorum. Sed ea bella quibus imperii proposita gloria est minus acerbe geren-
da sunt. Ut enim cum civiliter contendimus aliter si est inimicus aliter si est compe-
titor. Cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et
fame. Sic cum celtiberis, cum cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur,
uter esset, non uter imperaret. Cum latinis, sabinis, samnitibus, penis,
pyrrho de imperio dimicabatur. Peni federifragi, crudelis anibal,
reliqui iustiores. Pyrri de captivis reddendis illa preclara. Nec mihi
aurum posco nec mi pretium dederitis. Nec cauponantes bellum sed bellige-
rantes ferro non auro vitam cernamus utrique. Vos ne velit an me
regnare hera quidve ferat fors virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum.
Quorum virtuti belli fortuna pepercit eorundem me libertati parcere certum
est. Dono ducite doque volentibus cum magnis diis. Regalis sa-
ne et digna eacidarum genere sententia. Atque etiam si quid singuli
temporibus adducti hosti promiserunt est in eo ipso fides conservanda. Ut primo
punico bello regulus captus a penis cum de captivis commutandis
romam missus esset iurassetque se rediturum. Primum ut venit captivos
non reddendos in senatu censuit. Deinde cum retineretur a propinquis et ab
amicis ad supplicium redire maluit quam fidem hosti datam fallere.
At de bellicis quidem officiis satis dictum est. Meminerimus autem etiam

Mercennarii a mercede dicuntur quia locant nobis sua opera et nos conducimus

adversus infimos iustitiam esse servandam. Est autem infima condicio et fortuna servorum. Quibus non male precipiunt qui ita iubent uti ut mercennariis operam exigendam iusta prebenda. Cum autem duobus modis id est aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpecule, vis leonis videtur. Utrumque homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniustitie nulla est capitalior quam eorum qui tum cum maxime fallunt id agunt ut viri boni esse videantur. De iustitia satis dictum. Deinceps ut erat propositum de beneficentia ac de liberalitate dicatur, qua quidem nihil est nature hominis accommodatius. Sed habet multas cautiones. Videndum est primo ne obsit benignitas et iis ipsis quibus benigne videbitur fieri et ceteris, deinde ne maior benignitas sit quam facultates, tum ut pro dignitate cuique tribuatur. Id enim est iustitie fundamentum ad quam hec sunt referenda omnia. Nam et qui gratificantur cuipiam quod obsit illi cui prodesse se velle videantur, non benefici neque liberales sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. Et qui aliis nocent ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia ut si in suam rem aliena vertant. Sunt autem multi et quidem cupidi splendoris et glorie qui eripiunt aliis quod aliis largiantur. Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri si locupletent eos quacumque ratione. Id autem tantum abest ab officio ut nihil magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur ut ea liberalitate utamur que prosit amicis noceat nemini. Quare L. Sille, C. Cesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nichil enim est liberale quod non idem iustum.

Textus.

Secundo [illegible] debes [illegible] tendere cautionem

Alter locus erat cautionis ne benignitas maior esset quam facultas, quod qui benigniores volunt esse quam res patitur primum in eo peccant quod iniuriosi sunt in proximos. Quas enim copias hiis et suppeditari equius est et relinqui, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas rapiendi plerumque et auferendi per iniuriam ut ad largiendum suppetant copie. Vide etiam licet plerosque non tam liberales quam quadam gloria ductos ut benefici videantur facere multa que proficisci ab ostentatione magis quam a voluntate videantur. Talis autem simulatio vanitati est coniunctior quam aut liberalitati aut honestati.

Quidam in spe lucri eripiunt ab aliis id est aliena ut [illegible] suis tribuerent.

Tertium est propositum ut in beneficentia delectus esset dignitatis. In quo et mores eius erunt spectandi in quem beneficium conferetur et animus erga nos et communitas et societas vite et ad nostras utilitates officia ante collata; que ut concurrant omnia optabile est. Si minus, plures cause maioresque ponderis plus habebunt. Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus planeque

sapientibus. Sed cum hiis in quibus preclare agitur si sunt simulacra virtutis
etiam hoc intelligendum puto neminem omnino esse negligendum in quo
aliqua significatio virtutis appareat. Colendum autem esse quemque maxime
virtutibus hiis lenioribus erit ornatus modestia temperantia. ac ipsa
de qua iam multa dicta sunt iustitia. Nam fortis animus et magnus
in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerumque est. Ille virtutes
bonum virum videntur potius attingere. atque hec in moribus. De benivolentia
autem quam quisque habeat erga nos primum illud est in officio ut ei plurimum
tribuamus a quo plurimum diligamur. Sed benivolentiam non adolescentulorum
more ardore quodam amoris sed stabilitate potius et constantia iudicemus.
Sin erunt merita ut non ineunda sed referenda gratia sit. Maior quedam cura
adhibenda est. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Quod
si ea que utenda acceperis maiore mensura si modo possis iubet reddere Hesiodus
quid nam beneficio provocati facere debemus. An imitari agros fertiles
qui multo plus afferunt quam acceperunt. Et enim in eos quos speramus nobis
profuturos non dubitamus officia conferre quales in eos esse debemus qui iam profu-
erunt. Duobus modis fit liberalitas. Nam cum duo genera liberalitatis sint
unum dandi alterum reddendi. demus necne in nostra potestate est. non reddere
bono viro non licet, modo id facere possit sine iniuria. Acceptorum autem bene-
ficiorum sunt delectus habendi. nec dubium quin maximo cuique plurimum debeatur.
In quo tamen in primis quo quisque animo studio benivolentia fecerit ponde-
randum est. Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio vel
morbo in omnes vel repentino quodam quasi vento impetu animi incitati. que
beneficia eque magna non sunt habenda atque ea que iudicio conside-
rate constanterque delata sunt. Sed in collocando beneficio et in referenda gratia
si cetera paria sunt. hoc maxime officii est ut quisque maxime opis indigeat
ita ei potissimum opitulari. quod contra fit a plerisque. a quo enim plurimum
sperant etiam si ille hiis non egeat tamen ei potissimum inserviunt. Optime autem
societas hominum coniunctioque servabitur si ut quisque erit coniunctissimus ita in
eum benignitatis plurimum conferatur. Sed que nature principia sint communitatis et socie-
tatis humane repetendum videtur altius. Est enim primum quod cernitur in
universi generis humani societate. Eius autem vinculum est ratio et oratio
que discendo docendo communicando disceptando iudicando conciliat
inter se homines coniungitque quadam naturali societate. Neque ulla
re longius absumus a natura ferarum in quibus inesse fortitudinem

sepe dicimus ut in equis in leonibus. iusticiam equitatem bonitatem
non dicimus. Sunt enim rationis et orationis expertes. Ac latissime quidem
patens hominibus inter ipsos omnibus societas communis et omnes hec est.
In qua omnium rerum quas ad communem hominum usum natura genuit est
servanda communitas. ut que descripta sunt legibus et iure civili. hec ita te-
neantur ut sit constitutum. ex quibus ipsis cetera sic observentur. ut in gre-
corum proverbio est. amicorum esse communia omnia. Omnia autem communia
hominum esse videntur ea que sunt generis eiusdem quod ab ennio positum est
in una re transferri per multas potest. Homo qui erranti comiter viam monstrat.
quasi lumen de suo lumine accendit. facit ut nichilominus ipsi luceat cum
illi accenderit. Vna enim ex re satis precipit Ennius ut quicquid sine de-
trimento comodari possit id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa co-
munia. non prohibere aqua profluente. pati ab igne ignem capere si quis
velit. consilium fidele deliberanti dare. que sunt utilia hiis qui accipiunt.
danti non molesta. Quare et hiis utendum est. et semper aliquid ad communem
utilitatem afferendum. Sed quoniam copie parve singulorum sunt. Eorum autem qui hiis
egeant infinita est multitudo. vulgaris liberalitas referenda est ad illum
ennii finem. Nichilominus ipsi luceat ut facultas sit qua in nostros simus li-
berales. Gradus autem plures sunt societatis hominum. ut enim ab illa infinita
discedatur. propior est eiusdem gentis nationis lingue. qua maxime homines con-
iunguntur. Interius etiam est eiusdem esse civitatis. multa enim sunt civibus inter se
communia. forum. fana. porticus. vie. leges. iura. iudicia. suffragia. consuetu-
dines preterea et familiaritates. multeque sunt cum multis res rationesque contra-
cte. Artior vero colligatio est societatis propinquorum. ab illa enim inmensa societate
humani generis in exiguum angustumque concluditur. Nam cum sit hoc natura commune ani-
mantium ut habeant libidinem procreandi. prima societas in ipso coniu-
gio est. proxima in liberis. deinde una domus. communia omnia sunt. Id autem
est principium urbis. et quasi seminarium rei publice. Sequuntur fratrum coniunctiones.
post consobrinorum sobrinorumque. qui cum una domo iam capi non possunt in ali-
as domos tamquam in colonias exeunt. Sequuntur connubia. et affinitates.
ex quibus etiam plures propinqui. que propagatio et soboles origo est rerum publicarum.
Sanguinis autem coniunctio et benivolentia devincit homines caritate. Magnum est
enim eadem habere monumenta maiorum. eisdem uti sacris. sepulcra habere commu-
nia. Sed omnium societatum nulla est prestantior. nulla firmior quam cum viri boni
moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Illud enim honestum quod sepe

Gradus humane societatis

diligimus etiam si in alio cernimus tamen nos movet atque illi in quibus id
inesse videatur amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad se alliciat
faciatque ut eos diligamus in quibus ipsa inesse videatur tamen iustitia
et liberalitas id maxime efficit. Nichil autem est amabilius nec copula-
tius quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt eedem
voluntates in hiis fit ut eque quisque altero delectetur ac se ipso efficiturque
quod pytagoras vult in amicitia ut unus fiat ex pluribus. Magna
etiam communitas illa est que conficitur ex beneficiis ultro et citro datis
acceptisque que mutua et grata dum sunt inter quos ea sunt firma devinci-
untur societate. Sed cum omnia ratione animoque lustraris omnium societatum nulla est
gravior nulla est carior quam ea que cum re publica est uni cuique nostrum. Cari sunt
parentes cari liberi propinqui familiares. Sed omnes omnium caritates patria
una complexa est pro qua quis bonus non dubitet mortem appetere si ei est
profuturus. Quo est detestabilior istorum immanitas qui laceraverunt omni scelere
patriam et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt. Sed si conten-
tio quedam et comparatio fiat quibus plurimum tribuendum sit officii principes
sint patria et parentes quorum beneficiis maximis obligati sumus. proximi
liberi totaque domus que spectat in nos solos neque ullum aliud potest habere
perfugium. deinceps bene convenientes propinqui quibus cum communis etiam fortuna
plerumque est. Quam ob rem necessaria presidia vite debentur hiis maxime quos
ante dixi. Vita autem victusque communis consilia sermones cohortationes con-
solationes interdum etiam obiurgationes in amicitiis vigent maxime. et
est ea iocundissima amicitia quam similitudo morum colligavit. Sed in hiis omnibus
officiis tribuendis videndum erit quid cuique maxime necesse sit et quid quisque
sine nobis aut possit consequi aut non possit. Ita non idem necessitu-
dinum gradus qui temporum. Suntque officia que aliis magis quam aliis de-
beantur. ut vicinum citius adiuveris in fructibus percipiendis quam aut fratrem
aut familiarem. At si lis in iudicio sit propinquum potius et amicum quam
vicinum defenderis. Hec igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio et consue-
tudo exercitatioque capienda est ut boni ratiocinatores officiorum esse possi-
mus et addendo demendoque videre que reliqui summa fiat. Ex quo quantum cuique
quid debeatur intelligas. Sed ut nec medici nec imperatores nec oratores
quamvis artis precepta perceperint quicquam magna laude dignum sine usu et exer-
citatione consequi possunt. Sic officii conservandi precepta traduntur illa
quidem ut facimus ipsi. Sed rei magnitudo usumque exercitationemque desiderat.

Patria respublica

Atque ab hys rebus que sunt in societatis iure humane quemadmodum
ducatur honestum ex quo aptum est officium satis fere diximus.
Intelligendum est autem cum proposita sint genera quattuor e quibus honestas
officiumque manaret splendidissimum videri quod animo magno elatoque
humanas res despiciente factum sit. Itaque in probris maxime in promptu est
si quid tale dici potest. Vos enim iuvenes animum geritis muliebrem, illa
virgo viri. Et si quid eiusmodi: Salmatis da spolia sine sudore et sanguine.
Contraque in laudibus que magno animo et fortiter excellenterque gesta sunt ea ne-
scio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Hinc rethorum campus de Marathone
Salamine Plateis Thermopilis Leuctris Stertoriis. Hinc decii hinc Cn. P.
Scipionis. Hinc etiam Marcellus innumerabilesque alii maximeque ipse populus Romanus animi
magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellice glorie quod statuas quoque videmus
ornatu fere militari. Sed ea animi elatio que cernitur in laboribus et periculis
si iusticia vacat pugnatque non pro salute communi sed pro suis comodis in vi-
cio est. Non modo non virtutis non est sed est potius inmanitatis omnem humanitatem
repellentis. Itaque probe diffinitur a stoycis fortitudo cum eam virtutem esse
dicunt propugnantem pro equitate. Quocirca nemo qui fortitudinis gloriam
consecutus est insidiis et malicia est laude adeptus. Nichil enim honestum
esse potest quod iusticia vacat. Preclarum igitur illud Platonis est. Non inquit solum
scientia que est remota a iusticia calliditas potius quam sapientia est appellanda.
Verum eciam animus paratus ad periculum si sua cupiditate non utilitate communi
pellitur audacie potius nomen habeat quam fortitudinis. Itaque viros fortes
magnanimos eosdem bonos et simplices veritatis amicos minimeque fallaces
esse volumus que sunt ex media laude iusticie. Sed illud odiosum est quod
in hac elacione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas
principatus innascitur. Ut enim apud Platonem est omnem morem Lacedemoniorum
inflammatum esse cupiditate vincendi. Sic ut quisque animi magnitudine ma-
xime excellit ita maxime vult esse princeps omnium vel potius solus esse. Diffi-
cile autem est cum prestare omnibus concupieris servare equitatem que est
iusticie maxime propria. Ex quo fit ut neque disceptatione vinci se nec ullo
publico ac legittimo iure patiantur. Existunt etiam in re publica plerumque largi-
tores et factiosi ut opes quam maximas consequantur et sint vi potius superiores
quam iusticia pares. Sed quod difficilius hoc preclarius. Nullum enim est
tempus quod iusticia vacare debeat. Fortes igitur et magnanimi sunt habendi
sed qui propulsant iniuriam. Vera autem et sapiens animi

non qui faciunt sed

magnitudo. Honestum illud quod maxime natura sequimur in factis positum
non in gloria iudicat. principemque se esse mavult quam videri. Etenim
qui ex errore imperite multitudinis pendet. hic in magnis viris non est
habendus. Facillime autem ad res iniustas impellitur. ut quisque est al-
tissimo animo et gloriae cupiditate. qui locus est sane lubricus. quod vix invenitur
qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum
desideret gloriam. Omnino fortis animus et magnus duabus rebus ma-
xime cernitur. quarum una in rerum externarum despicientia ponitur. cum
persuasum sit nichil hominem nisi quod honestum decorumque sit aut admirari
aut optare aut expetere oportere. nullique neque homini neque perturbationi
animi succumbere neque fortune. Altera est res ut cum ita sis affectus animo ut
supra dixi res geras magnas illas quidem et maxime utiles sed ut vehemen-
ter arduas plenasque laborum et periculorum. cum vite. tum multarum
rerum que ad vitam pertinent. Harum rerum duarum splendor omnis et ampli-
tudo. addo etiam utilitatem. que in posteriore est. causa autem et ratio efficiens
magnos viros est in priore. In eo est enim illud quod excellentes animos et
humana contemnentes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus. si et solum
quod honestum sit bonum iudices. et ab omni animi perturbatione liber sis.
Nam et ea que eximia plerisque et preclara videntur. et parva ducere eaque
ratione stabili firmaque contempnere fortis animi et magni ducendum est. et
ea que videntur acerba que multa et varia in hominum vita fortunaque
versantur. ita ferre ut nichil a statu nature discedas. nichil a dignitate sa-
pientis. robusti animi est magneque constantie. Non est autem consentaneum qui
metu non frangitur eum frangi cupiditate. nec qui invictum se a labore se
prestiterit. eum vinci a voluptate. Quam ob rem et hec vitanda et pecunie fu-
gienda cupiditas. Nichil enim est tam angusti animi tamque parvi. quam
amare divitias. nichil honestius magnificentiusque quam pecuniam con-
tempnere si non habeas. si habeas ad beneficentiam liberalitatemque conferre.
Cavenda est etiam gloriae cupiditas. ut supra dixi. eripit enim libertatem
pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Nec vero imperia
expetenda sunt. ac potius aut non accipienda interdum aut deponenda non
numquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione tum cupiditate et metu.
tum etiam egritudine et voluptate animi et iracundia. ut tranquillitas animi
et securitas assit. que affert tum constantiam tum etiam dignitatem. Multi autem et sunt
et fuerunt qui eam quam dico tranquillitatem expetentes a negotiis publicis

se removerunt ad otiumque perfugerunt. In his et nobilissimi philoso-
phi longeque principes et quidam homines severi et graves nec populi nec
principum mores ferre potuerunt. Vixerunt nonnulli in agris delectati
re sua familiari. His idem propositum fuit quod regibus ut ne qua re e-
gerent ne cui parerent libertate uterentur cuius proprium est sic vivere
ut velis. Quare cum hoc commune sit potentie cupidorum cum his quos dixi o-
ciosis. alteri se adipisci id posse arbitrantur si opes magnas habeant.
alteri si contenti sint suo etiam parvo. In quo quidem neutrorum omnino con-
temnenda est sententia. Sed et facilior et tutior et minus aliis gravis
aut molesta est vita ociosorum. fructuosior autem hominum generi et ad cla-
ritatem amplitudinemque aptior eorum qui se ad rem publicam et ad magnas res
gerendas accommodaverunt. Quapropter et his forsitan concedendum sit
rem publicam non capessentibus qui excellenti ingenio doctrine sese dederunt.
et his qui aut valitudinis imbecillitate aut aliqua graviore causa impe-
diti a re publica recesserunt. cum eius administrande potestatem aliis laudemque
concederent. quibus autem talis causa nulla sit si despicere se dicant ea que plerique mirentur.
imperia et magistratus. his non modo non laudi verum etiam vicio dandum
puto; quorum iudicium in eo quod gloriam contemnant et pro nichilo putent
difficile factu est non probare. sed videntur labores et molestias tum of-
fensionum et repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam.
Sunt enim qui in rebus contrariis parum sibi constent. voluptatem seve-
rissime contemnant in dolore sint molliores. gloriam negligant frangantur
infamia. atque ea quidem non satis constanter. Sed his qui habent a natura adiu-
menta rerum gerendarum abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus et
gerenda res publica est. Nec enim aliter aut regi civitas aut declarari animi magnitudo
potest. Capessentibus autem rem publicam nichil minus quam philosophis haud scio an
magis etiam et magnificentia et despicientia adhibenda sit rerum humanarum quam
sepe dico. et tranquillitas animi atque securitas. Siquidem nec anxii futuri sunt
et cum gravitate constantiaque victuri. que faciliora sunt philosophis quo minus multa
patent in eorum vita que fortuna feriat. et quo minus multis rebus egent
et quia si quid adversi eveniat tam graviter cadere non possunt. Quocirca
non sine causa maiores motus animorum concitantur maioraque studia efficiendi
rem publicam gerentibus quam quietis. quo magis his et magnitudo est animi adhibenda
et vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit caveat
ne id modo consideret quam illa res honesta sit. sed etiam ut habeat efficiendi

facultatem. In quo ipso considerandum est ne aut temere desperet propter ignaviam aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis prius quam aggrediare adhibenda est preparatio diligens. Sed cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse quam urbanas minuenda est hec opinio. Multi enim bella que fuerunt propter glorie cupiditatem atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit. eoque magis si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si volumus iudicare multe res extiterunt urbane maiores clarioresque quam bellice. Quamvis enim Themistocles iure laudetur et sit eius nomen quam Solonis illustrius. citeturque Salamis clarissime testis victorie que anteponatur consilio Solonis. ei quo primum constituit Ariopagitas. Non minus preclarum hoc quam illud iudicandum est. Illud enim semel profuit hoc semper proderit civitati. hoc consilio leges Atheniensium hoc maiorum instituta servantur. et Themistocles quidem nichil dixerit in quo ipse Ariopagum adiuverit. At ille vere se adiutum Themistoclem.

Est enim bellum gestum consilio senatus eius. qui a Solone erat constitutus. Licet idem de Pausania Lisandroque dicere. quorum rebus gestis quamquam imperium Lacedemoniis dilatatum esse putatur. tamen ne minima quidem ex parte Ligurgi legibus et disciplinae conferendi sunt. quin etiam ob has ipsas causas et parentiores habuerunt exercitus et fortiores. Michi quidem neque pueris nobis. M. Scaurus. C. Mario. neque cum versaremur in re publica. Q. Catulus. G. N. Pompeio cedere videbatur. Parvi enim sunt foris arma nisi est consilium domi. Nec plus Affricanus singularis vir et imperator in excidenda Numantia rei publice profuit. quam eodem tempore P. Nasica privatus. cum T. Graccum interemit. quamquam hec quidem res non solum ex domestica est ratione. attingit etiam bellicam quoniam vi manuque confecta est. sed tamen id ipsum est gestum consilio urbano sine exercitu. Illud autem optimum est quod invadi solere ab improbis et invidis audio. Cedant arma toge. concedat laurea lingue. Ut enim alios omittam nobis rem publicam gubernantibus. nonne toge arma cesserunt. Neque enim periculum in re publica fuit umquam. nec maius otium. Ita consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa ceciderunt. Que res igitur gesta umquam in bello tanta. qui triumphus conferendus. Licet enim michi. M. fili apud te gloriari ad quem et hereditas huius glorie et factorum imitatio pertinet. Michi quidem certe vir abundans bellicis laudibus. G. N. Pompeius multis audientibus hoc tribuit ut diceret se frustra triumphum tertium deportaturum

Res domestice vel urbane ... maiora ... bellice

Salamis civitas est ...

Parvi licet gloriari ...

fuisse non modo in re publica beneficio ubi triumpharet esset habiturus. Sed
igitur domestice fortitudines non inferiores militaribus in quibus plus
etiam quam in hiis operae studiique ponendum est. Omnino illud honestum quod
ex animo excelso magnificoque quaerimus animi efficitur non corporis viribus.
Exercendum tamen est corpus et ita afficiendum est ut obedire consilio rationique
possit in exequendis negotiis et in labore tollerando. Honestum autem id
quod exquirimus totum est positum in animi cura et cogitatione. In quo non minorem
rem utilitatem afferunt qui togati rei publicae praesunt quam qui bellum gerunt. Itaque
eorum consilio saepe aut non suscepta aut confecta bella sunt, non numquam
etiam illata ut M. Catonis bellum tertium Punicum in quo etiam mortui va-
luit auctoritas. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio quam
decertandi fortitudo. Sed cavendum ne id bellandi magis fuga quam uti-
litatis ratione faciamus. Bellum autem ita suscipiatur ut nihil aliud nisi
pax quaesita videatur. Fortis vero animi et constantis est non perturbari in rebus
asperis nec tumultuantem de gradu deici ut dicitur. Sed praesenti animo uti et
consilio nec a ratione discedere. Quamquam hoc animi illud etiam ingenii magni est
praecipere cogitatione futura et aliquanto ante constituere quod accidere possit in utramque
partem et quid agendum sit cum quid evenerit. Nec committere ut aliquando dicendum
sit: non putaram. Haec sunt opera magni animi et excelsi et prudentia consilioque
fidentis. Temere autem in acie versari et manu cum hoste confligere imma-
ne quiddam et beluarum simile est. Sed cum tempus necessitasque postulat de-
certandum est manu et mors servituti turpitudinique est anteponenda. De
evertendis autem diripiendisque urbibus valde considerandum est ne quid
temere ne quid crudeliter. Idque est viri magni rebus agitatis punire sontes
multitudinem servare, in omni fortuna recta atque honesta retinere. Ut enim
sunt quemadmodum supra dixi qui urbanis rebus bellicas anteponant sic
reperies multos quibus periculosa et callida consilia quietis et cogitatis
splendidiora et maiora videantur. Numquam omnino periculi fuga committendum est
ut imbelles timidique videamur. Sed fugiendum illud etiam ne offeramus nos
periculis sine causa quo esse nihil potest stultius. Quapropter in adeundis periculis
consuetudo medicorum imitanda est qui leviter egrotantes leniter curant.
Gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere co-
guntur. Quare in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est.
Subvenire autem tempestati quavis ratione sapientis est eoque magis
si plus adipiscare re explicata boni quam addubitata mali. Periculose
autem rerum actiones partim hiis sunt qui eas susceperunt partim rei publicae.

Neque alii de vita alii de gloria et benivolentia civium in discrimen vocant. Promptiores quia debemus esse ad nostra pericula quam ad communia dimicareque paratius de honore et gloria quam de ceteris commodis. Inventi autem sunt multi qui non modo pecuniam sed etiam vitam profundere pro patria parati essent idem glorie iacturam ne minimam quidem facere vellent ne etiam re publica quidem postulante ut Callicratidas qui cum Lacedemoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello multaque fecisset egregie. Vertit ad extremum omnia cum consilio non paruit eorum qui classem ab Arginusis removendam nec cum Atheniensibus dimicandum putabant quibus ille respondit Lacedemonios classe illa amissa aliam posse parare se fugere sine suo dedecore non posse. Atque hec quidem Lacedemoniis plaga mediocris fuit, illa vero pestifera qua cum Cleombrotus invidiam timens temere cum Epaminunda conflixisset Lacedemoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus melius de quo Ennius. Unus homo nobis cunctando restituit rem. Non ponebat enim rumores ante salutem. Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis. Sunt enim qui quod sentiunt etiam si optimum sit tamen invidie metu non audent dicere. Omnino qui rei publice prefuturi sunt duo Platonis precepta teneant. Unum ut utilitatem civium sic tueantur ut quecumque agunt ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum ut totum corpus rei publice curent ne dum partem aliquam tuentur reliquas deserant. Ut enim tutela sic procuratio rei publice ad eorum utilitatem qui commissi sunt non ad eorum quibus commissa est gerenda est. Qui autem parti civium consulunt partem negligunt rem perniciosissimam in civitatem inducunt seditionem atque discordiam. Ex quo evenit ut alii populares alii studiosi optimi cuiusque videantur pauci universorum. Hinc apud Athenienses magne discordie, in nostra re publica non solum seditiones sed etiam pestifera bella civilia quem gravis et fortis civis et in re publica dignus principatu fugiet atque oderit tradetque se totum rei publice neque opes aut potentiam consectabitur totamque eam sic tuebitur ut omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium aut in invidiam quemquam vocabit omninoque ita iustitie honestatique adhereat ut dum ea conservet quamvis graviter offendat mortemque oppetat potius quam deserat illa que dixi. Miserrima omnino est ambitio honorumque contentio de qua preclare est apud eundem Platonem similiter facere eos qui inter se contenderent uter potius rem publicam administraret ut si naute certarent quis eorum potissimum gubernaret. Idemque precipit ut eos adversarios existimemus qui arma contra ferant. Non eos qui suo studio tueri rem publicam velint qualis fuit inter P. Africanum et Q.

intellectu sine acerbitate dissensio. Nec vero audiendi sunt qui gra-
viter inimicis irascendum putabunt idque magnanimi et fortis
viri esse censebunt. Nichil enim laudabilius, nichil magno et preclaro viro
dignius placabilitate atque clementia. In liberis vero populis et in iuris equa-
bilitate exercenda est etiam facilitas et altitudo animi que dicitur, ne si irascamur
aut intempestive accedentibus aut impudenter rogantibus, in morositatem in-
utilem et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque cle-
mentia, ut adhibeatur rei publice causa severitas, sine qua administrari
civitas non potest. Omnis autem et animadversio et castigatio contumelia vacare
debet, neque ad eius qui punit aliquem aut verbis castigat, sed ad rei
publice utilitatem referri. Cavendum est etiam ne maior pena quam culpa sit,
et ne hisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Prohibenda autem
maxime est ira in puniendo. Numquam enim iratus qui accedet ad penam
mediocritatem illam tenebit que est inter nimium et parum, que placet
Peripateticis, et recte placet, modo ne laudarent iracundiam et dicerent uti-
liter a natura datam. Illa vero repudianda est in omnibus rebus. Optandumque
est ut qui presunt rei publice legum similes sint, que ad puniendum non iracundia
sed equitate ducuntur. Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram
fluentibus superbiam magnopere, fastidium, arrogantiamque fugiamus. Nam
ut adversas, sic secundas immoderate ferre levitatis est. Preclaraque est
equabilitas in omni vita, et idem semper vultus sit, eademque frons, ut
de Socrate, itemque de Gaio Lelio accepimus. Philippum quidem Macedo-
num regem rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate vero et
humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter sepe est
turpissimus, ut recte precipere videantur qui monent ut quanto superiores simus,
tanto nos geramus summissius. Panetius quidem Affricanum auditorem et
familiarem suum solitum ait dicere ut equos propter crebras contentiones pre-
liorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent ut hiis facilioribus
possint uti, sic homines secundis rebus effrenatos sibique presidentes tamquam
in gyrum rationis et doctrine duci oportere ut perspicerent rerum humanarum
imbecillitatem varietatemque fortune. Atque etiam in secundissimis rebus maxime
utendum est consilio amicorum, hisque maior etiam quam ante tribuenda
auctoritas. Hisdemque temporibus cavendum est ne assentatoribus pate-
faciamus aures nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est.
Tales enim nos esse putamus ut iure laudemur. Ex quo nascuntur innumera-
bilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur et in

Ira vitanda

Allegorie

Adulatores fugiendi

maximis versantur erroribus. Sed hec quidem hactenus. Illud autem sit
est iudicandum maximam esse rem et maximi animi ab hiis qui rem publicam regunt
quorum administratio latissime patet ad plurimosque pertinet. Esse
autem magni animi et fuisse multos etiam in vita otiosa, qui aut investi
garent aut conarentur magna quedam seseque suarum rerum finibus continerent aut
interiecti inter philosophos et eos qui rem publicam administrarent delectarentur re sua fami
liari, non eam quidem omni ratione exaggerantes neque excludentes ab eius
usu suos potiusque et amicis impartientes et rei publice si quando usus esset.
Que primum bene parta sit nullo neque turpi questu neque odioso, tum quam
plurimis modo dignis se utilem prebeat, deinde augeatur ratione diligentia
parsimonia, nec libidini potius luxurieque quam liberalitati et beneficentie
pareat. Hec prescripta servantem licet magnifice graviter animose vivere
atque etiam simpliciter fideliter vere hominum amice. Sequitur ut de una reliqua
parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia et quasi quidam ornatus vite, tem
perantia et modestia omnisque sedatio perturbationum animi et rerum modus
cernitur. Hoc loco continetur id quod dici latine decorum potest. Grece enim prepon
dicitur decorum. Huius vis ea est ut ab honesto non queat separari. Nam et quod
decet honestum est et quod honestum est decet. Qualis autem differentia sit hone
sti et decori facilius intelligi quam explanari potest. Quicquid est enim quod de
ceat id tum apparet cum antegressa est honestas. Itaque non solum in hac parte
honestatis de qua hoc loco disserendum est sed etiam in tribus superioribus
quid deceat apparet. Nam et ratione uti atque oratione prudenter et agere quod a
gas considerate omnique in re quid sit veri videre et tueri decet,
contraque falli errare labi decipi tam dedecet quam delirare et mente esse
captum. Et iusta omnia decora sunt, iniusta contra ut turpia sic indecora.
Similis est ratio fortitudinis. Quod enim viriliter animoque magno fit id
dignum viro et decorum videtur, quod contra id ut turpe sic indecorum. Quare
pertinet quidem ad omnem honestatem hoc quod dico decorum, et ita pertinet ut non
recondita et abscondita quadam ratione cernatur sed sit in promptu. Est enim quiddam
idque quod intelligitur in omni virtute quod deceat, quod cogitatione magis a virtu
te potest quam re separari. Ut venustas et pulcritudo corporis secerni non potest a vale
tudine, sic hoc de quo loquimur decorum totum illud quidem est cum virtute
confusum, sed mente et cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio
duplex. Nam et generale quoddam decorum intelligimus quod in omni honestate
versatur, et aliud huic subiectum quod pertinet ad singulas partes

Honestatis. Atque illud superius sic fere definiri solet decorum id esse quod
consentaneum sit hominis excellentie in eo in quo natura eius a reliquis ani-
mantibus differat. Que autem pars subiecta generi est eam sic diffiniunt
ut id decorum velint esse quod ita nature consentaneum sit ut in eo mo-
deratio et temperantia appareat cum specie quadam liberali. Hec ita intelligi
possumus existimare ex eo decoro quod poete sequuntur de quo alio loco
plura dici solent. Sed tum servare illud poetas quod deceat dicimus cum id
quod quaque persona dignum sit et fit et dicitur. ut si Eacus aut Minos diceret Oderint
dum metuant aut natis sepulcrum ipse est parens indecorum videretur
quod eos fuisse iustos accepimus. At Atreo dicente plausus excitantur.
Est enim digna persona oratio. Sed poete quid quemque deceat ex persona iudi-
cabunt. nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia
prestantiaque animantium reliquorum. Quocirca poete in magna varietate
personarum etiam viciosis quid conveniat et quid deceat videbunt. Nobis
autem cum a natura constantie moderationis temperantie verecundie partes
date sint cumque eadem natura doceat non negligere quemadmodum nos adversus
homines geramus efficitur ut illud quod ad omnem honestatem pertinet decorum
quam late fusum sit appareat. Et hoc quod spectatur in uno quoque genere
virtutis. Ut enim pulcritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos
et delectat hoc ipso quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt
sic hoc decorum quod elucet in vita movet ad probationem eorum quibuscum vivitur
ordine et constantia et moderatione dictorum omnium atque factorum. Adhibenda
est igitur quedam reverentia adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum. Nam
negligere quid de se quisque sentiat non solum arrogantis est sed etiam omnino
dissoluti. Est autem quod differat in omni re habenda inter iusticiam et vere-
cundiam. Iusticie partes sunt non violare homines verecundie non offendere.
In quo maxime vis perspicitur decori. His igitur expositis quale sit id quod
decere dicimus intellectum puto. Officium autem quod ab eo ducitur hanc primum habet
viam que deducit ad convenientiam conservationemque nature. Quam si sequemur
ducem nunquam aberrabimus sequemurque et id quod acutum et perspicax nature est
et id quod ad hominum societatem accommodatum et id quod vehemens est atque forte. Sequemur
sed maxima vis decori est in hac parte de qua disputamus. Neque enim solum cor-
poris qui ad naturam apti sint sed multo etiam magis animi motus probandi
qui item ad naturam accommodati sunt. Duplex est enim naturalis vis animorum atque nature.
Una pars in appetitu posita est que est horme grece que hominem huc atque illuc

pulcritudo obiecti

Nota de duabus naturalibus viribus animi appetitu et ratione

rapit. Altera est in racione que docet et explanat quid faciendum fugiendumque
sit. Itaque fit ut racio presit appetitus obtemperet. Omnis autem actio va-
care debet temeritate et negligencia nec vero agere quicquam cuius non possit
causam probabilem reddere. Hec est enim fere descriptio officii. Efficiendum
autem ut appetitus racioni obediant eamque neque precurrant nec propter pigriciam aut
ignaviam deserant sintque tranquilli atque omni perturbatione animi careant.
Ex quo elucebit omnis constancia omnisque moderacio. Nam qui appetitus longius
evagantur et tamquam exultantes sive cupiendo sive fugiendo non satis a
racione retinentur, hii sine dubio finem et modum transeunt. Relinquunt enim
et abiciunt obedienciam nec racioni parent cui sunt subiecti lege nature a quibus
non modo animi perturbantur sed eciam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum aut eorum
qui aut libidine aliqua aut metu commoti sunt aut voluptate nimia gestiunt.
quorum omnium vultus voces motus statusque mutantur. Ex quibus illud intel-
ligitur ut ad officii formam revertamur appetitus omnes contrahendos sedandosque esse
excitandumque animum ad animadversionem et diligenciam ut ne quid temere ac fortuitu in-
consideranter negligenterque agamus. Neque enim ita generati a natura sumus ut ad
ludum et iocum facti esse videamur sed ad severitatem pocius et ad quedam studia
graviora atque maiora. Ludo autem et ioco uti illo quidem licet sed sicut sompno
et quietibus ceteris tunc cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Ipsumque genus io-
candi non profusum nec immodestum sed ingenuum et facetum esse debet. Ut enim pueris non omnem
licenciam ludendi damus sed eam que ab honestatis actionibus non sit aliena,
sic in ipso ioco aliquod probi ingenii eluceat lumen. Duplex est omnino iocandi
genus: unum inliberale petulans flagiciosum obscenum; alterum elegans ur-
banum ingeniosum facetum, quo genere non modo Plautus noster et Atticorum antiqua
comedia sed eciam philosophorum Socraticorum libri referti sunt. Multaque multorum facete dicta
ut ea que a sene Cathone dicta sunt que vocantur apothemata. Facilis igitur
est distinctio ingenui et illiberalis ioci. Alter est si tempore fit ut si remisso
animo homine dignus; alter ne libero quidem si rerum turpitudini adhibetur verborum obsce-
nitas. Ludendi eciam est quidam modus retinendus ut ne nimis omnia profundamus
elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Suppeditant autem et campus
noster et studia venandi honesta exempla ludendi. Sed pertinet ad omnem officii
questionem semper in promptu habere quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis ante-
cedat. Ille nichil senciunt nisi voluptatem ad eamque feruntur omni impetu. Hominis
autem mens discendo alitur et cogitando, semper aliquid aut inquirit aut agit,
videndique et audiendi delectacione ducitur. Quin eciam si quis est paulo
ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere. Sunt enim

quidam homines non re sed nomine. Sed si quis est paulo exactior quamvis vo-
luptate capiatur occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter vere-
cundiam. Ex quo intelligitur corporis voluptatem non satis esse dignam hominis
prestantia eamque contemni et reici oportere. Sin sit quispiam qui aliquid tri-
buat voluptati diligenter ei tenendum esse eius fruendi modum. Itaque victus
cultusque corporis ad valitudinem referantur et ad vires non ad voluptatem.
Atque etiam si considerare volumus que sit in natura excellentia et dignitas in-
telligemus quam sit turpe diffluere luxuria et delicate ac molliter vivere quamque ho-
nestum parce continenter severe sobrie. Intelligendum est etiam duabus quasi nos
a natura indutos esse personis quarum una communis est ex eo quod omnes participes sumus
rationis prestantieque eius qua antecellimus bestiis a qua omne honestum decorumque trahitur
et ex qua ratio inveniendi officii exquiritur. Altera autem que proprie singulis est tributa.
Ut enim in corporibus magne dissimilitudines sunt. Alios enim videmus velocitate
ad cursum alios viribus ad luctandum valere. Itemque in formis aliis dignitatem
inesse aliis venustatem. Sic in animis existunt etiam maiores varietates.
Erat in L. Crasso in L. Philippo lepos multus maior etiam magisque de
industria in C. Cesare Lucii filio. At hisdem temporibus in M. Scauro et in Marco
Druso adolescente singularis severitas. In C. Lelio multa hilaritas in
eius familiari Scipione maior ambitio vita tristior. De grecis autem dulcem
et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem quem yronia greci
nominaverunt Socratem accepimus. Contra Pythagoram et Periclem summam auctoritatem
consecutos sine ulla hilaritate. Callidum Hanibalem ex Penorum ex nostris du-
cibus Q. Maximum accepimus facile celare tacere dissimulare insidiari
prepere hostium consilia. In quo genere greci Themistoclem et Phereum Iasonem
ceteris anteponunt. In primisque versutum et callidum factum Solonis qui quo tu-
tior vita eius esset et plus aliquanto rei publice prodesset furere se simulavit.
Sunt autem his alii multum dispares simplices et aperti qui nichil ex oc-
culto nichil de insidiis agendum putant veritatis cultores fraudis inimici.
Itemque alii qui quidvis perpetiantur cuivis deserviant dum quod velint consequantur
ut Syllam et M. Crassum videbamus. Quo in genere versutissimum et patientissimum
Lacedemonium Lisandrum accepimus. Contraque Callicratidem qui prefectus classis
proximus post Lisandrum fuit. Itemque in sermonibus alium quemque quamvis prepotens
sit efficere ut unus de multis esse videatur. Quod in Catullo et in patre
et in filio. Itemque in Q. Mucio Mantia vidimus. Audivi ex maioribus
natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica. Contraque patrem eius illum
qui T. Gracchi conatus perditos vindicavit nullam comitatem habuisse

sermonis. Ac xenocratem severissimum philosophorum ob eamque rem ipsam ma-
gnum et clarum fuisse. Innumerabiles et aliae dissimilitudines sunt naturae morumque
minime tamen vituperandorum. Admodum autem tenenda sunt sua cuique non vitiosa
sed tamen propria quo facilius decorum illud quod querimus retineamus. Sic enim
est faciendum ut contra universam naturam nichil contendamus ea tamen conservata propriam
naturam sequamur ut etiam si sint alia graviora atque meliora tamen nos studia nostra
regula metiamur. Neque enim attinet naturae repugnare nec quicquam sequi quod assequi
nequeas. Ex quo magis emergit quale sit decorum illud. Ideo quia nichil decet in-
vita minerva ut aiunt id est adversante et repugnante natura. Omnino si quicquam est
decorum nichil est profecto magis quam equabilitas universe vite tum singu-
larum actionum quam conservare non possis si aliorum naturam imitans omittas
tuam. Ut enim sermone eo debemus uti qui notus est nobis ne ut quidam
greca verba inculcantes iure optimo rideamur sic in actiones omnemque
vitam nullam discrepantiam conferre debemus. Atque haec differentia naturarum tantam
habet vim ut nonnumquam mortem sibi ipse consciscere alius debeat. Num enim alia
in causa M. Cato fuit alia ceteri qui se in affrica cesari tradiderunt. Atqui
ceteris forsitan vicio datum esset si se interemisset propterea quod lenior eorum
vita et mores fuerant eorum faciliores. Cathoni autem cum incredibilem
tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpetua constantia corroborasset semperque
in proposito susceptoque consilio permansisset moriendum potius quam tyranni vultus
aspiciendus fuit. Quam multa passus est ulixes in illo errore diuturno cum
et mulieribus si circe et calipso mulieres appellande sunt inserviret et in
omni sermone omnibus affabilem et iocundum se esse vellet. Domi vero et contumelias servorum
ancillarumque pertulit ut ad id aliquando quod cupiebat veniret. At aiax
quo animo traditur milies oppetere mortem quam perpeti illa maluisset. Que contem-
plantes expendere oportebit quid quisque habeat sui eaque moderari. Nec
velle experiri quam se aliena deceant. Id enim maxime quemque decet quod est cuiusque
maxime suum. Quisque igitur cognoscat ingenium acremque se et bonorum et viciorum
suorum iudicem prebeat. Ne scenici plus quam nos videantur habere prudentie.
Illi enim non optimas sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt qui voce
freti sunt epygonos medeamque qui gestu menelippam clitemestram semper elegit
rupilius quem ego memini antiopam non sepe esopus ayacem. Ergo histrio
hoc videbit in scena non videbit sapiens vir in vita. Ad quas igitur
res aptissimi erimus in hiis rebus potissimum elaborabimus. Sin aliquando
necessitas nos ad ea detruserit que nostri ingenii non erunt omnis
adhibenda erit cura meditacio diligentia ut ea si non decore

Scenici hystriones

ut quam minime in decore facere possimus. Sed ita est enitendum ut bo-
na que nobis data non sint sequamur quam ut vitia fugiamus.

Ac duabus hiis personis quas supra dixi tertia adiungitur quam
casus aliquis aut tempus imponit. Quarta etiam quam nobismet ipsis
iudicio nostro accommodamus. Nam regna, imperia, nobilitates, honores, divi-
tie, opes, eaque que sunt contraria hiis in casu sita temporibus gubernantur. Ipsi
autem gerere quam personam velimus a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii
ad philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam applicant. Ipsarumque
virtutum in alia alius mavult excellere. Quorum vero patres aut maiores
aliqua gloria prestiterunt, hii student plerumque eodem in genere laudis excellere,
ut Q. Mucius P. filius in iure civili, Pauli filius Affricanus in re mili-
tari. Quidam autem ad eas laudes quas a patribus acceperunt addunt aliquam
suam laudem, ut hic idem Affricanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam;
quod idem fecit Thimotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior
fuisset quam pater, ad eam laudem doctrine et ingenii gloriam adiecit. Fit autem
interdum ut nonnulli omissa imitatione maiorum suum quoddam institutum conse-
quantur, maximeque in eo plerumque elaborant hii qui magna sibi proponunt obscu-
ris orti maioribus. Hec igitur omnia cum querimus quid deceat complecti animo
et cogitatione debemus. In primis autem constituendum est quos nos et quales
esse velimus et in quo genere vite, que deliberatio est omnium difficillima. Ine-
unte enim adolescentia cum est maxima imbecillitas consilii, tunc id sibi quisque
genus etatis degende constituit quod maxime adamavit. Itaque ante implica-
tur aliquo certo genere cursuque vivendi quam potuit quod optimum esset iudicare.
Nam quod Herculem Prodicum dicunt, ut est apud Xenofontem, cum primum pubesceret,
quod tempus a natura ad eligendum quam quisque viam vivendi sit ingressurus da-
tum est, exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse,
cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi
melius esset, hoc Herculi Iovis sato potuit fortasse contingere, nobis non idem,
qui imitamur eos quos cuique visum est imitari, atque ad eorum studia insti-
tutaque impellimur. Plerumque autem parentum preceptis imbuti ad eorum consuetu-
dinem moremque deducimur. Alii multitudinis iudicio feruntur, queque maiori
parti pulcerrima videntur ea maxime exoptant. Nonnulli tamen sive feli-
citate quadam sive bonitate nature sive parentum disciplina rectam vite
secuti sunt viam. Illud autem maxime rarum genus est eorum qui aut ex-
cellente ingenii magnitudine aut preclara erudicione atque doctrina

aut utrique ex ornati spacium et deliberandi habuerunt que potissimum
vite viam sequi vellent. In qua deliberatione ad suam cuiusque naturam
consilium omne est revocandum. Nam cum in omnibus que aguntur ex eo modo quo
quisque natus est ut supra dictum est quid deceat exquirimus, tum in tota vita consti-
tuenda multo est ei rei cura maior adhibenda ut constare in perpetuitate vite
possimus nobismetipsis nec in ullo officio claudicare. Ad hanc autem ratio-
nem maximam vim natura habet, fortuna proximam. utriusque omnino ratio habenda est
in deligendo genere vite sed nature magis. Multo enim et firmior est
et constantior. ut fortuna nonnumquam tamquam ipsa mortalis cum immortali natura
pugnare videatur. Qui igitur ad nature sue non vitiose genus consilium vivendi
omne contulerit is constantiam teneat. Id enim maxime decet. nisi forte se intel-
lexerit errasse in deligendo genere vite. Quod si acciderit, potest autem accidere, facienda
institutorum morum mutatio est. Eam mutationem si tempora adiuvabunt facilius commo-
diusque faciemus. sin minus sensim erit pedetemptimque facienda. ut amicitias que
minus delectent et minus probentur magis decere censent sapientes sensim dis-
suere quam repente precidere. Commutato autem genere vite omni ratione curandum est
ut id bono consilio fecisse videamur. Sed quoniam paulo ante dictum est imitan-
dos esse maiores primum illud exceptum sit ne vicia sint imitanda. Deinde
si natura non feret ut quedam imitari possit ut superioris Affricani filius
qui hunc Paulo natum adoptavit propter infirmitatem valitudinis non tam
potuit patris similis esse quam ille fuerat sui. Si igitur non poterit sive causas
defensitare sive populum contionibus tenere sive bella gerere illa tamen pre-
stare debebit que erunt in ipsius potestate iusticiam fidem liberalitatem mo-
destiam temperantiam quo minus id quod desit requiratur. Optima autem here-
ditas a patribus traditur liberis omnique patrimonio prestantior gloria
virtutis rerumque gestarum cui dedecori esse nefas et vitium iudicandum est. Et quoniam
officia non eadem disparibus etatibus tribuuntur aliaque sunt iuvenum
alia seniorum aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur ado-
lescentis maiores natu vereri exque hiis deligere optimos et probatissimos
quorum consilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim etatis inscitia senum
constituenda et regenda est prudentia. Maxime autem hec etas a libidinibus arcen-
da est exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis ut eorum et
in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria. Atque etiam cum rela-
xare animos et dare se iocunditati volent caveant intemperantiam meminerint vere-
cundie quod erit facilius si in eiusmodi quidem rebus maiores natu velint
interesse. Senibus autem labores corporis sunt minuendi exercitationes animi etiam

Etas iuvenum quo regenda

Etas senum

augende videntur. Danda vero est opera ut etiam amicis et adulescentibus
et maxime rei publice consilio et prudentia quam plurimum adiuvent.
Nichil autem magis cavendum est senectuti quam ne languori se de
sidieque dedat. Luxuria vero cum omni etati sit turpis tum senectuti
fedissima est. Sin autem libidinum intemperantia accessit, duplex malum est,
quod et ipsa senectus dedecus concipiet et facit adolescentium impudentiorem
intemperantiam. Ac ne illud quidem alienum est de magistratuum de
privatorum de civium de peregrinorum officiis dicere. Est enim proprium munus
magistratus intelligere se gerere personam civitatis debereque eius dignitatem
et decus sustinere, servare leges, iura describere, ea fidei sue commissa me
minisse. Privatum autem oportet equo et pari cum civibus iure vivere, neque
summissum et abiectum, neque se efferentem, tum in re publica ea velle que tran
quilla et honesta sint. Talem enim solemus et sentire bonum civem et dicere.
Peregrini autem atque incole officium est nichil preter suum negotium agere,
nichil de alio inquirere minimeque esse in aliena re publica curiosum. Ita fere offi
cia reperientur cum queretur quid deceat et quid aptum sit personis, temporibus, etatibus.
Nichil est autem quod tam deceat quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare
constantiam. Sed quoniam decorum illud in omnibus factis, dictis, in corporis denique
motu et statu cernitur, idque positum est in tribus rebus, formositate, ordi
ne, ornatu ad actionem apto, difficilibus ad eloquendum, sed satis erit intel
ligi. In his autem tribus continetur etiam illa cura ut probemur hiis quibuscum
apud quosque vivamus, his quoque de rebus pauca dicantur.

Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, que for
mam nostram reliquamque figuram in qua esset species honesta, eam posuit in
promptu, que partes autem corporis ad nature necessitatem date aspectum essent
deformem habiture atque fedum, eas contexit atque abdidit. Hanc nature tam dili
gentem fabricam imitata est hominum verecundia. Que enim natura occultavit eadem
omnes qui sana mente sunt removent ab oculis ipsique necessitati dant operam
ut quam occultissime pareant. Quarumque partium corporis usus sunt necessarii,
eas neque partes neque earum usus suis nominibus appellant. Quodque facere
non turpe est, modo occulte, id dicere obscenum est. Itaque nec actio illarum
rerum aperta petulantia vacat nec orationis obscenitas. Nec vero audiendi sunt
Cinici aut si qui fuerunt Stoici pene Cinici qui reprehendunt et irrident quod
ea que turpia non sint verbis flagitiosa ducamus. Illa autem que turpia
sint nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare re turpe est,
sed dicitur non obscene. Liberis dare operam re honestum
est, nomine obscenum est, pluraque in eam sententiam ab eisdem

contra verecundiam disputant. Nos autem naturam sequamur et ab omni
eo quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione fugiamus. Status
incessus sessio accubatio vultus oculi manuum motus teneant
illud decorum. Quibus in rebus duo maxime sunt fugienda ne quid
effeminatum aut molle et ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero
histrionibus oratoribusque concedendum est ut hiis hec apta sint nobis
dissoluta. Scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam
ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim ne si quo casu
evenerit ut corporis partes quedam aperiantur aspiciantur non decore.
Nostro quidem more cum parentibus puberes filii cum soceris generi non lavantur.
Retinenda est igitur huius generis verecundia presertim natura ipsa magistra et duce.
Cum autem pulcritudinis duo genera sint quorum in altero venustas sit in
altero dignitas. Venustatem muliebrem ducere debemus dignitatem viri-
lem. Ergo et a forma removeatur omnis viro non dignus ornatus et huic si-
mile vitium in gestu motuque caveatur. Nam et palestrici motus sunt
sepe odiosiores et histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant et in
utroque genere que sunt recta et simplicia laudantur. Forme autem dignitas
dignitas est alicuius honesta et cultus honore et verecundia digna auc-
toritas / coloris bonitate tuenda est et color exercitationibus corporis.
Adhibenda preterea munditia est non odiosa neque exquisita nimis
tantumque effugiat agrestem et inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda
vestitus. In quo sicut in plerisque rebus mediocritas optima est. Caven-
dum est autem ne aut tarditatibus in ingressu mollioribus ut pomparum
ferculis similes esse videamur aut in festinationibus suscipiamus nimias
celeritates. Que cum fiunt anhelitus moventur vultus mutantur ora torquentur
ex quibus magna significatur non adesse constantiam. Sed multo etiam ma-
gis elaborandum est ne animi motus a natura recedat quod assequemur
si cavebimus ne in perturbationes atque exanimationes incidamus et si attentos
animos ad decoris conservationem tenebimus. Motus autem animorum duplices
sunt. Alteri cogitationis alteri appetitus. Cogitatio in vero exquirendo maxime
versatur. Appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur ut cogi-
tatione ad res quam optimas utamur appetitum rationi obedientem prebeamus.
Et quoniam magna vis orationis est eaque duplex / altera contentionis altera
sermonis. Contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum contionum senatus. Ser-
mo in circulis / disputationibus / congressionibus familiarium versetur. Sequatur etiam

q. Duo genera pulchritudinis

Habitus

progressus

c ix

quinque contentionis precepta rethorum sunt · nulla sermonis quamquam haud
scio an possit hec quoque esse · Sed discentium studiis inveniuntur magistri ·
huic autem qui studeat sunt nulli · rethorum turba referta omnia · quamquam que
verborum sententiarumque precepta sunt eadem ad sermonem pertinebunt · Sed cum
orationis indicem vocem habeamus / in voce autem duo sequamur · ut clara sit
ut suavis · utrumque omnino a natura petendum est · verum alterum exercitatio au-
gebit · alterum imitatio presse loquentium et leniter · Nichil fuit in catulis ut eos
exquisito iudicio putares uti litterarum quamquam erant litterati · et alii similiter
hii autem optime uti lingua latina putabantur · Sonus erat dulcis · lit-
tere neque oppresse neque expresse / ne aut obscurum esset aut putidum sine contentione
vox nec languens nec canora / Uberior oratio L. crassi · nec minus faceta · sed
bene loquendi de catulis opinio non minor · Sale vero et facetiis · cesar catuli
patris frater vicit omnes / ut in illo ipso forensi genere dicendi · contentiones ali-
orum sermone vinceret · In hiis igitur omnibus elaborandum est si in omni re quid
deceat exquirimus · Sit ergo hic sermo in quo socratici maxime excellunt · lenis ·
minimeque pertinax insit in eo lepos · Nec vero tamquam in possessionem suam ve-
nerit / excludat alios · Sed cum reliquis in rebus tum in sermone communi vicissitu-
dinem non iniquam putet · Ac videat in primis quibus de rebus loquatur / si de
seriis · severitatem adhibeat · si iocosis leporem / In primisque videat ·
ne sermo vitium aliquod indicet inesse in moribus / quod maxime tum
solet evenire cum studiose de absentibus detrahendi causa · aut per ridiculum
aut severe · maledice · contumeliose dicitur / Habentur autem plerumque sermones
aut de domesticis negotiis · aut de re publica · aut de artium studiis atque de
doctrina · Danda igitur opera est · ut etiam si aberrare ad alia cepit / ad hec
revocetur oratio · sed utcumque affectus assistentium aderunt · Neque enim hisdem
de rebus · nec omni tempore · nec similiter delectamur / Animadvertendum etiam est · quatenus
sermo delectationem habeat · et ut incipiendi ratio fuit · ita sit desinendi
modus / Sed quo modo in omni vita rectissime precipitur ut perturbationes fugi-
amus · id est motus animi nimios rationi non obtemperantes / sic eiusmodi motibus
sermo debet vacare · Ne aut ira existat aut aliqua cupiditas · aut
pigritia · aut ignavia · aut tale aliquid appareat · maximeque cura-
ndum est · ut eos quibuscum sermonem conferemus · et vereri et diligere videamur ·
Obiurgationes etiam nonnumquam incidunt necessarie / In quibus utendum est
fortasse et vocis contentione maiore · et verborum gravitate acriore · Id agendum
est etiam / ut ea facere ne videamur irati · sed ut ad urendum et secandum
sic et ad hoc genus castigandi raro invitique veniemus / Nec umquam

nisi necessario si nulla reperietur medicina est tamen ira procul absit cum qua
nihil recte fieri nihil considerate potest. Magnam autem partem clementi ca-
stigatione licet uti gravitate tamen adiuncta ut severitas adhibeatur et
contumelia repellat. Atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet
obiurgatio significandum est ipsius id causa qui obiurgetur esse susceptum. Rectum
est autem etiam in illis contentionibus que cum inimicissimis fiunt etiam si nobis
indigna audiamus tamen gravitatem retinere iracundiam pellere. Que
enim cum aliqua perturbatione fiunt nec constanter fieri possunt nec
ab hiis qui assunt probari. Deforme etiam est de se ipso predicare falsa pre-
sertim et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. Et quoniam
omnia persequimur volumus quidem certe dicendum est etiam qualem hominis honorati
et principis domum placeat esse cuius finis est usus ad quem accommodanda
est edificandi descriptio et tamen adhibenda commoditatis dignitatisque diligentia.
Gneo Octavio qui primus consul factus est ex illa familia honori fu-
isse accepimus quod preclaram edificasset in palatio et plenam dignitatis
domum que cum vulgo viseretur suffragata domino novo homini ad con-
sulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit edibus.
Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit. Hic summi et claris-
simi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum retulit sed
ignominiam et calamitatem. Ornanda enim est dignitas domo non ex domo
tota querenda nec domo dominus sed domino domus honestanda est. Et ut
in ceteris habenda ratio non sua solum sed etiam aliorum. Sic in domo clari
hominis in qua et hospites multi sunt recipiendi et admittenda homi-
num cuiusque generis multitudo adhibenda est cura laxitatis. Aliter ampla do-
mus dedecori sepe fit si est in ea solitudo et maxime si aliquando alio
domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum a pretereuntibus dicitur. O domus
antiqua heu quam dispari dominare domino. Quod quidem hiis temporibus in multis
licet dicere. Cavendum autem est presertim si ipse edifices ne extra
modum sumptu et magnificentia prodeas quo in genere multum mali in
exemplo est. Studiose enim plerique presertim in hac parte facta principum
imitantur. Ut Lucii Luculli summi viri virtutem quis imitatur. At quam
multi villarum magnificentiam imitati sunt. Quarum quidem certe est adhiben-
dus modus ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas
ad omnem usum cultumque vite transferenda est. Sed hec hactenus. In omni
autem actione suscipienda tria sunt tenenda. Primum ut appetitus
rationi pareat quo nihil est ad conservanda officia accommodatius.

Domus

Epylogatio

Deinde ut animadūtat ꝗ̄ta illa res sit quā efficere uelimꝰ ut neue maior neue mīor cura ⁊ opa suscipiat̃ qm̄ ea postulet / Tertiū ē ut caueamꝰ ut ea que ꝑtinet ad liberalē speciē et dignitatē moderanda sint / modus aut̃ est optimꝰ decus ipm̄ tenere d' quo ante dixim̄ nec progredi longius · Horū tn̄ triū prestantissimū ē appetitū obtēperare ratōi / Deinceps de ordine rerū ⁊ de opportunitate tpm̄ dicendū est · Hac aut̃ sciā ꝯtinet ea quā greci eutaxiam nominant · nō hāc quā interptam̄ modestiā · quā in vbo modꝰ inest · ſꝫ illa ē eutaxia in qua intelligit̃ ordinis ꝯseruatio / Itaqꝫ ut eandē nos modestiā appellemꝰ sic definit̃ a stoycis · ut modestia sit sciā reru ear̄ que agent̃ aut dicent̃ loco suo collocandarū · Ita uidet̃ eadē uis ordinis ⁊ collocatōis fore · Naz ⁊ ordinē sic diffīūt · cōpositionē rerū aptis ⁊ accomodatis locis · locū aut̃ actionis oportunitatē tpis esse dicūt / Tempus aut̃ actionis oportunū · grece eucheria · lat̄ appellat̃ occasio / Sic fit ut modestia hec quā interpretam̄ ut dixi sciencia sit oportunī idoneoꝝ ad agendū tpm̄ / Sꝫ pōt eadē esse prudētie deffinitio · de quā principio diximꝰ / Hoc aūt loco de moderatione ⁊ tēperātia ⁊ harū similibus virtutibꝫ querimꝰ / Itaqꝫ que erāt prudētie ꝓpria · suo loco dicta sūt / Que aut̃ has virtutū de quibus iam diu loquimur · que ꝑtinet ad uerecundiā ⁊ ad eoꝝ approbationē qbꝫ cōuiuimꝰ nūc dicenda sūt / Talis ē igr̄ ordo actionū adhibendꝰ ut quēadmodū in oratōe ꝯstati sic in uita omīa sīt apta inꝰ se et conuenientia / Turpe em̄ ualdeqꝫ uiciosū in re seuera / cōuiuio dignū aut delicatū aliquē inferre sermonē / Bene pycles cū haberet collegā ī ptura sophoclē / hiqꝫ de cōi officio ꝯuenissent ⁊ casu puer speciosus pteriret / dixissetqꝫ sophocles · o puez pulcru pycle · At em̄ ꝑtorē sophocle decet · nō solū manꝰ ſꝫ etiā oculos abstinētes habere / Atqꝫ hoc idē sophocles si in athletaꝝ ꝓbatōe dixisset · iusta repꝛehēsione caruisset / tanta ē uis loci et tpis / ut si qs cū causā sit acturus / in itinere aut in ambulatōe secū ipe meditet̃ · aut si quid aliud attentius cogitet / non repꝛehendat̃ · At hoc idē si in cōuiuio faciat · inhumanꝰ uideat̃ inscitia tpis / Sꝫ ea q̄ multū ab humanitate discrepat · ut si quis in foro cantet · aut si qua est alia magna puersitas facile apparet / nec magnopere admonitionē ⁊ pcepta desiderat / Que aut̃ parua uidentur esse delicta / neqꝫ a

c xx

Modestia

multis intelligi possint, ab hiis est diligentius declinandum. Ut in fidibus atque in tibiis quamvis paululum discrepet, tamen id a sciente animadverti solet. Sic videndum est ne in vita forte discrepet quid, vel multo etiam magis, quo maior et melior actionum quam sonorum concentus est. Itaque ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt, sic nos si acres ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna saepe intelligemus ex parvis. Ex oculorum obtutu, ex elevatione aut remissione superciliorum, ex mestitia et hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex summissione, ex ceteris similibus facile iudicabimus quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Quo in genere non est incommodum quale quodque eorum sit ex aliis iudicare, ut si quid non deceat in illos, vitemus ipsi. Fit enim nescio quo modo ut magis in aliis cernamus quam in nobismet ipsis si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in discendo quorum vitia imitantur emendandi causa magistri. Nec vero alienum est ad ea eligenda que dubitationem afferunt adhibere doctos homines vel etiam usu peritos, et quid hiis de unoquoque officii genere placeat exquirere. Maior enim pars eo fere deferri solet quo a natura ipsa deducitur. In quibus quid quisque loquatur videndum est non modo, sed etiam quid quisque sentiat, atque etiam de qua causa quid quisque sentiat. Ut enim pictores et hii qui signa fabricant, et vero poete suum quisque opus a vulgo considerari vult, ut si quid reprehensum sit a pluribus id corrigatur, hii et hoc secum et cum aliis quid in eo peccatum sit exquirunt, sic aliorum iudicio permulta nobis et facienda et non facienda et mutanda et corrigenda sunt. Que vero more agentur institutisque civilibus, de hiis nihil est precipiendum. Illa enim ipsa precepta sunt, nec quemquam hoc errore duci oportet ut si quid Socrates vel Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitrentur licere; magnis enim illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cinicorum vero ratio tota est eicienda; est enim inimica verecundie, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de re publica sentientes ac bene meritos aut merentes aliquo honore aut imperio affectos, observare et colere debemus. Tribuere enim multum senectuti, cedere hiis qui magistratum habebunt, habere delectum civis et peregrini, in ipsoque peregrino privatimne an publice venerit. Ad summam, ne agam de singulis, commune totius generis

Dat doctrinam de artibus volens docere que sunt artes laudabiles que vituperabiles et declarat honestas et vituperabiles ... de artibus predictis

hominum conciliatione et consociatione colere tueri servare debemus.
Iam de artificiis et questibus qui liberales habendi qui sordidi sint
hec fere accepimus. Primum improbantur hii questus qui in odia hominum incurrunt
ut portitorum ut feneratorum. Illiberales autem et sordidi questus mercenariorum
omnium quorum opere non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa
merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam putandi sunt qui mer-
cantur a mercatoribus quod statim vendant. Nichil enim proficiunt nisi
admodum mentiantur. Nec vero est quicquam turpius vanitate. Opificesque
omnes in sordida arte versantur. Nec vero quicquam ingenuum habere potest
officina. Minimeque artes hec sunt probande que ministre sunt volu-
ptatum. Cetarii lanii coqui fartores piscatores ut ait Terencius. Adde
huc si placet unguentarios saltatores totumque ludum talarium. Quibus
autem artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas
queritur ut medicina ut architectura aut doctrina rerum honestarum.
he sunt hiis quorum ordini conveniunt honeste. Mercatura autem si te-
nuis est sordida putanda est. Si vero magna et copiosa multa undique
apportans multisque sine vanitate impertiens non est admodum vituperanda.
Atque etiam si satiata questu vel contenta potius ut sepe ex alto in
portum ex ipso portu se in agros possessionesque contulit. Inde videtur optimo
iure posse laudari. Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur nichil est agri
cultura melius nichil uberius nichil dulcius nichil homine libero
dignius. De qua quoniam in Catone maiore satis multa diximus illinc
assumes que ad hunc locum pertinebunt. Sed ab hiis partibus que
sunt honestatis quemadmodum officia ducerentur satis expositum videtur.
Eorum autem ipsorum que honesta sunt potest incidere sepe contentio et comparatio
de duobus honestis utrum honestius. Qui locus a Panetio est pretermissus.
Nam cum omnis honestas manet a partibus quattuor quarum una sit cogni-
tionis altera communitatis tertia magnanimitatis quarta moderationis. Hec
in deligendo officio sepe inter se comparentur necesse est. Placet igitur apti-
ora esse nature ea officia que ex communitate quam ea que ex cognitione
ducantur. Idque hoc argumento confirmari potest quod si contingerit ea vita sa-
pienti ut in omnium rerum affluentiis copiis quamvis omnia que digna cogni-
tione sunt summo otio secum ipse consideret et contempletur tamen si solitudo
tanta sit ut hominem videre non possit excedat e vita. Princepsque
omnium virtutum est illa sapientia quam sophiam greci vocant. Prudentiam

mercatores

Nota
De iusticia quod melior sit quam prudencia

Sapientia prudencia

tiam enim quam greci phronesim dicunt aliam quandam intelligimus
que est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Illa autem sapientia quam prin
cipem dixi rerum est humanarum et divinarum scientia in qua continetur deorum et
hominum communitas et societas inter ipsos. Ea si maxima est ut est certe nec-
esse est ab hac communitate ducatur officium id esse maximum. Etenim cognitio contem
placioque nature manca quodammodo atque inchoata sit si nulla actio rerum
consequatur. Ea autem actio in hominum tuendis commodis maxime cernitur.
pertinet igitur ad societatem generis humani quare hec cognitioni anteponenda est
atque id optimus quisque re ipsa ostendit et indicat. Quis enim est tam
cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura ut si ei tractanti
contemplantique res cognitione dignissimas subito sit allatum periculum
discrimenque patrie cui subvenire opitularique possit non illa omnia
relinquat atque abiciat etiam si dinumerare se stellas aut metiri mun
di magnitudinem posse arbitretur. Atque hoc idem in parentis in amici
re aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur studiis officiisque
scientie preponenda esse officia iusticie que pertinent ad hominum utilitatem qua nichil
homini esse debet antiquius. Atque illi quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione
versata est tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesse
runt. Nam et erudiverunt multos quo meliores cives utilioresque rebus
suis publicis essent. ut thebanum epaminundam lisias pythagoreus
siracosium dyonem plato multique multos. nosque ipsi quicquid ad rem p.
attulimus si modo aliquid attulimus a doctrina atque doctoribus instructi
ad eam et ornati accessimus. Neque solum vivi atque presentes studiosos
discendi erudiunt atque docent. sed hoc idem etiam post mortem monimentis
literarum assequuntur. Nec enim locus ullus est pretermissus qui ad leges
qui ad mores qui ad disciplinam rei p. pertinet ut otium suum ad nostrum
negocium contulisse videantur. Ita illi ipsi doctrine studiis et sapientie dediti
ad hominum utilitatem suam prudentiam intelligentiamque potissimum conferunt. ob
eamque etiam tam eloqui copiose modo prudenter melius est quam quamvis acutissime
sine eloquentia cogitare quia cogitatio in se ipsa vertitur. eloquentia com
plectitur eos quibus cum communitate coniuncti sumus. Atque ut apium examina
non fingendorum favorum causa congregantur sed cum congregabilia natura sint fingunt
favos sic homines ac multo etiam magis natura congregati adhibent
agendi cogitandique sollertiam. Itaque nisi ea virtus que constat ex hominibus

tuendis in societate generis humani attingat cognitio rerum, sola
vaga cognitio et ieiuna videatur. Atque magnitudo animi remota com-
munitate coniunctioneque humana feritas sit quedam et immanitas. Ita
fit ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. Nec verum est
quod dicitur a quibusdam propter necessitatem vite quod ea que natura desideraret consequi
sine aliis atque efficere non possemus, idcirco initam esse cum hominibus communitatem et societatem
et communitatem. Quodsi omnia nobis que ad victum cultumque pertinent quasi virgula
divina ut aiunt suppeditarentur, tum optimo quisque ingenio negotiis
omnibus omissis in cognitione et scientia collocaret. Non est ita. Nam et solitu-
dinem fugeret et socium studii quereret, tum docere, tum discere vellet, tum audire,
tum dicere. Ergo omne officium quod ad coniunctionem hominum et ad tuendam so-
cietatem valet anteponendum est illi officio quod cognitione et scientia continetur.
Illud forsitan querendum sit, num hec communitas que maxime est apta nature
sit et moderationi modestieque semper anteponenda. Non placet. Sunt enim quedam
partim ita feda, partim ita flagitiosa ut ea ne conservande quidem patrie
causa sapiens sit facturus. Ea Posidonius collegit permulta, sed ita tetra queda,
ita obscena ut dictu quoque videantur turpia. Hec igitur non suscipiet
rei publice causa, nec res publica pro se suscipi volet. Sed hoc commodius se res habet quod non potest
accidere tempus ut intersit rei publice quicquam illorum facere sapientem. Quare hoc quidem
effectum sit in officiis deligendis ut hoc genus officiorum excellat quod teneatur
hominum societate. Etenim cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio. Ita
fit ut agere considerate sit pluris quam cogitare prudenter. Atque hec
quidem hactenus. Patefactus enim locus est ipse ut non difficile sit in
exquirendo officio quid cuique ponendum sit videre. In ipsa autem communitate
sunt gradus officiorum, ex quibus quid cuique prestet intelligi possit, ut
prima diis immortalibus, secunda patrie, tercia parentibus, deinceps gra-
datim reliquis debeantur. Quibus ex rebus breviter disputatis intelligi pos-
sit non solum id homines solere dubitare honestum ne an turpe sit,
sed etiam duobus propositis honestis utrum honestius sit. Hic locus a
Panetio ut supra dixi pretermissus est. Sed iam ad reliqua pergamus.

Secundus liber.

Quemadmodum officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque
ab omni genere virtutis satis explicatum arbitror libro superi-
ore. Sequitur ut hec officiorum genera persequar que pertinent
ad vite cultum et ad earum rerum quibus utuntur homines facultates,
ad opes, ad copias. In quo tum queri dixi quid utile, quid inutile, tum

Nota

ex utilibus quid utilius aut quid maxime utile. De quibus dicere aggre-
diar si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixero. Quamquam enim
libri nostri complures non modo ad legendi sed etiam ad scribendi studium excita-
verunt tamen interdum vereor ne quibusdam bonis viris philosophie nomen sit
invisum mirenturque in ea tantum me opere et temporis ponere. Ego autem quam diu
res publica per eos gerebatur quibus se ipsa commiserat omnes meas curas cogi-
tationesque in eam conferebam. Cum autem dominatu unius omnia tenerentur
neque esset usquam consilio aut auctoritati locus, socios denique tuende
rei publice summos viros amisissem nec me angoribus dedidi quibus essem
confectus nisi restitissem hiis nec rursum indignis homine docto volu-
ptatibus. Atque utinam res publica stetisset quo ceperat statu nec in homines
non tam commutandarum quam evertendarum rerum cupidos incidisset. Primum enim ut
stante re publica facere solebamus in agendo plus quam in scribendo opere poneremus
deinde ipsis scriptis non ea que nunc sed actiones nostras mandaremus ut
sepe fecimus. Cum autem res publica in qua omnis mea cura cogitatio opera
poni solebat nulla esset omnino, ille scilicet littere conticuerunt forenses et senatorie.
Nichil autem agere cum animus non posset in hiis studiis in quibus ab initio
versatus etatis existimavi honestissime molestias posse deponi si me ad phi-
losophiam retulissem. Cui cum multum adolescens discendi causa temporis tri-
buissem posteaquam honoribus inservire cepi meque totum rei publice tradidi tantum
erat philosophie loci quantum superfuerat amicorum et rei publice temporibus. Id autem omne con-
sumebatur in legendo, scribendi otium non erat. Maximis igitur in malis
hoc tamen boni assecuti videmur ut ea litteris mandaremus que nec erant
satis nota nostris et erant cognitione dignissima. Quid enim est per deos
optabilius sapientia, quid prestantius, quid homini melius, quid homine dignius.
Hanc igitur qui expetunt philosophi nominantur. Nec quicquam est aliud philosophia
si interpretari velis preter studium sapientie. Sapientia autem est ut a veteribus
philosophis diffinita est rerum divinarum et humanarum causarumque quibus hee res continentur
scientia. Cuius studium qui vituperat haud sane intelligo quid nam sit quod
laudandum putet. Nam sive oblectatio queritur animi requiesque curarum
que conferri cum eorum studiis potest qui semper aliquid inquirunt quod spectet
et valeat ad bene beateque vivendum, sive ratio constantie virtutisque ducitur
aut hec ars est aut nulla omnino per quam eas sequamur. Nullam dicere
maximarum rerum artem esse cum minimarum sine arte nulla sit hominum
est parum considerate loquentium atque in maximis rebus errantium. Si

aut est aliqua disciplina virtutis · ubi ea queretur · cum ab hoc discen
di genere discesseris · Sed hec cum ad philozophiam cohortamur accu
ratius disputari solent · quod alio quodam libro fecimus · Hoc autem tem
pore nobis declarandum fuit · cur orbati rei publice muneribus · ad hoc studium
nos potissimum contulissemus · Occurritur autem nobis · et quidem a doctis
et eruditis querentibus · satis ne constanter facere videamur · qui cum percipi
nichil posse dicamus · tamen et aliis de rebus disserere soleamus · et hoc ipso tempore
officii persequimur precepta · Quibus vellem satis cognita esset nostra sententia.
Non enim sumus hii quorum vagetur animus errore · nec habeat unquam
quod sequatur · Que enim esset ista mens uel que vita potius non modo
disputandi sed etiam vivendi ratione sublata. Nos autem ut ceteri alia certa
alia incerta esse dicunt · sic ab hiis dissentientes · alia probabilia contra
alia dicimus · Quid est igitur quod me impediat ea que probabilia michi
videantur sequi · que contra improbare · atque affirmandi arrogantiam vi
tare · fugere temeritatem · que a sapientia dissidet plurimum · contra autem
omnia disputant a nostris · hoc ipsum probabile elucere non possit · nisi ex utraque
parte causarum esset facta contentio · Sed hec explanata sunt in Achade
micis nostris satis ut arbitror diligenter · Tibi autem mi Cicero quamquam in an
tiquissima nobilissimaque philozophia Cratippo auctore versaris
hiis simillimo qui ista preclara pepererunt · tamen hec nostra finitima vestris i
gnota esse nolui · sed iam ad instituta pergamus.

Quinque igitur rationibus propositis officii persequendi · quarum due ad decus
honestatemque pertinerent · due ad comoda vite · copias · opes · facul
tates · quinta ad eligendum iudicium si quando ea que dixi videantur pugnare
inter se · honestatis pars confecta est · quam quidem tibi cupio esse notissimam.
Hoc autem de quo nunc agimus id ipsum est quod utile appellamus · In quo
verbo lapsa consuetudo deflexit de via · sensimque eo deducta est
ut honestatem ab utilitate secernens · constitueret esse honestum aliquid
quod utile non esset · et utile quod non honestum · qua nulla pernicies
maior hominum vite potuit afferri · Summa quidem auctoritate philozophi
severe scilicet atque honeste hec tria genera confusa cogitatione distinguunt ·
Quicquid enim iustum sit id utile esse censent · itemque quod honestum idem iustum · Ex
quo efficitur ut quicquid honestum sit idem sit utile · Quod qui parum perspi
ciunt · hii sepe versutos homines et callidos admirantes · maliciam
sapientiam iudicant · quorum error eripiendus est · opinioque omnis
ad eam spem traducenda · ut honestis consiliis iustisque factis non

fraude et malitia se intelligant ea que velint consequi posse.
Que vero ad vitam hominum tuendam pertinent partim sunt inania ut
aurum argentum et ut ea que gignunt e terra et ut alia eiusdem generis
partim animalia que habent suos impetus et rerum appetitus. Eorum autem
rationis expertia sunt alia alia ratione utentia. Expertes rationis equi boves
reliquae pecudes apes quarum opere efficitur aliquid ad usum hominum atque
vitam. Ratione autem utentium duo genera ponunt deorum unum alterum
hominum. Deos placatos pietas efficiet et sanctitas. Proxime autem et secundum deos
homines hominibus maxime utiles esse possunt. Earumque item rerum que no-
ceant et obsint eadem divisio est. Sed quia deos nocere non putant hiis
exceptis homines hominibus obesse plurimum arbitrantur. Ea enim ipsa que
inania diximus pleraque sunt hominum operis effecta que nec haberemus nisi
manus et ars accessissent nec hiis sine hominum administratione uteremur.
Neque enim valitudinis curatio neque navigatio neque agricultura neque fru-
gum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera ulla esse
potuisset. Iam vero et earum rerum quibus habundaremus exportatio et earum quibus
egeremus invectio nulla certe esset nisi hiis muneribus homines fungerentur.
Eodemque modo nec lapides ex terra exciderentur ad usum nostrum necessarii nec
ferrum es aurum argentum effoderetur penitus abditum sine hominum labore
et manu. Tecta vero quibus et frigorum vis pelleretur et calorum molestie seda-
rentur unde aut in initio generi humano dari potuissent aut postea sub-
veniri si aut vi tempestatis aut terre motu aut vetustate ceci-
dissent nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset.
Adde ductus aquarum derivationes fluminum agrorum irrigationes moles
oppositas fluctibus portus manu factos que unde sine hominum opere
habere possemus. Ex quibus multisque aliis perspicuum est qui fructus quaeque
utilitates ex rebus hiis que sint inanima percipiantur eas nos nullo modo
sine hominum manu atque opera capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus
aut que commoditas nisi homines adiuvarent percipi posset. Nam et illi qui
principes inveniendi fuerunt quem ex quaque belua usum habere possemus
homines certe fuerunt nec hoc tempore sine opera hominum aut pascere eas aut
domari aut tueri aut tempestivos fructus ex hiis capere possemus. Ab
eisdemque et hec que nocent interficiuntur et que usui possunt esse capiuntur. Quid
enumerem artium multitudinem sine quibus vita omnino nulla esse potuisset.
Quid enim egris subveniretur que esset oblectatio valentium qui victus aut cultus.

bestie

Urbes

nisi tam multe nobis artes ministrarent. Quibus rebus exculta ho-
minum vita tantum distat a victu et cultu bestiarum. Urbes vero sine hominum
cetu non potuissent nec edificari nec frequentari. Ex quo leges mo-
resque constituti sunt. Tum iuris equa descriptio certaque vivendi disciplina.
Quas res et mansuetudo animorum consecuta et verecundia est effectumque est
ut esset vita munitior atque ut dando et accipiendo mutandisque facultatibus
et commodis nulla re egeremus. Longiores hoc loco sumus quam necesse est. Quis
enim est cui non perspicua sint illa que pluribus verbis a Panetio commemo-
rantur. Neminem neque ducem bello nec principem domi magnas res et salu-
tares sine hominum studiis gerere potuisse. Commemorantur ab eo Themistocles
Pericles Cyrus Agesilaus Alexander quos negat sine adiumentis
hominum tantas res efficere potuisse. Utitur in re non dubia testibus non necessariis.
Atque ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu
sic nulla tam detestabilis pestis est que non homini ab homine nascatur. Est
Dicearchi liber de interitu hominum peripathetici magni et copiosi qui colle-
ctis ceteris causis eluvionis pestilentie vastitatis beluarum etiam repen-
tine multitudinis quarum impetu docet quedam genera hominum esse consumpta
deinde comparat quanto plures deleti sint homines hominum impetu id est bellis et
seditionibus quam omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat
dubitationis quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint proprium hoc statuo
esse virtutis conciliare animos hominum et ad usus suos adiungere. Itaque que in rebus in-
animis quaeque in tractatione beluarum fiunt utiliter ad hominum vitam artibus ea
tribuuntur operosis. Hominum autem studia ad amplificationem rerum nostrarum prompta
ac parata virorum prestantium sapientia et virtute excitantur. Etenim virtus omnis
tribus in rebus fere vertitur. Quarum una est in perspiciendo quid in qua-
que re verum sincerumque sit quid consentaneum cuique quid consequens ex quo quodque gignatur
que cuiusque rei causa sit. Alterum cohibere motus animi turbatos quos
greci pathe nominant appetitionesque quas illi hormas appellant obedi-
entes efficere rationi. Tertium hiis quibuscum congregemur uti moderate et scienter
quorum studiis ea que natura desiderat expleta cumulataque habeamus per eosdemque
si quid importetur nobis adversi incommodique propulsemus ulciscamurque eos qui nobis
nocere conati sunt tantaque pena afficiamus quantam equitas humanitasque patitur.
Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus ut hominum studia com-
plectamur eaque teneamus dicemus. Neque ita multo post sed pauca ante
dicenda sunt. Magnam vim esse in fortuna in utramque partem ut secundas ad res
et adversas quis ignoret. Nam et cum prospero flatu eius utimur ad exitus

pervehimur optatos et cum reflavit affligimur. Haec igitur ipsa fortuna ceteros
casus rariores habet, primum ab inanimis procellas, tempestates, naufra-
gia, ruinas, incendia, deinde a bestiis ictus, morsus, impetus. Haec ergo
ut dixi rariores. At vero interitus exercituum ut proxime trium, saepe
multorum clades imperatorum, ut nuper summi et singularis viri, invidie preterea
multitudinis atque ob eas bene meritorum saepe civium expulsiones,
calamitates, fuge, rursusque secunde res, honores, imperia, victorie, quamquam for-
tuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici pos-
sunt. Hoc igitur cognito dicendum est quonam modo hominum studia ad utilitates nostras
allicere atque excitare possimus. Que si longior fuerit oratio, cum magnitudine
utilitatis comparetur; ita fortasse etiam brevior videbitur. Quecumque igitur homines
homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut benivolentie gratia
faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligunt, aut honoris, si cuius virtutem
suspiciunt quemque dignum fortuna quam amplissima putant, aut cui fidem habent
et bene rebus suis consulere arbitrantur, aut cuius opes metuunt, aut
contra a quibus aliquid expectant, ut cum reges populares ve homines largitiones
aliquas proponunt, aut postremo precio ac mercede ducuntur, que sor-
didissima est illa quidem ratio et inquinatissima et hiis qui ea tenentur et illis
qui ad eam confugere conantur. Male enim se res habet, cum quod virtute
effici debet id temptatur pecunia. Sed quoniam nonnumquam hoc subsidium necessarium est,
quemadmodum sit utendum eo dicemus, si prius hiis de rebus que virtuti
propiores sunt dixerimus. Atque etiam subiciunt se homines imperio alterius
et potestati de causis pluribus. Ducuntur enim aut benivolentia aut bene-
ficiorum magnitudine aut dignitatis prestantia aut spe sibi id utile
futurum putant aut metu ne vi parere cogantur aut spe largitionis promissisque
capti aut postremo ut saepe in nostra re publica videmus mercede conducti.
Omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas
quam diligi nec alienius quam timeri. Preclare enim Ennius: Quem metuunt
oderunt; quem quisque odit periisse expetit. Multorum autem odiis nullas
opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. Nec vero huius
tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, interitus declarat
quantum odium hominum valet ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum,
quorum haud fere quisquam talem interitum effugit. Malus enim custos est
diuturnitatis metus contraque benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem.
Sed hiis qui vi oppressos imperio coercent sit sane adhibenda sevitia,
ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera civitate

ita se instruunt ut metuantur. Quibus nihil potest esse dementius. Quamvis
enim sint leges demersae alicuius opibus, quamvis timefacta sit libertas,
emergunt tamen haec aliquando aut iudiciis tacitis aut occultis de honore
suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermissae libertatis quam re-
tentae. Quod igitur latissime patet neque ad incolumitatem solum sed etiam ad
opes et potentiam plurimum valet, id amplectamur, ut metus absit, cari-
tas retineatur. Ita facillime quae volemus et privatis in rebus et in re publica
consequemur. Etenim qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem
metuant ipsi necesse est. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium
quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios
candente carbone sibi adurebat capillum? Quid Alexandrum Pheraeum
quo animo vixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben
admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens barbarum,
quidem et eum, ut scriptum est, compunctum notis Thraeciis destricto gladio
iubebat anteire praemittebatque de stipatoribus suis qui scrutarentur
arculas muliebres et ne quod in vestimentis telum occultaretur exquirerent.
O miserum, qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret quam coniugem!
Nec eum fefellit. Ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Nec
vero ulla vis imperii tanta est, quae premente metu possit esse diuturna.
Testis est Phalaris, cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas, qui non
ex insidiis interiit, ut is quem modo dixi Alexander, non a paucis ut
hic noster, sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid Ma-
cedones? nonne Demetrium reliquerunt universique se ad Pyrrhum contulerunt?
Quid Lacedaemonios iniuste imperantes? Nonne repente omnes fere socii
deseruerunt spectatoresque se otiosos praebuerunt Leuctricae calamitatis? Externa
libentius in tali re quam domestica recordor. Verum tamen quamdiu imperium populi Romani
tenebatur beneficiis non iniuriis, bella aut pro sociis aut de imperio gerebantur,
exitus erant bellorum aut mites aut necessarii, regum, populorum, nationum
portus erat et refugium senatus; nostri autem magistratus imperatoresque
ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios
aequitate et fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terrae verius
quam imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem et disciplinam iam
ante minuebamus, post vero Sullae victoriam penitus amisimus. Desitum est
enim videri quicquam in socios iniquum, cum exstitisset in cives tanta crude-
litas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria. Est enim
ausus dicere, hasta posita cum bona in foro venderet et bonorum virorum
et locupletium et certe civium, praedam se suam vendere. Secutus est qui
in causa impia, victoria etiam foediore, non singulorum civium

bona publicaret. sed universas provincias regionesque uno calami-
tatis iure comprehenderet. Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus ad ex-
emplum amissi imperii portari in triumpho massilia vidimus et ex ea
urbe triumphari sine qua numquam nostri imperatores ex transalpinis bellis
triumpharunt. Multa praeterea commemorarem nepharia in socios si hoc uno
quicquam sol vidisset indignius. Iure igitur plectimur. Nisi enim multorum impunita
scelera tulissemus numquam ad unum tanta pervenisset licentia a quo quidem
rei familiaris ad paucos cupiditatum ad multos improbos venit
hereditas. Nec vero umquam bellorum civilium semen et causa deerit dum homines
perditi hastam illam cruentam et meminerint et sperabunt quam P. Silla cum
vibrasset dictatore propinquo suo idem sexto tricesimo anno post a scele-
ratiore hasta non recessit. Alter autem qui in illa dictatura scriba fue-
rat in hac fuit questor urbanus. Ex quo debet intelligi talibus premiis
propositis numquam defutura bella civilia. Itaque parietes modo urbis stant
et manent hique ipsi iam extrema scelera metuentes rem vero publicam
penitus amisimus atque in has clades incidimus. Redeundum est enim ad
propositum dum metui quam cari esse et diligi malumus. Que si populo romano iniuste
imperanti accidere potuerunt quid debent putare singuli. Quod cum perspi-
cuum sit benivolentie vim esse magnam metus imbecillam. Sequitur ut dis-
seramus quibus rebus facillime possimus eam quam volumus adipisci cum
honore et fide caritatem. Sed eam non pariter omnes egemus. Nam ad cuiusque vi-
tam institutam accomodandum est a multisne opus sit an satis sit a pau-
cis diligi. Certum igitur hoc sit idque et primum et maxime necessarium familiari-
tates habere fidas amantium nos amicorum et nostra mirantium. Hec enim est una res
prorsus ut non multum differat inter summos et mediocres viros eaque utris-
que est propemodum comparanda. Honore et gloria et benivolentia civium fortasse
non omnes eque egent, sed tamen si cui hec suppetunt adiuvant aliquantum tum ad
cetera tum ad amicitias comparandas. Sed de amicitia in alio libro dictum est
qui inscribitur Lelius. Nunc dicamus de gloria quamquam ea quoque de re duo sunt
nostri libri. Sed attingamus quandoque ea in rebus maioribus administrandis
adiuvat plurimum. Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his. si di-
ligit multitudo. si fidem habet. si cum admiratione quadam honore dignum putet. Hec autem
si est simpliciter breviterque dicendum quibus rebus pariuntur a singulis hisdem fere
a multitudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem ut univer-
sorum animos tamquam influere possimus. Ac primum de illis tribus que ante
dixi benivolentie precepta videamus. Que quidem capitur beneficiis ma-

[illegible] mala prudentia sine iusticia ut [illegible]

tum ordo aut loco voluntate beneficia benivolentiam movent etiam
si res forte non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa
fama et opinione liberalitatis beneficiorum iusticie fidei omniumque earum vir
tutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud ipsum
quod honestum decorumque dicimus quia per se nobis placet animosque hom
natura et specie sua commovet maximeque quasi perlucet ex hiis quas comme
moravi virtutibus idcirco illos in quibus eas virtutes esse remur a na
tura ipsa diligere cogimur. Atque hee quidem cause diligendi gravissime possunt
enim preterea nonnulle esse leviores. Fides autem ut habeatur duabus
rebus effici potest si existimabimur adepti coniunctam cum iusticia prudentiam.
Nam et hiis fidem habemus quos plus intelligere quam nos arbitramur quosque
futura prospicere credimus et cum res agatur in discrimenque ventum sit expedire rem
et consilium ex tempore capere posse. Hanc enim utilem homines existimant veramque pru
dentiam. Iustis autem et fidis hominibus id est bonis viris ita fides habetur
ut nulla sit in hiis fraudis iniurieque suspicio. Itaque hiis salutem
nostram hiis fortunas hiis liberos rectissime committi arbitramur. Harum igitur
duarum ad fidem faciendam iusticia plus pollet. Quippe cum ea sine pru
dentia satis habeat auctoritatis. prudentia sine iusticia nichil valet
ad faciendam fidem. Quo enim quis versutior et callidior est hoc invisior
et suspectior detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentie iusticia
coniuncta quantum volet habebit ad faciendam fidem virium. Iusticia sine prudentia
multum poterit nil vero sine iusticia valebit prudentia. Sed ne quis sit
admiratus cur cum inter omnes philosophos constet atque a me ipso sepe disputa
tum sit qui unam haberet omnes habere virtutes nunc ita seiungam quasi possit
quisquam qui non idem prudens sit iustus esse. Alia est illa cum veritas ipsa limatur
in disputatione subtilitas. Alia cum ad opinionem communem omnis accommoda
tur oratio. Quamobrem ut vulgus ita nos hoc loco loquimur ut alios vi
ros bonos alios fortes alios prudentes esse dicamus. popularibus enim verbis est
agendum et usitatis cum loquimur de opinione populari. Idque eodem
modo fecit Panetius. Sed ad propositum revertamur. Erat igitur ex tribus
que ad gloriam pertinerent hoc tercium ut cum admiratione hominum honore
ab hiis digni iudicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia que
magna et preter opinionem suam animadverterint. Separatim autem in singulis si
perspiciunt necopinata quedam bona. Itaque eos viros suspiciunt ma
ximisque efferunt laudibus in quibus existimant se excellentes quasdam
et singulares perspicere virtutes. despiciunt autem eos et contemnunt in quibus

Fides unde

Nota

admiratio unde veniat

nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. Non enim omnes eos
contemnunt de quibus male existimant. Nam quos improbos, maledicos,
fraudulentos putant et ad faciendam iniuriam instructos, eos haud quaquam
contemnunt quidem, sed de hiis male existimant. Quamobrem ut ante dixi
contemnuntur hii qui nec sibi nec alteri, ut dicitur, in quibus nullus labor,
nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem afficiuntur hii qui
anteire ceteros virtute putantur et cum omni carere dedecore, tum vero hiis
viciis quibus alii non facile possunt obsistere. Nam et voluptates blandissime
domine maiores partes animi a virtute detorquent et dolorum cum admoventur
faces preter modum plerique exterrentur. Vita, mors, divitie, paupertas omnes
homines vehementissime permovent. Qui autem in utramque partem excelso animo
magnoque despiciunt, cumque aliqua hiis ampla et honesta res obiecta est,
totos ad se convertit et rapit, tum quis non admiretur splendorem pulcritudinemque
virtutis? Ergo et hec animi despicientia admirabilitatem magnam facit, et maxime
iusticia, ex qua una virtute viri boni appellantur, mirifica quedam
multitudini videtur. Nec iniuria quippe. Nemo enim iustus esse potest qui
mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea que sunt hiis
contraria equitati anteponit. Maximeque admirantur eum qui pecunia non
movetur. Quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatum arbitrantur.
Illa itaque tria que proposita sunt ad gloriam, omnia iusticia conficit, et benivolentiam,
quia prodesse vult plurimis, et ob eandem causam fidem et admirationem, quod eas res
spernit et negligit ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. Ac
mea quidem sententia omnis ratio atque institutio vite adiumenta hominum
desiderat, in primisque ut habeat quibuscum possit familiares conferre sermones,
quod est difficile nisi speciem boni viri pre te feras. Ergo etiam solitario
homini atque in agro vitam agenti opinio iusticie necessaria est. Eoque etiam
magis, quod eam si non habebunt, iniusti habebuntur, nullis presidiis septi multis
que afficientur iniuriis. Atque hiis etiam qui vendunt, emunt, conducunt,
locant, contrahendisque negotiis implicantur, iusticia ad rem gerendam necessaria
est, cuius tanta vis est ut ne illi quidem qui maleficio et scelere
pascuntur possint sine ulla particula iusticie vivere. Nam qui eorum cuipiam
qui una latrocinantur furatur aliquid aut eripit, is sibi ne in latrocinio
quidem relinquit locum. Ille autem qui archipirata dicitur, nisi equabiliter predam dis-
partiat, aut interficitur a sociis aut relinquitur. Quin etiam leges la-
tronum esse dicuntur, quibus pareant, quibus obtemperent. Itaque propter equabilem
prede partitionem et Bardulus Illiricus latro, de quo est apud Theopompum,
magnas opes habuit, et multo maiores Viriathus Lusitanus.

Non solum iusticia innuit [illegible] homines [illegible]
quia homo indiget sermone [illegible]
Iusticia est utilis etiam scelerato
de lege latronum
Theopompus quidam auctor [illegible]
Ab ylirico mari in quo pyratica exercebat
Lusitania pars est Hyspanie

tum quidem etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt. Quem C. lelius is qui sapiens usurpatur pretor fregit et comminuit. ferocitatemque eius ita repressit ut facile bellum reliquis tradet. Cum igitur tanta vis iustitie sit ut ea etiam latronum opes firmet atque augeat. quantam eius vim inter leges et iudicia et in constituta re publica fore putamus. Mihi quidem non apud medos solum ut ait herodotus sed etiam apud maiores nostros iustitie fruende causa videntur olim bene morati reges constituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab hiis qui maiores opes habebat ad unum aliquem confugiebat virtute prestantem. qui cum prohiberet iniuria tenuiores equitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat. Eademque constituendarum legum fuit causa que regum. Ius enim semper est quesitum equabile. neque enim aliter esset ius. Si ab uno viro iusto et bono consequebantur erant eo contenti. Cum id minus contigeret leges sunt invente que cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est eos ad imperandum deligi solitos quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. Adiuncto vero ut iidem etiam prudentes haberentur nichil erat quod homines hiis auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda et retinenda iustitia est tum ipsa per se. nam aliter iustitia non esset. tum propter amplificationem honoris et glorie. Sed ut pecunie non querende solum ratio est verum etiam collocande que perpetuos sumptus suppeditet. nec solum necessarios sed etiam liberales. sic gloria et querenda et collocanda ratione est. Quamquam preclare socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam esse dicebat. si quis id ageret ut qualis haberi vellet talis esset. Quod si qui simulatione et inani ostentatione et ficto non modo sermone sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur vehementer errant. Vera gloria radices agit atque etiam propagatur. ficta omnia celeriter tamquam flosculi decidunt. nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Testes sunt permulti in utramque partem. sed brevitatis causa familia contenti erimus una. Tiberius enim graccus p. filius tam diu laudabitur dum memoria rerum romanarum manebit. At eius filii nec vivi probabantur bonis et mortui numerum obtinent iure cesorum. Qui igitur adipisci veram gloriam volet iustitie fungatur officiis. Ea que essent dictum est in libro superiore. Sed ut facillime quales simus tales esse videamur et si in eo ipso vis maxima est ut simus hii qui haberi velimus tamen quedam precepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte etate habet causam celebritatis et nominis aut a patre acceptam quod tibi mi cicero arbitror contigisse aut aliquo casu atque fortuna in hunc oculi omnium coniciuntur atque in eum quid agat quemadmodum vivat inquiritur. et tamquam in clarissima luce versetur ita nullum obscurum potest nec dictum

eius ex re factum. Cuius prima etas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignorantia versatur. Hic simul ac iuvenis esse cepit magna spectare et ad ea rectis studiis debet contendere. Quod eo firmiori animo faciet quia non modo non invidetur illi etati verum etiam favetur. Prima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam si qua ex bellicis rebus comparari potest. In qua multi apud maiores nostros extiterunt. Semper enim fere bella gerebantur. Tua autem etas incidit in id bellum cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Quo tamen in bello cum te Pompeius alteri ale prefecisset magnam laudem et a summo viro et ab exercitu consequebare equitando iaculando omni militari labore tollerando. Atque ea quidem tua laus pariter cum re publica cecidit. Mihi autem hec oratio suscepta est non de te sed de genere toto. Quo circa pergamus ad ea que restant. Ut igitur in rebus reliquis multo maiora sunt opera animi quam corporis, sic hee res quas ingenio et ratione persequimur gratiores sunt quam ille quas viribus. Prima igitur commendatio proficiscitur a modestia cum pietate in parentes cum in suos benivolentia. Facillime autem et in optimam partem cognoscuntur adolescentes qui se ad claros et sapientes viros bene consulentes rei publice contulerunt. Quibus cum si frequentes sunt opinionem afferunt populo eorum fore se similes quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et innocentie et iuris scientie P. Mucii commendavit domus. Nam L. quidem Crassus cum esset admodum adolescens non aliunde mutuatus est sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili et gloriosa, et qua etate qui exercentur laude affici solent ut de Demostene accepimus, ea etate L. Crassus ostendit id se in foro optime iam facere quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. Sed cum duplex ratio sit orationis quarum in altera sermo sit in altera contentio, non est id quidem dubium quin contentio orationis maiorem vim habeat ad gloriam. Ea est enim quam eloquentiam dicimus. Sed tamen difficile dictu est quantopere conciliet animos comitas affabilitasque sermonis. Extant epistole et Philippi ad Allexandrum et Antipatris ad Cassandrum et Antigoni ad Philippum filium trium prudentissimorum. Sic enim accepimus quibus precipiunt ut oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam alliciant militesque blando appellando sermone deliniant. Que autem in multitudine cum contentione habetur oratio ea sepe universam excitat gloriam. Magna est enim admiratio copiose sapienterque dicentis quem qui audiunt intelligere etiam et sapere plus quam ceteros arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestia et gravitas nihil admirabilius fieri potest eoque magis si ea

Gloria ex bello

Gloria ex oratione iudiciali

sunt in adolescente. Et cum sint plures causae quae eloquentiam desiderant multique in re p. adolescentes et apud iudices et apud senatum dicendo laudem assecuti sint maxima est admiratio in iudiciis. quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione et ex defensione constat. Quarum etsi laudabilior est defensio tamen etiam accusatio probata est saepe. dixi paulo ante de crasso. Idem fecit adolescens m. anthonius. et p. sulpicii eloquentiam accusatio illustravit cum seditiosum et inutilem civem C. norbanum in iudicium vocavit. Sed hoc quidem non est saepe faciendum nec umquam nisi aut rei p. causa ut duo luculli aut patrocinii ut nos pro siculis pro sardis pro m. albucio iulius. In accusando est manilio quoque fusii cognita est industria. Semel igitur aut non saepe certe. Sin erit cui faciendum sit saepius rei p. tribuat hoc muneris cuius inimicos ulcisci saepius non est reprehendendum. modus tamen adsit. Duri enim hominis vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre multis. Id cum periculosum ipsi est tum etiam sordidum ad famam committere ut accusator nominere. Quod contigit m. bruto summo genere nato illius filio qui iuris civilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc praeceptum officiorum diligenter retinendum est. ne quem umquam innocentem iudicio capitis arcessas. Id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum quam eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad bonorum pestem perniciemque convertere. Nec tamen ut hoc fugiendum est ita est habendum religioni nocentem aliquando modo ne nefarium impiumque defendere. Vult hoc multitudo patitur consuetudo fert etiam humanitas. Iudicis est semper in causis verum sequi. patroni nonnumquam verisimile et si minus sit verum defendere. Quod scribere praesertim cum de philosophia scriberem non auderem nisi idem placeret gravissimo stoycorum panetio. Maxime autem et gloria paritur et gratia defensionibus. eoque maior si quando accidit ut ei subveniatur qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur. ut nos et saepe alias adolescentes contra l. sulle dominantis opes pro sexto roscio amerino fecimus que ut scis extat oratio.

Sed expositis adolescentium officiis que valeant ad gloriam adipiscendam. deinceps de beneficentia ac liberalitate dicendum est cuius est duplex ratio. Nam aut opera benigne fit indigentibus aut pecunia. Facilior est haec posterior locupleti praesertim. Sed illa lautior ac splendidior et viro forti claroque dignior. Quamquam enim in utroque inest gratificandi liberalis voluntas tamen altera ex archa altera ex virtute depromitur. Largitioque que fit ex re familiari fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate

accusatio

benignitatem tollit. Atque hec quidem quo in plures sit usus eo minus in multos
uti possis. At qui opera id est virtute et industria benefici et liberales erunt
primum quo pluribus profuerint eo plures ad benigne faciendum adiutores
habebunt. Dein consuetudine beneficentie paratiores erunt et tamquam exerci-
tatiores ad bene de multis promerendum. Preclare in epistola quadam Ale-
xandrum filium Philippus accusat quod largitione benivolentiam Macedonum
consectetur. Quod te malum inquit ratio in istam spem adduxit ut eos tibi
putares fideles fore quos pecunia corrupisses. An tu id agis ut Macedo-
nes non te regem suum sed ministrum et prebitorem putent. Bene ministrum et prebitorem quia sordidum est regi.
Melius etiam quod largitionem corruptelam dixit esse. Fit enim deterior qui accipit
atque ad idem semper expectandum paratior. Hoc dixit ille filio sed preceptum putemus
omnibus. Quam ob rem id quidem non dubium est quin illa benignitas que constat ex opera
et industria et honestior sit et latius pateat et possit prodesse pluribus. Nonnumquam
tamen est largiendum. Nec hoc benignitatis genus omnino est repudiandum et sepe ydoneis
hominibus indigentibus de re familiari impartiendum sed diligenter
atque moderate. Multi enim patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Quid
est autem stultius quam quod libenter facias curare ut id diutius facere non
possis. Atque etiam sequuntur largitionem rapine. Cum enim dando egere ceperunt
alienis bonis manus inferre coguntur. Ita cum benivolentie comparande causa
benefici esse velint non tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt quanta
odia eorum quibus ademerunt. Quam ob rem nec ita claudenda est res familiaris
ut eam benignitas aperire non possit nec ita reseranda ut pateat omnibus.
Modus adhibeatur isque referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus
id quod a nostris hominibus sepissime usurpatum iam in proverbii consuetudinem venit
largitionem fundum non habere. Et enim quis potest modus esse cum et idem qui con-
sueverunt et idem illud alii desiderent. Omnino sunt duo genera largorum quorum
alteri prodigi sunt alteri liberales. Prodigi qui epulis et viscerationibus
et gladiatorum muneribus ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt
in eas res quarum memoriam aut brevem aut omnino nullam sint relicturi.
Liberales autem qui suis facultatibus aut captos a predonibus redimunt aut
es alienum suscipiunt amicorum aut in filiarum collocatione adiuvant aut
opitulantur vel in re querenda vel augenda. Itaque miror quid in mentem
venerit Theophrasto in eo libro quem de divitiis scripsit in quo multa
preclare illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia et
apparatione popularium munerum taliumque sumptuum facultatem fructum

epla phi

Duo genera largorum

diuicias putant. Michi autem ille fructus liberalitatis cuius paucis exempla posui multo maior videtur et certior. Quanto Aristoteles gravius et verius nos reprehendit qui has pecuniarum effusiones non admiremur que fiunt ad multitudinem deliniendam. Et hii qui ab hoste obsidentur si emere aque sextarium cogerent mina. Hoc primo incredibile nobis videri omnesque mirari. Sed cum attenderint veniam necessitati dare. In hiis immanibus iacturis infinitisque sumptibus nichil nos magnopere mirari, cum presertim neque necessitati subveniatur nec dignitas augeatur. Ipsaque illa delectatio multitudinis ad breve exiguumque tempus, eaque a levissimo quoque. In quo tamen ipso una cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam colligit hec pueris et mulierculis et servis et servorum simillimis liberis esse grata. Gravi vero homini et ea que fiunt iudicio certo ponderanti probari posse nullo modo. Quamquam intelligo in nostra civitate inveterasse iam bonis temporibus ut splendor edilitatum ab optimis viris postuletur. Itaque et P. Crassus cum cognomine dives tum copiis functus est edilicio maximo munere. Et paulo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Mucio magnificentissima edilitate functus est. Deinde C. Claudius Appii filius. Multi post Luculli. Hortensius, Silanus. Omnes autem P. Lentulus me consule vicit superiores. Hunc est Scaurus imitatus. Magnificentissima vero nostri Pompeii munera secundo consulatu. In quibus omnibus quid michi placeat vides. Vitanda tamen est suspicio avaricie. Nam Mamerco homini ditissimo pretermissio edilitatis consulatus repulsam attulit. Quare et si postulatur a populo bonis viris si non desiderantibus at tamen approbantibus faciendum est. Modo pro facultatibus nos ipsi ut fecimus. Et si quando res maior atque utilior populari largitione acquiritur. Ut Oresti nuper prandia in semitis decume nomine magno honori fuerunt. Ne M. quidem Seio vitio datum est quod in caritate asse modium dedit populo. Magna enim se et inveterata invidia nec turpi iactura quando erat edilis nec maxima liberavit. Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit qui gladiatoribus emptis rei publice causa que salute nostra continebatur omnes P. Clodii conatus furoresque compressit. Causa igitur largitionis est si aut necesse est aut utile. In hiis autem ipsis mediocritatis regula optima est. L. quidem Philippus Q. filius magno vir ingenio in primisque clarus gloriari solebat se sine ullo munere adeptum esse omnia que haberentur amplissima. Dicebat autem idem Cotta, Curio. Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Nam pro amplitudine honorum quos cunctis suffragiis adepti sumus nostro quidem anno, quod contigit eorum nemini quos modo nominavi, sane exiguus

sumptus edilitatis fuit. Atque etiam ille impense meliores muri nava
lia portus aquarum ductus omniaque que ad usum rei p. pertinent. Quamquam quod
presens tamquam in manum datur iocundius est tamen hec in posterum gratiora.
Theatra porticus nova templa verecundius reprehendo propter pompeium sed doctis
simi non probant ut hic ipse Panetius quem multum in his libris secutus
sum non interpretatus ut demetrius phalereus qui periclem principem grecie
vituperat quod tantam pecuniam in preclara illa propilea coniecerit. Sed de
hoc genere toto in his libris quos de re p. scripsi diligenter est disputatum.
Tota igitur ratio talium largitionum genere viciosa est temporibus necessaria et tum ipsa
ad facultates accomodanda est et mediocritate moderanda est. In illo
autem altero genere quod a liberalitate proficiscitur non uno modo in disparibus
causis affecti esse debemus. Alia causa est eius qui calamitate premitur
et eius qui res meliores querit nullis suis rebus adversis. Propensior
benignitas esse debebit in calamitosos nisi forte erunt digni calamitate.
In his tamen qui se adiuvari vellet non ne affligantur sed ut altiorem gradum
ascendant restricti omnino esse nullo modo debemus sed in deligendis ydoneis
iudicium et diligentiam adhibere. Nam preclare Ennius benefacta male locata
male facta arbitror. Quod autem tributum est bono et grato viro in eo
tum ex ipso fructus est tum etiam ex ceteris. Temeritate enim remota gratissima
est liberalitas eoque eam studiosius plerique laudant quod summi cuiusque boni
tas commune perfugium est omnium. Danda igitur opera est ut his beneficiis quam plurimos
afficiamus quorum memoria liberis posterisque prodatur ut his ingratis esse
non liceat. Omnes enim immemorem beneficii oderunt eamque iniuriam in deter
renda liberalitate sibi etiam fieri eumque qui faciat communem hostem tenuiorum
putant. Atque hec benignitas est rei p. utilis redimi e servitute captos
locupletari tenuiores quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione
Crassi scriptum copiose videmus. Hanc ergo consuetudinem benignitatis largi
tionum muneribus antepono hec est gravium hominum atque magnorum illa quasi
assentatorum populi multitudinis levitatem voluptatum titillantium. Conveniet
autem tum in dando munificum esse tum in exigendo non acerbum in omnique re
contrahenda vendendo emendo conducendo locando in civitatibus et
confiniis equum facilem multa multis de iure suo cedentem
a litibus vero quantum liceat et nescio an paulo plus etiam quam liceat
abhorrentem. Est enim hoc non modo liberale paulum non numquam de suo iure
decedere sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem ratio est rei fa
miliaris quam quidem dilabi sinere flagitiosum est sed ita ut illi

liberalitatis avaritie quod absit suspicio. Posse enim liberaliter uti non spo-
liante se patrimonio nimirum est fructus maximus. Recte etiam a Theo-
De hospitalitate — phrasto est laudata hospitalitas. Est enim ut mihi quidem videtur valde deco-
rum patere domus illustrium hominum hospitibus illustribus. Idque enim rei publice ornamento
homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam
vehementer utile hiis qui honeste posse multum volunt per hospites apud
externos populos valere opibus et gratia. Theophrastus quidem scribit Timonem
Athenis etiam in suos curiales Laciades hospitalem fuisse. Ita enim institu-
isse et villicos imperavisse ut omnia preberentur quicumque Laciades in villam suam
devertisset. Que autem opera non largitione beneficia dantur hec tum in universam
rem publicam tum in singulos cives conferuntur. Nam in iure cavere consilio iuvare
atque hoc scientie genere prodesse quam plurimis vehementer et ad opes augendas pertinet
et ad gratiam. Itaque cum multa preclara facta maiorum tum quod optime constitu-
ti iuris civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio, quam quidem
ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt. Nunc ut
honores ut omnes dignitatis gradus sic huius scientie splendor deletus est. Idque
eo indignius quod eo tempore hoc contigit cum is esset qui omnes superiores quibus in
honore par esset scientia facile vicisset. Hec igitur opera grata sunt multis
et ad beneficiis obstringendos homines accommodata. Atque huic arti fini-
tima est dicendi gravior facultas et gratior et ornatior. Quid
enim eloquentia prestabilius vel admiratione audientium vel spe indigentium
vel eorum qui sunt defensi gratia. Huic quoque ergo a maioribus nostris est in toga di-
gnitatis principatus datus. Diserti igitur hominis et facile laborantis quodque
in patriis est moribus multorum causas et non gravate et gratuito defendentis bene-
ficia et patrocinia late patent. Admonebat me res ut hoc quoque loco
intermissionem eloquentie ne dicam interitum deplorarem ni vererer ne de me ipso a-
liquid viderer queri. Sed tamen videmus quibus extinctis oratoribus quam in pau-
cis spes quanto in paucioribus facultas quam in multis sit audacia. Cum
autem omnes non possint ne multi quidem aut iuris periti esse aut diserti licet
tamen opera prodesse multis beneficia petentem commendantem iudicibus et
magistratibus vigilantem pro re alterius eos ipsos qui aut consuluntur aut
defendunt rogantem. Quod qui faciunt plurimum gratie consequuntur latissimeque
eorum manat industria. Iam illud non sunt admonendi. Est enim
in promptu ut animadvertant cum iuvare alios velint ne quos offendant.
Sepe enim aut eos ledunt quos non debent aut eos quos non expedit.
Si imprudentes negligentie est si scientes temeritatis. Utendum etiam
excusatione adversus eos quos invitus offendas quacumque possis quare id

quod feceris necesse fuerit dum aut facere poteris ceterisque opibus
officiis erit id quod violatum est compensandum. Quoniam autem in hominibus iuvan-
dis aut mores spectari aut fortuna soleat, dictu quidem est pro-
cliue. Itaque vulgo loquuntur se in beneficiis collocandis mores homi-
num non fortunam sequi. Honesta oratio est. Sed quis est tandem qui inopis et o-
ptimi viri cause non anteponat in opera danda gratiam fortunati et po-
tentis? A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur in
eum fere est voluntas nostra propensior. Sed animaduertendum est diligentius que
natura rerum sit. Nimirum enim inops ille si bonus est vir, etiam si referre gratiam
non potest, habere certe potest. Commode autem quicumque dixit pecuniam qui
habeat non reddidisse et qui reddiderit non habere, gratiam autem et qui reddidit
habere et qui habeat retulisse. At qui se locupletes, honoratos, beatos
putant, hii ne obligari quidem volunt beneficio. Quin etiam beneficium
se dedisse arbitrantur cum ipsi quamvis magnum aliquid acceperint, atque etiam
a se aut postulari aut expectari aliquid suspicantur; patrocinio vero se
usos aut clientes appellari mortis instar putant. At vero ille tenuis cum
quicquid factum sit se spectatum non fortunam putat, non modo illi qui est meritus
sed etiam illis a quibus expectat (eget enim multis) gratum se videri studet. Neque
vero verbis auget suum munus si quo forte fungitur, sed etiam extenuat.
Videndumque est illud quod si opulentum fortunatumque defenderis in uno illo
aut forte in liberis eius manet gratia. Sin autem inopem, probum tamen et mode-
stum, omnes non improbi humiles, que magna in populo multitudo est, presidium
sibi paratum vident. Quamobrem melius apud bonos quam apud fortunatos be-
neficium collocari puto. Danda omnino opera est ut omni generi satis
facere possimus. Sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles
auctor adhibendus est. Qui cum consuleretur utrum bono viro pauperi an minus
probato diviti filiam collocaret: Ego vero inquit malo virum qui pecunia
egeat quam pecuniam que viro. Sed corrupti mores depravatique sunt admira-
tione diuiciarum. Quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum pertinet? Illum for-
tasse adiuvat qui habet. Ne id quidem semper. Sed fac iuvare; potentior sane sit,
honestior vero quo modo? Quod si etiam bonus vir erit, ne impediant diuitie
quominus iuvetur, modo ne adiuvent. Sitque omne iudicium non quam locuples
sit sed qualis quisque sit. Extremum autem preceptum in beneficiis operaque
danda est ne quid contra equitatem contendas, ne quid pro iniuria. Funda-
mentum enim est perpetue commendationis et fame iusticia, sine qua nichil
potest esse laudabile. Sed quoniam de eo genere beneficiorum dictum est que ad

melius est inopi dare quam diuiti

c. vi de beneficiis

Respublica

singulos spectant. De hiis deinceps que ad universos queque ad rem publicam pertinent disputandum est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant, que sunt gratiora. Danda etiam opera omnino si possit utrisque nec minus ut etiam singulis consulatur, sed ita ut ea res aut prosit aut certe non obsit rei publice. C. Gracchi frumentaria magna largitio exhauriebat igitur erarium. Modica M. Octavii et rei publice erat tollerabilis et plebi necessaria. Ergo et civibus et rei publice salutaris. In primis autem videndum erit ei qui rem publicam administrabit ut suum quisque teneat neque de bonis privatorum publice diminutio fiat. Perniciose enim dixit Philippus in tribunatu cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est et in eo vehementer se moderatum prebuit. Sed cum in agendo multa dixit populariter, tum illud male non esse in civitate duo milia hominum qui rem haberent. Capitalis oratio est ad equationem bonorum pertinens. Qua peste que potest esse maior? Hanc enim ob causam maxime ut sua tenerent res publice civitatesque constitute sunt. Nam etsi duce natura congregabantur homines, tamen spe custodie rerum suarum urbium presidia querebant. Danda etiam opera est ne quod apud maiores nostros sepe fiebat propter erarii tenuitatem assiduitatemque bellorum tributum sit conferendum, idque ne eveniat multo ante erit providendum. Sin que necessitas huius muneris alicui rei publice obvenerit, malo enim quam nostre ominari, neque tamen de nostra sed de omni re publica disputo, danda erit opera ut omnes intelligant si salvi esse velint necessitati esse parendum. Atque etiam omnes qui rem publicam gubernabunt consulere debebunt ut earum rerum copia sit que sunt necessarie. Quarum qualis comparatio fieri soleat et debeat non est necesse disputare. Est enim in promptu. Tantum locus attingendus fuit. Caput autem est in omni procuratione negotii et muneris publici ut avaritie pellatur etiam minima suspicio.

Avaritia vitanda

Utinam inquit C. Pontius Samnis ad illa tempora me fortuna reservavisset et tum essem natus quando Romani dona accipere cepissent, non essem passus diutius eos imperare. Ne illi multa secula expectanda fuerunt. Modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit. Itaque facile patior tum potius Pontium fuisse siquidem in illo tantum fuit roboris. Nondum centum et decem anni sunt cum de pecuniis repetendis a L. Pisone data lex est, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges et proxime queque duriores, tot rei, tot dampnati, tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum, tanta sublatis legibus et iudiciis expilatio

direptione sociorum ut in bello illustres alios non nisi virtute valeamus.
Laudat Affricanum Panetius quod fuit abstinens. Quidni laudet? Sed
in illo fuere alia maiora. Laus abstinentie non hominis est solum sed etiam
temporum illorum. Omni macedonum gaza que fuit maxima potitus Paulus
in erarium pecunie tantum invexit ut unius imperatoris preda finem attu-
lerit tributorum. At hic nichil in domum suam intulit preter memoriam
nominis sempiternam. Imitatus patrem Affricanus nichil locupletior
Carthagine eversa. Quid qui eius collega fuit in censura L. Mummius
numquid copiosior cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Ytaliam
ornare quam domum suam maluit. Quamquam Ytalia ornata domus ipsa
videtur ornatior michi. Nullum igitur vitium tetrius est ut eo unde
egressa est referat se oratio quam avaricia presertim in principibus et rem publicam
gubernantibus. Habere enim questui rem publicam non modo turpe est sed sceleratum etiam et
nefarium. Itaque quod Apollo Phithius oraculo edidit Spartam nulla
re alia nisi avaricia esse perituram id videtur non solum Lacedemoniis sed
etiam omnibus opulentis populis predixisse. Nulla autem re conciliare fa-
cilius benivolentiam possunt multitudinis hii qui rei publice presunt quam ab-
stinentia et continentia. Qui vero se esse populares volunt ob eamque causam
aut agrariam rem temptant ut possessores pellantur e suis sedibus aut
pecunias creditas debitoribus condonandas putant labefactant fun-
damenta rei publice concordiam primum que esse non potest cum aliis adimuntur aliis
condonantur pecunie. Deinde equitatem que tollitur omnis si habere suum
cuique non licet. Id enim est proprium ut supra dixi civitatis atque urbis ut sit
libera et non sollicita sue rei cuiusque custodia. Atque in hac pernicie rei publice
ne illam quidem consequuntur quam putant graciam. Nam cui res erepta est inimicus
cui data est etiam dissimulat se accipere voluisse. Et maxime in pecu-
niis creditis occultat suum gaudium ne videatur non fuisse solvendo. At
vero ille qui accepit iniuriam et meminit et pre se fert dolorem suum. Nec
si plures sunt hii quibus improbe datum est quam illi quibus iniuste ademptum
est idcirco plus etiam valent. Non enim hec numero iudicantur sed pondere.
Quam enim habet equitatem ut agrum multis annis aut etiam seculis
ante possessum qui nullum habuit habeat qui autem habuit amittat.
Ac propter hoc iniurie genus Lacedemonii Lisandrum ephorum expulerunt Agim
regem quod numquam antea apud eos acciderat necaverunt. Exque eo tem-
pore tante discordie secute sunt ut et tyranni existerent et optimates exterminarentur.

et preclarissime constituta res publica dilaberetur. Nec non solum ipsa cecidit sed
eciam reliquam Greciam evertit contagionibus malorum que a Lacedemo-
niis profecte manarunt latius. Quid nostros Grachos Tiberii Gracci
viri summi filios Affricani nepotes nonne agrarie contentiones perdide-
runt. At vero Aratum Sicionium iure laudatur. Qui cum eius civitas
quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicionem clan-
destino introitu urbe est potitus. Cumque tyrannum Nicoclem improviso oppressisset
sexcentos exules qui locupletissimi fuerant eius civitatis restituit remque
publicam suo adventu liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessi-
onibus difficultatem quod in eo eos quos ipse restituerat quorum bona alii pos-
sederant egere iniquissimum esse arbitrabatur et quinquaginta annorum posses-
siones moveri non nimis equum putabat propterea quod tam longo spacio multa
hereditatibus multa emptionibus multa dotibus tenebantur sine iniuria
iudicavit neque illis adimi nec hiis non satis fieri quorum illa fuerant oportere.
Cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia. Alexandriam se
proficisci velle dixit remque integram ad reditum suum iussit esse. Isque
celeriter ad Ptholomeum suum hospitem venit qui tum regnabat alter post
Alexandriam conditam. Cui cum exposuit patriam se liberare velle causamque
docuisset a rege opulento vir summus facile impetravit ut grandi pecunia
adiuvaretur. Quam cum Sicionem attulisset adhibuit sibi in consilium quinde-
cim principes cum quibus causas cognovit et eorum qui aliena tenebant
et eorum qui sua amiserant perfecitque estimandis possessionibus ut persuaderet
aliis ut pecuniam accipere mallent et possessionibus cedere. Aliis ut com-
modius putarent numerari sibi quod tanti esset quam suum recuperare. Ita perfectum est
ut omnes concordia constituta sine querela discederent. O virum magnum dignumque
qui in re publica nostra natus esset. Sic par est agere cum civibus non ut bis iam
vidimus hastam in foro ponere et bona civium voci subicere preconis.
At ille Grecus id quod sapientis et prestantis viri fuit omnibus consulendum
putavit. Eaque est summa ratio et sapientia boni civis commoda civium non divel-
lere atque omnes equitate eadem continere. Habitent gratis in alieno. Quid
ita ut cum ego emerim edificarim tuear tu me invito fruare meo. Quid
est aliud nisi aliis sua eripere aliis dare aliena. Tabule vero nove
quid habent argumenti nisi ut emas mea pecunia fundum eum tu habeas
ego non habeam pecuniam. Quamobrem ne sit es alienum quod rei publice no-
ceat providendum est. Quod multis racionibus caveri potest non
si fuerit ut locupletes suum perdant debitores lucrentur alienum.

Nec enim ulla res vehementius rem publicam continet quam fides, que esse nulla potest nisi erat necessaria solutio rerum creditarum. Numquam vehementius actum est quam me consule ne solveretur. Armis et castris temptata res est ab omni genere hominum et ordine, quibus ita restiti ut hoc tantum malum de re publica tolleretur. Numquam nec maius es alienum fuit nec melius nec facilius dissolutum est; fraudandi enim spe sublata necessitas solvendi consecuta est. At vero hic nunc victor, tunc quidem victus, que cogitarat ea perfecit cum eius iam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido ut hoc ipsum eum delectaret peccare etiam si causa non esset. Ab hoc igitur genere largitionis ut aliis detur aliis auferatur aberunt hii qui rem publicam tuebuntur, in primisque operam dabunt ut iuris et iudiciorum equitate suum quisque teneat et neque tenuiores propter humilitatem circumveniat neque locupletibus ad sua vel tenenda vel recuperanda obsit invidia. Preterea quibuscumque rebus vel belli vel domi poterit rem publicam augeat imperio agris vectigalibus. Hec maiorum hominum sunt, hec apud maiores nostros factitata sunt. Hec genera officiorum qui persequuntur cum summa utilitate rei publice magnam ipsi adipiscentur et gratiam et gloriam. In his autem utilitatum preceptis Antipater Tyrius Stoycus qui Athenis nuper est mortuus duo preterita censet esse a Panetio, valitudinis curationem et pecunie, quas res a summo philozopho preteritas arbitror quod essent faciles; sunt certe utiles. Sed valitudo sustentatur notitia sui corporis et observatione et continentia in victu omnique cultu corporis tuendi causa pretermittendis voluptatibus, postremo arte eorum quorum ad scientiam hec pertinet. Res autem familiaris queri debet hiis rebus a quibus abest turpitudo, conservari autem diligentia et parsimonia, eisdem rebus augeri. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro qui Oeconomicus inscribitur. Quem nos ista fere etate cum essemus qua es tu nunc e greco in latinum convertimus. Sed utilitatum comparatio, quoniam hic locus erat quartus a Panetio pretermissus, sepe est necessaria. Nam et corporis commoda cum externis et externa cum corporis et ipsa inter se corporis et externa cum externis comparari solent. Cum externis corporis hoc modo comparantur, valere ut malis quam dives esse; cum corporis externa hoc modo, dives esse potius quam maximis corporum viribus; ipsa inter se corporis sicut bona valitudo voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorum autem ut gloria divitiis, vecti-

gallia urbana rustica. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis a quo cum quereretur quid maxime in re familiari expediret respondit bene pascere. Quid secundum? satis bene pascere. Quid tertium? male vestire. Quid quartum? arare. Et cum ille qui quesierat dixisset quid fenerari? tum Catho quid hominem inquit occidere? Ex quo et multis aliis intelligi debet utilitatum comparationes fieri solere recteque hoc adiunctum esse quintum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere de querenda de collocanda pecunia etiam de utenda commodius a quibusdam optimis viris ad ianum medium sedentibus quam ab ullis philosophis ulla in scola disputatur. Sed tamen ea cognoscenda sunt. Pertinent enim ad utilitatem de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur.

Tertius liber

Publium Scipionem Marce fili eum qui primus Affricanus appellatus est dicere solitum scripsit Catho qui fuit fere eius equalis numquam se minus ociosum esse quam cum ociosus nec minus solum quam cum solus esset. Magnifica vero vox et magno viro et sapiente digna. Que declarat illum et in ocio de negotiis cogitare et in solitudine secum loqui solitum ut neque cessaret umquam et interdum colloquio alterius non egeret. Itaque due res que languorem afferunt ceteris illum acuebant ocium et solitudo. Vellem nobis hoc idem vere dicere liceret. Sed si minus imitatione tantam ingenii prestantiam consequi possumus voluntate certe proxime accedimus. Nam et a re publica forensibusque negotiis armis impiis vique prohibiti ocium persequimur. Et ob eam causam urbe relicta rura peragrantes sepe soli sumus. Sed nec hoc ocium cum Affricani ocio nec hec solitudo cum illa comparanda est. Ille enim requiescens a rei publice pulcherrimis muneribus ocium sibi sumebat aliquando et a cetu hominum frequentiaque interdum tamquam in portum se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem ocium negotii inopia non requiescendi studio constitutum est. Extincto enim senatu deletisque iudiciis quid est quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere possimus. Itaque qui in maxima celebritate atque in oculis civium quondam viximus nunc fugientes conspectum sceleratorum quibus omnia redundant abdimus nos quantum licet et sepe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus non solum ex malis minima eligere oportere sed etiam excerpere ex ipsis si quid inesset boni, propterea et ocio fruor non illo quidem quo debeat is

qui quondam pertulisset otium civitati, nec eam solitudinem languere
patior quam michi affert necessitas non voluntas. Quamquam Affricanus
maiorem laudem meo iudicio assequebatur. Nulla enim eius ingenii
monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis mu-
nus extat. Ex quo intelligi debet illum mentis agitatione investigationeque
earum rerum quas cogitando consequebatur nec ociosum nec solum umquam
fuisse. Nos autem qui non tantum roboris habemus ut cogitatione tacita so-
litudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque
convertimus. Itaque plura brevi tempore eversa quam multis annis stante re publica
scripsimus. Sed cum tota philosophia mi Cicero frugifera et fructuosa nec ulla
pars eius inculta et deserta sit, tum nullus feracior in ea locus est
nec uberior quam de officiis a quibus constanter honesteque vivendi prece-
pta ducuntur. Quare quamquam a Cratippo nostro principe huius memorie philosophorum
hec te assidue audire atque accipere confido, tamen conducere arbitror talibus aures
tuas vocibus undique circumsonare nec eas si fieri possit quicquam aliud
audire. Quod cum omnibus faciendum est qui vitam honestam ingredi cogi-
tant, tum haud scio an nemini potius quam tibi. Sustines enim non par-
vam expectationem imitande industrie nostre, magnam honorum, nonnullam
fortasse nominis. Suscepisti onus preterea grande et Athenarum et Cratippi.
Ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem
redire turpissimum est dedecorantem et urbis auctoritatem et magistri.
Quare quantum coniti animo potes, quantum labore contendere, si discendi labor
potius quam voluptas, tantum fac ut efficias neve committas ut cum
omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse videare. Sed hec ha-
ctenus. Multa enim sepe ad te cohortandi gratia scripsimus. Nunc ad re-
liquam partem proposite divisionis revertamur.

Panetius igitur qui sine controversia de officiis accuratissime dispu-
tavit, quemque nos correctione quadam adhibita potissime se-
cuti sumus, tribus generibus propositis in quibus deliberare homines
et consultare de officio solerent, uno cum dubitarent honestumne id
esset de quo ageretur an turpe, altero utile ne esset an inutile,
tertio si id quod speciem habet honesti pugnaret cum eo quod utile
videretur, quomodo ea discerni oporteret, de duobus generibus primis tribus
libris explicavit, de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum,

ne exsolvit id quod promiserat. Quod eo magis miror quia scriptum a
discipulo suo Possidonio est triginta annis vixisse Panetium postea quam
libros illos edidisset. Quem locum miror a Possidonio breviter esse tactum
in quibusdam commentariis presertim cum scribat nullum esse locum in tota
philosophia tam necessarium. Minime vero assentior hiis qui negant eum lo-
cum a Panetio pretermissum sed consulto relictum nec omnino scribendum
fuisse quia nullo modo possit utilitas cum honestate pugnare. De quo alterum
potest habere dubitationem adhibendumne fuerit hoc genus quod in divisione
Panetii tertium est an plane omittendum. Alterum dubitari non potest quin a
Panetio susceptum sit sed relictum. Nam qui e divisione tripartita du-
as partes absolverit huic necesse est restare tertiam. Preterea in extremo libro
tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit eodem
testis locuples Possidonius qui etiam scribit in quadam epistola P.
Rutilium Ruffum dicere solere qui Panetium audierat ut nemo pictor
esset inventus qui in templo Choe Veneris eam partem quam Appelles
inchoatam reliquisset absolveret. Oris enim pulchritudo reliqui corporis
imitandi spem auferebat. Sic ea que Panetius pretermisisset et non
perfecisset propter eorum que perfecisset prestantiam neminem esse persecutum. Quam ob rem
de iudicio Panetii dubitari non potest. Recte ne vero hanc etiam
partem ad exquirendum officium adiunxerit an secus de eo forte dubitari potest.
Nam sive honestum solum bonum est ut Stoicis placet sive quod honestum
est id ita summum bonum est quemadmodum Peripatheticis vestris videtur ut omnia
ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habeant dubi-
tandum non est quin numquam possit utilitas cum honestate contendere. Itaque
accepimus Socratem exsecrari solitum eos qui primum hec natura coherentia
opinione detraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi ut et quicquid
honestum esset id utile censerent nec utile quicquam quod non honestum.
Quod si is esset Panetius qui virtutem propterea colendam diceret quod ea efficiens
utilitatis esset ut hii qui res expetendas vel voluptate vel indigencia
metiuntur liceret ei dicere utilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed
cum sit is qui solum bonum iudicet quod honestum sit que autem huic
repugnent specie quadam utilitatis eorum neque accessione meliorem vitam
fieri nec decessione peiorem non videtur debuisse eiusmodi deliberacionem
introducere in qua quod utile videretur cum eo quod honestum est compararet.
Et enim quod summum bonum a Stoicis dicitur convenienter nature vivere id
habet hanc ut opinor sententiam cum virtute congruere semper
cetera autem que secundum naturam essent ita legere si ea

[illegible]

virtuti non repugnaret. Quod cum ita sit putant quidam hanc compara
tionem non recte introductam nec omnino de eo genere quicquam praecipiendum
fuisse. Atque illud quidem honestum quod proprie vereque dicitur id in sapientibus
est solis neque a virtute divelli umquam potest. In his autem in quibus perfe
cta sapientia non est ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo, simi
litudines honesti esse possunt. Haec enim officia de quibus in his libris dispu
tamus media stoici appellant. Ea communia sunt et late patent, que et in
genii bonitate multi assequuntur et progressione discendi. Illud autem
officium quod rectum idem appellant perfectum atque absolutum est, et ut
idem dicunt omnes numeros habet nec praeter sapientem cadere in quemquam potest.
Cum autem aliquid actum est in quo media officia compareant, id cumulate
videtur esse perfectum propterea quod vulgus quid absit a perfecto non fere intel
ligit. Quatenus autem intelligit nihil putat praetermissum. Quod idem in poe
matibus, in picturis usu venit, in aliisque compluribus ut delectentur
imperiti laudentque ea que laudanda non sunt, ob eam credo causam quod
insit in his aliquid probi quod capiat ignaros, qui idem quid in unaquaque
re vitii sit nequeant iudicare. Itaque cum sunt docti a peritis,
desistunt facile sententia. Haec igitur officia de quibus his libris dis
serimus quasi quedam secunda honesta esse dicunt, non sapientum modo propria
sed cum omni hominum genere communia. Itaque his omnes in quibus est virtutis indoles
commoventur. Nec vero cum duo Decii aut duo Scipiones fortes viri com
memorantur aut cum Fabricius Aristides ve iustus nominatur, aut ab illis
fortitudinis aut ab his iustitie tamquam a sapiente petitur exemplum.
Nemo enim horum sic sapiens ut sapientem volumus intelligi. Nec
hi qui sapientes habiti et nominati M. Cato et C. Lelius sapien
tes fuerunt, nec illi quidem septem, sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem
quandam gerebant speciemque sapientium. Quocirca nec id quod vere honestum
est fas est cum utilitatis repugnantia comparari, nec id quod communiter appellamus honestum
quod colitur ab his qui bonos viros se haberi volunt cum emolumentis
umquam est comparandum. Tamque id honestum quod in nostram intelligentiam cadit
conservandum tuendumque nobis est quam illud quod proprie dicitur vereque honestum
sapientibus. Aliter enim teneri non potest si qua ad virtutem est facta progressio.
Sed hec quidem de his qui conservatione officiorum existimantur boni. Qui omnia
autem metiuntur emolumentis et commodis neque ea volunt ponderari
honestate, hi solent in deliberando honestum cum eo quod utile putant
comparare, boni viri non solent. Itaque existimo Panetium cum dixerit homines

[illegible marginal glosses]

solere in hac comparatione dubitari. Hoc ipsum sensisse quod dixit solere
modo non etiam oportere. Et enim non modo putare plus quam utile videatur
quam quod honestum, sed etiam haec inter se comparare et in his addubitare turpis-
simum est. Quid ergo est quod nonnumquam dubitationem afferre soleat considerandum-
que videatur? Credo si quando dubitatio accidit quale sit id de quo consi-
deratur. Saepe enim tempore fit ut quod turpe plerumque haberi soleat inveni-
atur non esse turpe. Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius.
Quod potest maius esse scelus quam non modo hominem sed etiam familiarem
hominem occidere? Num igitur se astrinxit scelere si qui tyrannum occidit quamvis
familiarem? Populo quidem Romano non videtur, qui ex omnibus praeclaris
factis illud pulcherrimum existimat. Vicit ergo utilitas honestatem? Immo
vero honestatem utilitas secuta est. Itaque ut sine ullo errore diiudi-
care possimus, si quando cum illo quod intelligimus honestum pugnare id videbitur
quod appellamus utile, formula quaedam constituenda est, quam si sequemur
in comparatione rerum ab officio numquam recedemus. Erit autem haec formula
Stoycorum rationi disciplinaeque maxime consentanea. Quam quidem his libris propterea
sequimur, quod quamquam et a veteribus Achademicis et a Perypatheticis, qui
quondam idem erant qui Achademici, quae honesta sunt anteponuntur his quae videntur utilia,
tamen splendidius haec ab eis disseruntur quibus quicquid honestum est idem utile vi-
detur nec utile quicquam quod non honestum, quam ab his disseratur quibus et
honestum aliquid non utile aut utile non honestum. Nobis autem nostra
Achademia magnam licentiam dat, ut quodcumque maxime probabile occur-
rat id nostro iure liceat defendere. Sed redeo ad formulam. Detrahere igitur
alteri aliquid et hominem hominis incommodo suum commodum augere
magis est contra naturam quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera quae
possunt aut corpori accidere aut rebus externis. Nam principio tollit
convictum humanum et societatem. Si enim sic erimus affecti ut propter suum
quisque emolumentum spoliet aut violet alterum, dirumpi necesse est
eam quae maxime est secundum naturam humani generis societatem. Ut si unum quodque
membrum sensum hunc haberet ut posse putaret se valere si proximi mem-
bri valitudinem ad se traduxisset, debilitari et interire totum corpus
necesse erat, sic si unusquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum
detrahatque quod cuique possit emolumenti sui gratia, societas hominum et commu-
nitas evertatur necesse est. Nam sibi ut quisque malit quod ad usum vi-
te pertineat quam alteri acquirere concessum est non repugnante
natura. Illud natura non patitur ut aliorum spoliis nostras

facultates copias opes augeamus. Neque vero hoc solum natura i(d est)
iure gentium sed etiam legibus populorum quibus in singulis civitatibus
res publica continetur eodem modo constitutum est ut non liceat sui commodi causa
nocere alteri. Hoc enim spectant leges hoc volunt incolumem esse civium
coniunctionem quam qui dirimunt eos morte exilio vinclis dampno coercent.
Atque hoc multo magis efficit ipsa nature ratio que est lex divina
et humana cui parere qui velit omnes autem parebunt qui secundum naturam
volent vivere numquam committet ut alienum appetat et id quod alteri de-
traxerit sibi assumat. Et enim multo magis est secundum naturam excelsitas
animi et magnitudo itemque comitas iusticia liberalitas quam voluptas
quam vita quam divitie que quidem contempnere et pro nichilo ducere comparante
cum utilitate communi magni animi et excelsi est. Detrahere autem de altero
sui commodi causa magis est contra naturam quam mors quam dolor quam cetera
eiusdem generis. Itemque magis secundum naturam est pro omnibus gentibus conservandis vel
iuvandis si fieri possit maximos labores molestiasque suscipere imi-
tantem Herculem illum quem hominum fama beneficiorum memor in concilio
celestium collocavit quam vivere in solitudine non modo sine ullis molestiis
sed etiam in maximis voluptatibus habundantem omnibus copiis ut excel-
las etiam pulcritudine et viribus. Quocirca optimo quisque et splendidis-
simo ingenio longe illam vitam huic anteponit. Ex quo efficitur hominem
nature obedientem homini nocere non posse. Deinde qui alterum violat ut
ipse aliquid commodi consequatur aut nichil existimat se facere contra
naturam aut magis fugiendam censet mortem paupertatem dolorem
amissionem etiam liberorum propinquorum amicorum quam facere cuiquam iniuriam.
Si nichil existimat contra naturam fieri hominibus violandis quid cum eo
disseras qui omnino hominem ex homine tollat. Sin id fugiendum id quidem
censet sed multo illa peiora mortem paupertatem dolorem errat in eo
quod ullum aut corporis aut fortune vitium vitiis animi gravius existi-
mat. Ergo unum debet esse omnibus propositum ut eadem sit utilitas uniuscu-
iusque et universorum. Quam si ad se quisque rapiet dissolvetur omnis illa
humana consortio. Atque etiam si hoc natura prescribit ut homo homini
quicumque sit ob eam ipsam causam quod homo sit consultum velit necesse est
secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est una continemur
omnes et eadem lege nature. Idque ipsum si ita est certe violare alterum lege

prohibeam. Verum autem primum verum quod extremum. Nam illud quidem
absurdum est quod quidam dicunt parenti se aut fratri nihil detractu
ros sui commodi causa aliam rationem esse civium reliquorum. Hi nihil sibi
iuris nullam societatem communis utilitatis causa statuunt esse cum civibus. que
sententia omnem societatem distrahit civitatis. Qui autem civium rationem
dicunt habendam externorum negant hi dirimunt communem humani generis societatem
qua sublata beneficentia liberalitas bonitas iusticia funditus tollitur.
Que qui tollunt etiam adversus deos immortales impii iudicandi sunt.
Ab hiis enim constitutam inter homines societatem evertunt. Cuius societatis artis
simum vinculum est magis arbitrari esse contra naturam hominem homini detrahere
sui commodi causa quam omnia incommoda subire vel externa vel corporis vel
etiam ipsius animi que non vacent iusticia. Hec enim una virtus omnium est
domina et regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit. Nonne igitur sapiens
si fame ipse conficiatur abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem
utili. Minime vero. Non enim mihi est vita mea utilior quam animi talis
affectio neminem ut violem commodi mei gratia. Quid si Phalarim crudelem ty
rannum et immanem vir bonus ne ipse frigore conficiatur vestitu spoli
are possit nonne faciat. Hec ad iudicandum sunt facillima. Nam si
quid ab homine utili ad nullam partem utilitatis tue causa detraxeris
inhumane feceris contraque legem nature. Sin autem is tu sis qui multam
utilitatem rei publice atque hominum societati si in vita remaneas afferre possis
si quid ob eam causam alteri detraxeris non sit reprehendendum. Sin autem id
non est eiusmodi suum cuique incommodum ferendum est potius quam de alterius
commodis detrahendum. Non igitur magis est contra naturam morbus aut egestas
aut si quid eiusmodi quam detractio atque appetitio alieni. Sed communis utili
tatis derelictio contra naturam est. Est enim iniusta. Itaque lex ipsa nature que uti
litatem hominum conservat et continet decernet profecto ut ab homine inerti
et inutili ad sapientem bonum fortemque virum transferantur res ad vivendum
necessarie. Qui si occiderit multum de communi utilitate detraxerit modo hoc ita fa
ciat ut ne ipse de se bene existimans seseque diligens habeat hanc
causam ad iniuriam. Ita semper officio fungetur utilitati consulens hominum et ei
quam sepe commemoro humane societati. Nam quod ad Phalarim attinet
perfacile iudicium est. Nulla est enim societas nobis cum tyrannis et potius
summa distractio est. Neque est contra naturam spoliare eum si possis
quem est honestum necare. Atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum

tiranni

civitate exterminandum est ut membra quedam amputantur si et ipsa
sanguine et tamquam spiritu carere ceperint et nocent reliquis partibus cor-
poris. sic ista in figura hominis feritas et immanitas belue a communi
tamquam humanitate corporis segreganda est. huius omnes generis questiones
sunt hec in quibus ex tempore officium exquiritur. Eiusmodi igitur credo res pa-
netium persecutum fuisse nisi aliqui casus aut occupatio eius consilium peremisset.
Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa precepta
sunt quibus perspici possit quid sit propter turpitudinem fugiendum quid sit
quod idcirco fugiendum non sit quod omnino turpe non sit. Sed quoniam
operi inchoato prope tamen absoluto tamquam fastigium imponimus ut geo-
metre solent non omnia docere sed postulare ut quedam sibi concedantur
quo facilius que volunt explicent sic ego a te postulo mi cicero ut
michi concedas si potes nichil preter id quod honestum sit propter se esse expete-
dum. Sin hoc non licet per cratippum at illud certe dabis quod honestum
sit id esse maxime propter se expetendum. Michi utrum vis satis est et tum hoc
tum illud probabilius videtur. nec preterea quicquam probabile. Ac primum
in hoc panetius defendendus est qui non utilia cum honestis pugnare
aliquando posse dixerit. Neque enim ei fas erat sed ea que viderentur utilia.
Nichil vero utile quod non idem honestum nichil honestum quod non idem utile
sit sepe testatur negatque ullam pestem maiorem in vitam hominum invasisse
quam eorum opinionem qui ista distraxerint. Itaque non ut aliquando antepo-
neremus utilia honestis sed ut ea sine errore diiudicaremus si quando
incidissent induxit eam que videretur esse non que esset repugnantiam. hanc
igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis sed ut dicitur marte nostro.
Neque enim quicquam est de hac parte post panetium explicatum quod quidem
michi probaretur de hiis que in manus meas venerint. Cum igitur aliqua
species utilitatis obiecta est commoveri necesse est. sed si cum animum attenderis
turpitudinem videas adiunctam ei rei que speciem utilitatis attulerit
tunc non utilitas relinquenda est sed intelligendum ubi turpitudo sit ibi
utilitatem esse non posse. Quod si nichil est tam contra naturam quam turpitudo. Re-
cta enim et convenientia et constantia natura desiderat aspernaturque contraria
nichilque tam secundum naturam quam utilitas. certe in eadem re utilitas et turpitudo esse non potest.
Itemque si ad honestatem nati sumus eaque aut sola expetenda est ut Ze-
noni visum est aut certe omni pondere gravior habenda quam reliqua

omnia quod aristotili placet. Verum est quod honestum sit, et id aut solum
aut summum bonum. Quod autem bonum id certe utile. Ita quicquid hone-
stum id utile. Sed error hominum non proborum cum aliquid quod utile
visum est arripuit id continuo secernit ab honesto. Hinc sice, hinc
venena, hinc et falsa testamenta nascuntur. Hinc furta peculatus ex-
pilationes direptionesque sociorum et civium. Hinc opum nimiarum potentie
non ferende. Postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt
cupiditates. quibus nichil nec tetrius nec fedius excogitari potest.
Emolumenta enim rerum fallacibus iudiciis vident, penam non dico le-
gum quam sepe perrumpunt sed ipsius turpitudinis que acerbissima est
non vident. Quam ob rem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio.
Est enim totum sceleratum et impium qui deliberant utrum id sequantur quod
honestum esse videatur an se scientes scelere contaminent. In ipsa enim du-
bitatione facinus inest, etiam si ad id non pervenerint. Ergo ea omnino delibe-
randa non sunt in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam ex omni
deliberatione celandi atque occultandi spes opinioque removenda est.
Satis enim nobis si modo in philosophia aliquid profecimus persuasum esse debet
si omnes deos hominesque celare possimus, nichil tamen avare, nichil iniuste,
nichil libidinose, nichil incontinenter esse faciendum. Hinc ille Giges in-
ducitur a platone qui cum terra discessisset magnis quibusdam ymbribus
descendit in illum hiatum. eneumque equum ut ferunt fabule animadvertit.
cuius in lateribus fores erant. quibus apertis hominis mortui vidit
corpus magnitudine inusitata. anulumque aureum in digito. Quem ut detra-
xit ipse induit. Erat enim regius pastor. Tum in concilium se pastorum recepit.
Ibi cum palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur. ipse
autem omnia videbat. Idem rursus videbatur cum in locum anulum inverterat.
Itaque hac oportunitate anuli usus regine stuprum intulit. eaque
adiutrice regem dominum interemit. sustulit quos obstare arbitrabatur. Nec
in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente anuli be-
neficio rex exortus est lidie. Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens nichil
plus sibi licere putet peccare quam si non habeat. honesta enim bonis viris
non occulta queruntur. Atque hoc loco philosophi quidam minime mali illi
quidem sed non satis acuti fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a
platone. Quasi vero ille aut factum id esse aut fieri potuisse defendat.
Hec est huius vis anuli et huius exempli. Si nemo sciturus nemo ne su-

spectaturus quid sit, cum aliquid divitiarum potentie dominationis libi-
dinis causa feceris, si id diis hominibusque futurum sit semper ignotum, si se
ne facturus. negant id fieri posse. quamquam potest id quidem. Sed quero quod ne-
gant posse, aut si posset, quidnam facerent. Urgent rustice sane. Ne-
gant enim posse et in eo perstant. hoc verbum quid valeat non vident. Cum
enim querimus si posset celare quid facturi sint, non querimus possetne celare,
sed tamquam tormenta quedam adhibemus, ut si responderint se impunitate
proposita facturos quod expediat, facinorosos esse se fateantur. Si negent,
omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant. Sed ad propositum iam revertamur.
Incidunt sepe multe cause que conturbent animos utilitatis specie, non cum
hoc deliberetur, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem.
Nam id quidem improbum est, sed illud possitne illud quod utile videatur
fieri non turpiter. Cum Collatino college Brutus imperium abrogabat,
poterat videri facere id iniuste. fuerat enim in regibus expellendis socius
Bruti consiliorum etiam adiutor. Cum autem consilium hoc principes cepissent
cognationem superbi nomenque Tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam, quod
erat utile patrie consulere, id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino pla-
cere deberet. Itaque utilitas valuit propter honestatem sine qua nec utilitas
quidem esse potuisset. At in eo rege qui urbem condidit non ita. Species
enim utilitatis animum pepulit eius. cui cum visum esset utilius solum quam
cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic et pietatem et huma-
nitatem, ut id quod utile videbatur neque erat assequi posset. Et tamen
muri causa opposuit speciem honestatis nec probabilem nec sane ydo-
neam. Peccavit igitur pace vel Quirini vel Romuli dixerim. Nec tamen nec
nobis utilitates omittende sunt aliisque tradende cum his ipsi egeamus,
sed sue cuique utilitati quod sine alterius iniuria fiat serviendum est. Sci-
te Crisippus ait ut multa: Qui stadium inquit currit, eniti et conten-
dere debet quam maxime possit ut vincat, supplantare eum quicum certat
et manu depellere nullo modo debet. Sic in vita quemque petere quod pertineat
ad usum non iniquum est, alteri deripere ius non est. Maxime autem
perturbantur officia in amicitiis, quibus et non tribuere quod recte possis
et tribuere quod non sit equum contra officium est. Sed huius generis totius
breve et non difficile preceptum est. Que enim videntur utilia, honores
divitie voluptates cetera generis eiusdem, hec amicitie numquam anteposita sint.

Patet tamen quod [illegible] honestum [illegible] utilis et utilitas honestati cedat

Lucius filius superbi Tarquini Lucretiam dolose [illegible] sui viri stupravit. et [illegible] Bruto hoc [illegible] et pre nimio dolore [illegible] Lucretia se interfecit [illegible] Post hoc Brutus [illegible] Lucretie [illegible] Collatino Tarquinius superbus et eius familia ab urbe expulsi [illegible] Tarquinii [illegible] ad regnum [illegible] Collatinus [illegible] Tarquinius [illegible] utilitatem [illegible] honestatem

Romulus adhuc erat [illegible] muri [illegible] dedit edictum [illegible] ut nullus transsiliret [illegible] transsilivit [illegible] occasionem [illegible] ut solus regnaret

Hic de perturbatione officiorum in amicitiis

Amicicia

Sit neque contra rem p. neque contra ius iurandum ac fidem amici causa vir bo-
nus faciet. ne si iudex quidem erit de ipso amico. ponit enim personam
amici cum induit personam iudicis. Tantum dabit amicitie. ut veram
amici causam esse malit. ut orande litis tempus quo ad per leges liceat
accommodet. Cum vero iuratus sententia dicenda sit. meminerit se deum
testem. id est ut ego arbitror mentem suam. qua nichil homini dedit ipse deus
divinius. Itaque preclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis
si eum teneremus. que salva fide facere possit. Hec rogatio ad ea pertinet que
paulo ante dixi. honesta amico a iudice posse concedi. Nam si omnia
facienda sint que amici velint. non amicitie tales sed coniurationes pu-
tande sunt. loquor autem de communibus amicitiis. Nam in sapientibus viris
perfectisque nichil potest esse tale. damonem et phyntiam pythagoreos ferunt
hoc animo inter se fuisse. ut cum eorum alteri dyonisius tyrannus diem
necis destinavisset et is qui morti addictus esset paucos sibi dies
commendandos suos causa postulavisset. vas factus est alter eius sistendi
ut si ille non revertisset moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se rece-
pisset. admiratus eorum fidem tyrannus petivit ut se ad amicitiam tercium
ascriberent. Cum igitur id quod utile videtur in amicicia cum eo quod hone-
stum est comparatur. iaceat utilitatis species. valeat honestas. Cum autem in a-
micicia que honesta non sunt postulabuntur. religio et fides anteponatur
amicicie. Sic habebitur is quem exquirimus dilectus officii. Sed utilitatis

Responsio

specie in re p. sepissime peccatur. ut in corinthi disturbacione nostri. du-
rius etiam athenienses. qui sciverunt ut eginetis qui classe vale-
bant pollices preciderentur. Hoc visum est utile. Nimis enim imminebat
propter propinquitatem egina pireo. Sed nichil quod crudele est utile est. Est
enim hominum nature quam sequi debemus maxime inimica crudelitas. Male
etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent eosque exterminant ut pennus
apud patres nostros. papius nuper. Nam esse pro cive qui civis non sit rectum
est non licere. Quam legem tulerunt sapientissimi consules crassus et
scevola. Usu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est. Illa
preclara in quibus publice utilitatis species pre honestate contemnitur.
Plena exemplorum nostra res p. cum sepe tum maxime bello punico secun-
do. que cannensi calamitate accepta maiores animos habuit quam umquam
rebus secundis. nulla timoris significatio. nulla mentio pacis. Tanta
vis est honesti ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cum persarum

impetum nullo modo sustinere posset statuerentque ut urbe relicta coniu-
gibus et liberis trezene depositis naves conscenderent libertatemque
grecie classe defenderent. Cyrsilum quendam suadentem ut in urbe manerent
xersemque reciperent lapidibus obruerunt. Atque ille utilitatem sequi vide-
batur sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles post victo-
riam eius belli quod cum persis fuit dixit in contione se habere consilium rei pu-
blice salutare sed id sciri non opus esse. Postulavit ut aliquem populus daret quicum
communicaret. datus est aristides. huic ille classem lacedemoniorum que
subducta esset ad gytheum clam incendi posse quo facto frangi lacedemo-
niorum opes necesse esset. Quod aristides cum audisset in contionem magna
expectatione venit dixitque perutile esse consilium quod themistocles affer-
ret sed minime honestum. Itaque athenienses quod honestum non esset id ne
utile quidem putaverunt totamque eam rem quam ne audierant quidem auctore
aristotele repudiaverunt. Melius hi quam nos qui pyratas immunes
socios vectigales habemus. Maneat ergo quod turpe sit id numquam esse
utile ne tum quidem cum id quod utile esse putes adipiscare. Hoc enim ipsum
utile putare quod turpe sit calamitosum est. Sed incidunt ut supra dixi
sepe cause cum repugnare utilitas honestati videatur ut animadverten-
dum sit repugnetne plane an possit cum honestate coniungi. Eius gene-
ris he sunt questiones. Si exempli gratia vir bonus alexandria rhodum
magnum frumenti numerum advexerit in rhodiorum inopia et fame summaque
annone caritate si idem sciat complures mercatores alexandria
solvisse navesque in cursu frumento onustas petere rhodum viderit
dicturusne sit id rhodiis an silentio suum quam plurimo venditurus. Sa-
pientem et bonum virum fingimus de eius deliberatione et consultatione
querimus qui celaturus rhodios non sit si id turpe iudicet. Sed dubitet
an turpe non sit. In huiusmodi causis aliud diogeni babilonio videri
solet magno et gravi stoyco aliud antipatro discipulo eius homini
acutissimo. Antipatro omnia patefacienda ut ne quid omnino quod ven-
ditor norit emptor ignoret. Diogeni venditorem quatenus iure civi-
li constitutum sit dicere vitia oportere cetera sine insidiis agere et
quoniam vendat velle quam optime vendere. Advexi exposui vendo meum
non pluris quam ceteri fortasse etiam minoris cum maior sit copia. Cui fit iniu-
ria. Exoritur antipatri ratio ex altera parte. Quid ais. Tu cum hominibus consulere
debeas et servire humane societati eaque lege natus sis et ea habeas principia nature

quibus parere et que sequi debeas ut utilitas tua communis utilitas sit
vicissimque communis utilitas tua sit celabis homines quid hiis assit commo
ditatis et copie. Respondebit dyogenes fortasse sic. Aliud est celare
aliud tacere neque nunc te celo si tibi non dico que natura deorum sit quid sit
finis bonorum que tibi plus prodessent cognita quam tritici utilitas. Sed
non quicquid audire utile est id tibi dicere necesse est. ymmo vero inquit ille et
necesse est. Si quidem meministi esse inter homines natura iunctam societatem.
Memini inquit et ille. Sed numquid ista societas talis est ut nichil suum
cuiusque sit. Quod si ita est ne vendendum quidem quicquam est sed donandum. Vides
in hac tota disceptatione non illud dici quamvis hoc turpe sit tamen quoniam
expedit faciam sed ita expedire ut turpe non sit, ex altera autem parte
ea re quia turpe sit non esse faciendum. Vendat edes vir bonus propter aliqua
vitia que ipse norit ceteri ignorent. pestilentes sint et habeantur
salubres. ignorentur in omnibus cubiculis apparere serpentes. male
materiate et ruinose sed hoc preter dominum nemo sciat. Queso si hec empto
ribus venditor non dixerit edesque vendiderit pluris multo quam se
venditurum putaret. unde id iniuste aut improbe fecerit. Ille vero inquit
antipater. Quid est enim aliud erranti viam non monstrare quod athenis execra
tionibus publicis sancitum est. si hoc non est emptorem pati ruere et
per errorem in maximam fraudem incurrere. plus etiam est quam viam non
monstrare. Nam est scienter in errorem alterum inducere. Dyogenes contra
num te emere coegit qui ne hortatus quidem est. Ille quod non placebat
proscripsit tu quod placebat emisti. Quod si qui proscribunt villam bonam
beneque edificatam non existimantur fefellisse etiam si illa nec est bona
nec edificata ratione multo minus qui domum non laudaverunt. Ubi enim iudi
cium emptoris est ibi fraus venditoris que potest esse. Sin autem dictum
non omne prestandum est quod dictum non est id prestandum putas. Quid
vero est stultius quam venditorem eius rei quam vendat vitia narrare.
Quid autem tam absurdum quam si domini iussu ita preco predicet. domum
pestilentem vendo. Sic ergo in quibusdam causis dubiis ex altera parte
defenditur honestas. ex altera ita de utilitate dicitur ut id quod utile vi
deatur non modo facere honestum sit sed etiam non facere turpe. Hec est illa que
videtur utilium fieri cum honestis sepe dissensio. que diiudicanda sunt.
Non enim ut quereremus exposuimus sed ut explicaremus. Non igitur videtur
nec frumentarius ille rhodius nec edium venditor celare emptores debuisse

Neque enim id est celare quicquid reticeas. sed cum quod tu scias id ignorare emo-
lumenti tui causa velis eos quos intersit id scire. Hoc autem celandi genus
quale sit et cuius hominis quis non videt. Certe non aperti non simplicis
non ingenui non iusti non viri boni. versuti potius obscuri astuti fal-
lacis maliciosi callidi veteratoris vafri. Hec tot et alia plura. Nonne
inutile est viciorum subire nomina. Quod si vituperandi qui reticuerit quid de hiis
existimandum est qui orationis vanitatem adhibuerit. C. Canius eques Romanus
nec infacetus et satis litteratus cum se Siracusas ociandi ut ipse dicere so-
lebat non negociandi causa contulisset dictitabat se ortulos aliquos emere
velle quo invitare amicos et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset.
Quod cum crebuisset pithius ei quidam qui argentariam faceret Siracusis vena-
les quidem se ortos non habere sed licere uti Canio si vellet ut suis et si-
mul ad cenam hominem in ortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset tunc
pithius qui esset ut argentarius apud omnes ordines graciosus piscato-
res ad se convocavit et ab hiis petivit ut ante suos ortulos postri-
die piscarentur dixitque quid eos facere vellet. Ad cenam tempori venit Canius
opipare a pythio apparatum convivium est. Cimbarum ante oculos multitudo
pro se quisque quod ceperat afferebat ante pedes pithii pisces abiciebantur.
Tunc Canius queso inquit quid est hoc o pythi tantumne piscium tantumne cim-
barum. Et ille quid mirum inquit hoc loco est Siracusis quicquid est piscium hic aqua-
tio hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate contendit a
pithio ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa. Impetrat. Emit
homo cupidus et locuples tanti quanti pithius voluit et emit instructos. Nomina
facit negocium conficit. Invitat Canius postridie familiares suos. Venit
ipse mature scalmum nullum videt. Querit ex proximo vicino num
ferie quedam piscatorum essent quod eos nullos videret. Nulle quod sciam ille
inquit sed hic piscari nulli solet. Itaque mirabar heri quid accidisset.
Stomachari Canius sed quid faceret. Nondum enim C. Aquilius collega
et familiaris meus protulerat de dolo malo formulas in quibus ipsis cum
ex eo quereretur quid esset dolus malus respondebat cum esset aliud simulatum
et aliud actum. Hoc quidem sane luculenter ut ab homine perito diffiniendi. Ergo
et pythius et omnes aliud agentes et aliud simulantes perfidi improbi maliciosi
sunt. Nullum igitur horum factum potest esse utile cum sit tot viciis inquinatum. Quod si
aquiliana diffinitio vera est ex omni vita simulatio dissimulatioque tolle-

exemplum de ortis

diffinitio doli

dō est · ⁊ ita ut nec emat melius · nec ut uendat q̄cq̄ simulabit ut uir
bonꝰ · Atq̄ iste dolus malus · ⁊ legibꝰ erat uindicatus · ut tutela
duodecī tabulis ⁊ circūscriptio adolescentiū lege latoria · ⁊ sīe lege
iudicijs in q̄bus additur fide bona · Reliquoꝝ aūt iudicioꝝ h̄ u̾ba ma
xime excellūt · ī arbitrio rei uxorie · melius equius · ī fiducia · ut inter
bonos bene agier · Quid g° aut in eo q̄d melius equius pt ulla ps ee
fraudis · aut cū dr̄ int̾ bonos bn̄ agier · q̄cq̄ agi dolose aut maliciose pt̄
dolus aūt malus ī simulatōe ut ait Aq̄lius ꝯtinet̄ · Tollendū ē igit̄ ex
rebus ꝯtrahēdis om̄e mēdaciū · nō licitatorē uenditor · nō q̄ ꝯt̾ se
liceat̄ emptor appōn · Vt̾q̄ si ad eloq̄ndū uenerit · nō plus q̄ semel eloquet̄
Q̄ quidē scevola publij filius · cū postulasset ut sibi fundꝰ cuiꝰ emptor
erat · semel indicaret̄ · idq̄ uenditor ita fecisset · dixit se pluris estimare
addidit centū milia · Nemo ē qui h̄ boni uiri esse neget · sapientis negāt
ut si minoris q̄ potuisset uendidisset · Hec igit̄ illa p̾nicies · q̄ alios bōs
alios sapientes existimant · Ex quo enniꝰ · nequiq̄ sape sapientē q̄ ipe
sibi prodesse nō quiret · Vere id q̄dē si q̄d eēt pdesse mihi cū ennio ꝯueniret
Hecatonem quidē rodiū disciplm̄ panetij uideo in hijs libris q̄s
de officijs scripsit q̄ tuberoni dicere sapientis esse nichil ꝯtra mores
leges instituta facientē habere rōnem rei familiaris · Neq̄ enim solū nob̄
diuites esse uolumꝰ sed liberis · ꝓpinq̄s amicis maximeq̄ rei p̄ · Singu
loꝝ facultates ⁊ copie diuicie sūt ciuitatꝪ · Huic sceuole factū de quo
paulo ante dixi placere nullo mō pt̄ · Et eī oīo q̄ntū se negat facturꝰ
compendij sui cā q̄ nō liceat · huic nec laus magna tribuenda nec gr̄a
est · Siue ⁊ simulatio ⁊ dissimulatio dolus malus ē · ꝑpauce res sūt
ī q̄bus nō dolus malus iste u̾set̄ · siue uir bonꝰ ē is qui pdest q̄bꝰ
potest · nocet nemini · certe istū uirū bonū nō facile reppimꝰ · Nūq̄
ḡ ē utile pccare · q̄ semꝑ turpe · Et q̄ semꝑ ē honestū uirū bonū ee · semꝑ
utile · Ac de iure quidē pdioꝝ sanctitū apud nos iure ciuili est · ut
in hijs uendendis uicia dicerent̄ q̄ nota eēnt uenditori · Nā cū ex duo
decī tabulis · satis eēt ea p̄stari q̄ eēnt lingua nūcupata · que qui
inficiatꝰ eēt dupli penā subiret · a iuris ꝯsultis eciā reticentie pe
na ē ꝯstituta · Quicquid ē ī pdio uicij · id statuerūt si uenditor sciret
n̄ nominatī dictū eēt p̄stari oporte · Vt cū ī arce augurium augures actu

ri essent iussissetque Titum Claudium Centumalum qui edes in Celio monte
habebat demoliri eas quod earum altitudo officeret auspiciis. Claudius proscripsit
insulam vendidit. emit P. Calpurnius Lanarius. Huic ab auguribus
illud idem denunciatum est. Itaque Calpurnius cum demolitus esset cognovissetque
Claudium edes postea proscripsisse quam esset ab auguribus demoliri
iussus arbitrum illum adegit quicquid sibi dare facere oporteret ex fide bona. M. Cato
sententiam dixit huius nostri Catonis pater. Ut enim ceteri ex patribus sic hic qui illud lu-
men progenuit ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronunciavit cum in ven-
dendo rem eam scisset et non pronunciasset emptori dampnum prestari oportere. Ergo ad
fidem bonam statuit pertinere notum esse emptori vicium quod nosset venditor. Quod si
recte iudicavit non recte frumentarius ille non recte edium pestilentium venditor
tacuit. Sed huiusmodi reticentie omnes iure civili comprehendi non possunt. que autem possunt
diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus propinquus noster C. Sergio Orate ven-
diderat edes eas quas ipse ab eodem paucis ante annis emerat. Hee
edes Sergio serviebant. sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res
in iudicium est. Oratam Crassus Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus ur-
gebat quod vicii venditor non dixisset sciens id oportere prestari. Equitatem Antonius
quoniam id vicium ignotum Sergio non fuisset qui illas edes vendidisset nichil fu-
isse necesse dici nec eum esse deceptum qui id quod emerat quo iure esset teneret.
Quorsum hec? Ut illud intelligas non placuisse maioribus nostris astutos.
Sed aliter leges aliter philosophi tollunt astucias. leges quatenus manu tenere possunt
philosophi quatenus ratione et intelligentia. Ratio ergo hoc postulat ne quid insidiose ne quid
simulate ne quid fallaciter. Suntne igitur insidie tendere plagas etsi excitaturus
non sis nec agitaturus? Ipse enim fere nullo insequente sepe incidunt. Sic tu
edes proscribas tabulam tamquam plagas ponas domum propter vicia vendas
in eam aliquis incurrat imprudens? Hoc quamquam video propter depravatam consuetudinis
neque more turpe haberi neque aut lege sanciri aut iure civili tamen nature
lege sanctum est. Societas est enim quod etsi sepe dictum sit dicendum tamen est
sepius latissime quidem que pateat omnium inter omnes. interior eorum qui eiusdem
gentis sint. propior eorum qui eiusdem civitatis. Itaque maiores aliud ius
gentium aliud ius civile esse voluerunt. quod civile non idem continuo gentium.
quod autem gentium idem civile esse debet. Sed nos veri iuris germaneque
iusticie solidam et expressam effigiem nullam tenemus. umbra et ymaginibus

Hec uba illius qui est fraudatus

bona fides

utim · Eas ipas ut sequerem · ferunt e ex optimis nate et ueritatis
exemplis · Nam quanti uba illa uti ppter fide ue tua captus fraudatus
ue sim · qm illa aurea · ut inter bonos bene agier opz et sine frau
datione · Sz qui sint boni et qd sit bene agi magna qstio e · Q · sceuola
pontifex maximus summa uim ee dicebat · i omnibus hiis arbitriis · i qbus
adderet ex fide bona · fideiqz bone nome existimabat manare latissime
idqz uersari i tutelis · societatibus · fiduciis · rebus mandatis · emptis ue
ditis et conductis locatis · locatis · qbus uite societas contineret · in hiis ma
gni ee iudicis statuere · psertim cu in plerisqz eent iudicia contraria qd qmqz
cuiqz pstare opz · Quo circa astutie tollende sut · eaqz malicia · q uult
illa quide uideri se ee prudentiam · sz abest ab ea distatqz plurimum ·
Prudentia e locata i delectu bonorum et malorum · Malicia si oia q turpia
st mala st · mala bonis an ponit · Nec uero i prediis ius ciuile solu du
ctu a na maliciam fraudemqz uindicat · sz et i mancipiorum uenditione uenditoris
fraus ois excluditur · Qui n scire debuit de sanitate · de fuga · de furtis
prestat edicto edilium · heredum alia ca e · Ex quo intelligitur · qm iuris
na fons sit · hoc sz na ee · nemine agere id · ut ex alterius pdet inscitia
Nec ulla pnicies uite maior inueniri pt · qm i malicia simulatio in
telligentie · Ex quo ista innumerabilia nascuntur · ut utilia cu honestis pugnare
uideantur · Quotus enim quisqz reperiet · q impunitate et ignoratione omni ppo
sita abstinere possit iniuria · Periclitemur si placet · et i hiis quidem exemplis i quibus
peccari uulgus hominum fortasse no putat · neqz n de sicariis · ueneficis
testamentariis · furibus · peculatoribus · hoc loco disserendu est · qui no uerbis st
et disputatione phorum · sz uinclis et carcere fatigandi · Sz hec consideremus q fa
ciunt qui habent boni · L · minuci basili · locupletis hois falsu testamentum
qdam ex grecia roma attulerunt · Qd quo facilius optinerent · scripserunt
heredes secu · M · crassum et Q · ortensiu · hoies eiusdem etatis potentissimos
Qui cu illud falsum suspicaretur · et sibi aut nullius conscii culpe · ali
eni facinoris munusculu no repulsauerut · Quid ergo · Satin est ut
no deliquisse uideantur · Michi quidem no uidet · qm alterum uiuu amaui ·
alteru non odi mortuum · Sz cu basilus M · satriu sororis filium nome
suu ferre uoluisset · eumqz fecisset heredem · huc dico patronum agri picenum
et sabini · o turpem notam temporu illorum · nu non erat equum principes ciu

res heres et ad statuam inclinatum sit non pervenire. Et enim si is qui non defendit
iniuriam neque propulsat a suis cum potest iniuste facit ut in primo libro disserui
qualis habendus est is qui non modo non repellit sed etiam adiuvat iniuriam? Mihi
quidem etiam vere hereditates non honeste videntur si sint malitiosis blanditiis officiorum
non veritate sed simulatione quesite. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum
aliud honestum videri solet. Falso. Nam eadem utilitatis que honestatis est
regula. Qui hoc non perviderit ab hoc nulla fraus aberit nullum facinus.
Sic enim cogitans: istud quidem honestum verum hoc expedit. Res a natura copulatas
audebit errore divellere qui fons est fraudium maleficiorum scelerum omnium.
Itaque si vir bonus habeat hanc vim ut si digitis concrepuerit possit in
locupletium testamenta nomen eius irrepere hac vi non utatur ne si exploratum
quidem habeat id omnino neminem umquam suspicaturum. At si dares hanc
vim M. Crasso ut digitorum percussione heres posset scriptus esse qui re vera non
esset heres in foro crede mihi saltaret. Homo autem iustus isque quem sentimus virum
bonum nihil cuiquam quod in se transferat detrahet. Hoc qui admiratur is se quid sit vir
bonus nescire fateatur. At vero si quis voluerit animi sui complicatam notionem
evolvere iam se ipse doceat eum virum bonum esse qui prosit quibus possit noceat
nemini nisi lacessitus iniuria. Quid ergo? hic non noceat qui quodam quasi veneno perfi-
ciat ut veros heredes moveat in eorum locum ipse succedat? Non igitur
faciat dixerit quis quod utile sit quod expediat? Immo intelligat nihil nec
expedire nec utile esse quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit bonus vir esse non
poterit. Fimbriam consularem audiebam de patre nostro puer iudicem M. Lutatio
Pythie fuisse equiti romano sane honesto cum is sponsionem fecisset ni vir
bonus esset. Itaque ei dixisse Fimbriam se illam rem numquam iudicaturum ne aut spo-
liaret fama probatum hominem si contra iudicavisset aut statuisse videretur virum bo-
num aliquem esse cum ea res innumerabilibus officiis et laudibus contineretur. Huic igitur
viro bono quem Fimbria etiam non modo Socrates noverat nullo modo videri
potest quicquam esse utile quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo facere
sed nec cogitare quidem quicquam audebit quod non audeat predicare. Hoc non turpe
est dubitare philosophos que ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id
quod iam contritum est vetustate proverbium. Cum enim fidem alicuius bonitatemque
laudant dignum esse dicunt quicum in tenebris mices. Hoc quam habet vim
nisi illam nihil expedire quod non deceat etiam si id possis nullo refellente obtinere?

videsne hoc Scipioni neque quia illi posse nemini dari neque huic
quem paulo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse
convertere. Ut enim quod turpe est id quamvis occulte tamen honestum fieri
nullo modo potest sic quod honestum non est id utile ut sit effici non potest adversante
et repugnante natura. At enim cum permagna premia sunt est causa peccandi. C. Ma
rius cum ab spe consulatus longe abesset et septimum annum iaceret post pretu
ram neque petiturus umquam consulatum videretur Q. Metellum cuius legatus erat
summum virum et civem cum ab eo imperatore suo Romam missus esset apud
populum Romanum criminatus est bellum ducere si se consulem fecisset brevi tempore
aut vivum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaque fa
ctus est ille quidem consul sed a fide iustitiaque discessit qui optimum et gravissimum
civem cuius legatus et a quo missus esset in invidiam falso crimine adduxit
xerit. Nec noster quidem Gratidianus officio viri boni functus est tum cum
pretor esset collegiumque pretorium tribuni plebis adhibuissent ut res nu
maria de communi sententia constitueretur. Iactabatur enim temporibus illis nummus
sic ut nemo posset scire quid haberet. Conscripserunt communiter edictum cum pe
na atque iudicio constitueruntque ut omnes simul in rostra post meridiem descen
derent. Et ceteri quidem alius alio. Marius ab subselliis in rostra recta idque
quod communiter compositum fuerat solus edixit. Et ea res si queris ei ma
gno honori fuit. Omnibus vicis statue ad eas thus et cerei. Quid mul
ta? nemo umquam multitudini fuit carior. Hec sunt que conturbent in deliberatione
nonnumquam cum id in quo violatur equitas non ita magnum. Illud autem quod ex
eo paritur permagnum videtur ut preripere Mario collegis et tribunis plebis
popularem gratiam non ita turpe consulem ob eam rem fieri quod sibi tunc propositum
fuerat valde utile videbatur. Sed omnium una regula est quam tibi cupio
esse notissimam. Aut id quod utile videtur turpe ne sit aut si turpe est
ne videatur esse utile. Quid igitur possumusne aut illum Marium virum bonum iudi
care aut hunc? Explica atque excute intelligentiam tuam ut videas que sit
in ea species forma et notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri
emolumenti sui causa criminari preripere fallere? Nihil profecto minus. Est ergo
ulla res tanti aut commodum ullum tam expetendum ut viri boni sple
dorem et nomen amittas? Quid est quod afferre tantum utilitas ista que
dicitur possit quantum auferre si boni viri nomen eripuerit fidem iustitiamque

detraxerit. Quid enim interest utrum ex homine se quis convertat in beluam an
in hominis figura immanitatem gerat belue. Quid qui omnia recta et honesta ne-
gligunt dummodo potentiam consequantur nonne idem faciunt quod is qui etiam socerum habere voluit
eum cuius ipse audacia potens esset. Utile ei videbatur plurimum posse alte-
rius invidia. Id quam iniustum in patriam et quam turpe esset non vi-
debat. Ipse autem socer in ore semper grecos versus de phenissis habebat quos dicam ut
potero incondite fortasse sed tamen ut res possit intelligi. Nam si violandum est ius
regnandi gratia violandum est. Aliis rebus pietatem colas. Capitalis ethyocles
vel potius euripides qui id solum unum quod omnium sceleratissimum fuit exce-
pit. Quid igitur minuta colligimus hereditates mercaturas venditiones frau-
dulentas. Ecce tibi qui rex populi romani dominusque omnium gentium esse concupivit idque per-
fecerit. Hanc cupiditatem si honestam quis esse dicit amens est. Probat enim le-
gum et libertatis interitum earumque oppressionem tetram et detestabilem gloriosam
putat. Qui autem fatetur honestum non esse in ea civitate que fuit libera queque
esse debeat regnare sed ei qui facere possit esse utile qua hunc obiurgatione
aut quo potius convicio a tanto errore coner avellere. Potest enim dii im-
mortales cuiquam esse utile fedissimum et teterrimum parricidium patrie
quamvis is qui se eo obstrinxerit ab oppressis civibus parens nominetur. Honestate
igitur dirigenda utilitas est et quidem sic ut hec duo verba inter se discrepare
verum unum sonare videantur. Non habeo ad vulgi opinionem que maior
utilitas quam regnandi esse possit. Nihil contra inutilius ei qui id iniuste consecutus
sit invenio cum ad veritatem cepi revocare rationem. Possunt enim cuiquam esse
utiles angores sollicitudines diurni et nocturni metus. Vita insidiarum
periculorumque plenissima. Multi iniqui atque infideles regno pauci boni sunt dicit
Attius. At cui regno. Quod a tantalo et pelope proditum iure obtinebatur.
Nam quanto plures ei regi putas qui exercitu populi romani populum ipsum romanum
oppressisset civitatemque non modo liberam sed etiam gentibus imperantem servire sibi coe-
gisset. Hunc tu quas conscientie labes in animo censes habuisse que vulnera. Cuius
autem vita ipsi potest utilis esse cum eius vite ea conditio sit ut qui illam eripuerit
in maxima et gratia et gloria futurus sit. Quod si hec utilia non sunt que maxime videntur
quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis satis persuasum esse debet nihil esse u-
tile quod non honestum sit. Quamquam id quidem cum sepe alias tum pyrri bello a
fabricio consule iterum et a senatu nostro iudicatum est. Cum enim rex pyrrus
populo romano bellum ultro intulisset cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac

potete · p fuga ab eo uenit in castra fabricii · eiqz e pollicitus si pre-
miu ei proposuisset se ut uenisset clam · sic clam in pyrri castra rediturum
et eu ueneno necaturu · hunc fabricius reducendu curauit ad pyrru · idqz
eius factu laudatu a senatu e · Atqui si spez utilitatis opinionemqz
quaerimus · magnu illud bellu perfuga unus · et grauez aduersariu imperii
sustulisset · Sz magnu dedecus et flagitiu · quo cu laudis certame fuisset ·
eu no uirtute sz scelere superatu · Utrum igitur utilius uel fabricio qui talis
in hac urbe qualis aristides athenis fuit · uel senatui nro qui nunqua utili-
tatez a dignitate seiunxit · armis cu hoste pugnare · an uenenis · Si
gloriae cu imperiu expetendu e · scelus absit in quo no pt ee gloria · Sin ip-
sae opes expetuntur · quoquo mo no poterunt utiles ee cu infamia · No
igitur utilis illa · l · philippi · q · f · sna · quas ciuitates · l · silla pecunia acce-
pta ex senatus consulto liberauisset · censuit ut hee rursus uectigales
essent · neqz his pecuniaz quam p libertate dederant redderemus · Ei
senatus e assensus · turpe imperio · piratarum eni melior fides q se-
natus · At aucta uectigalia · Utile est igitur · Quousqz audebunt dicere quicq utile
le quod no honestuz · Pt aut ulli imperio qd gloria debz ee fultu et beniuo-
lentia sociorum utile ee odiu et infamia · Ego et cu catone in eo saepe dis-
sensi · Nimis praefracte mi uidebatur erariu · uectigaliaqz defendere · omnia
publicanis negare · multa sociis · cu in hos benefici ee debemus · cu
illis sic agere ut cu colonis nris solemus · Eoqz magis · qz illa ordi-
num coniunctio ad salute r · p · pertinebat · Male etiam curio cu causaz transpadanorum
equam ee dicebat · sp aut addebat · uincat utilitas · Potius diceret no ee
equam qz no utilis · r · p · quam cu utilez ee diceret no ee equam fateretur ·
Plenus e sextus liber de officiis hecatonis talium questionum · sitne boni
viri in maxima caritate annone familiam non alere · In utramqz ptez di-
sputat · sz tn ad extremum ad utilitate ut putat officiu dirigit · ma-
gis q humanitatez · Querit si in mari iactura sit facienda · equine pretiosi
potius iacturaz faciat · an seruuli uilis · hic alio res familiaris ·
alio ducit humanitas · Si tabulaz de naufragio stultus arripuerit · extor-
quebit ne eam sapiens si poterit · Negat · qz sit iniuriu · Quid dns na-
uis · eripiet ne suu · Minime · No plus q si nauigantez in alto deicere
de naui uelit · qz sua est · Quoad enim perueniz sit eo quo sumpta nauis
est · no dni e nauis sz nauigantiuz · Quid si una tabula sit duo

Grad qr mod bellu apte a p insidias

naufragii. utrumque sapientes sibi uter arripiat. an alter cedat alteri
Cedat vero. sed ei cuius magis intersit vel sua vel rei publicae causa vivere. Quid si haec
paria in utroque. nullum erit certamen. sed quasi sorte aut dimicando victus alteri
6 cedat alter. Quid si pater fana expilet. cuniculos agat ad erarium. indi
cetne id magistratibus filius. Nefas id quidem est. quin etiam defendat patrem si
arguatur. Non igitur patria praestat omnibus officiis. Immo vero. sed ipsi patriae
conducit. pios habere cives in parentes. Quid si tyrannidem occupare si patriam
7 prodere conabitur pater. silebitne filius. Immo vero obsecrabit patrem ne
id faciat. Si nihil proficiet accusabit eum minabitur et ad extremum si
ad perniciem patriae res spectabit. patriae salutem anteponet saluti patris
8 Quaerit etiam si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis
cum id rescierit. soluturusne sit eos si cui debeat pro bonis. Diogenes
ait debere bonos reddere. Antipater negat. cui potius assentior. Qui vinum
9 fugiens vendat sciens. debeatne dicere. Non necesse putat Diogenes. An
tipater boni viri existimat. Haec sunt quasi controversa iura Stoicorum. In mancipio
10 vendendo dicendane vitia. Non ea quae nisi dixeris redhibeatur mancipium iure
civili. sed haec. mendacem esse. aleatorem. furacem. ebriosum. Alteri dicenda vi
11 dentur. alteri non videntur. Si quis aurum vendens orichalcum se putat vende
re indicetne ei vir bonus aurum illud esse. an emat denario quod sit mille
denarium. Perspicuum est iam et quid mihi videatur et quae sit inter eos philosophos
12 quos nominavi controversia. Pacta et promissa semperne servanda sint que nec vi nec dolo
malo ut praetores solent facta sint. Si quis medicamentum cuipiam dederit
13 ad aquam intercutem pepigeritque ne illo medicamento umquam postea uteretur
si eo medicamento sanus factus sit et annis aliquot post inciderit in eundem
morbum nec ab eo quicum pepigerat impetret ut iterum ea liceat uti quid
faciendum sit. cum sit is inhumanus qui non concedat nec ei quicquam fiet iniurie
14 vite et saluti consulendum. Quid si quis sapiens rogatus sit ab eo qui eum
heredem faciat cum ei testamento sestertium milies relinquat. ut antequam here
ditatem adeat luce palam in foro saltet. id se facturum promiserit quod aliter
eum heredem ille facturus non esset. faciat id quod promiserit necne. promisisse
nollem. et id gravitatis arbitror fuisse. quoniam promisit. Si saltare in foro turpe
ducet. honestius mentietur si ex hereditate nihil ceperit quam si ceperit. nisi forte pe
cuniam in rem publicam magnum aliquod tempus contulerit ut vel saltare cum cum patriae

In malo promisso rescinde

Exemplum

consultum sit. tempore non sit, ne illa quidem promissa servanda sunt que
non sunt hiis ipsis utilia quibus illa promiseris. Sol Phetonti filio ut
redeamus ad fabulas facturum se esse dixit quicquid optasset. Optavit ut
in currum patris tolleretur. Sublatus est. atque is ante quam constitit ictu
fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse
observatum. Quid Theseus exegit promissum a Neptuno. Cui cum tres o-
ptationes Neptunus dedisset, optavit interitum Ypoliti filii sui cum is
patri suspectus esset de noverca. Quo optato impetrato Thezeus in
maximis fuit luctibus. Quid Agamenon cum devovisset Dyane quod in
regno suo pulcherrimum natum esset illo anno, ymolavit filiam suam
Ephigeniam qua nichil erat eo quidem anno natum pulcrius. Promissum potius
non faciendum quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo et promissa non fa-
cienda non numquam neque semper deposita reddenda. Si quis gladium apud te

epistola

sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit non reddere
officium. Quid si is qui apud te pecuniam deposuit bellum inferat patrie,
reddas ne depositum. Non credo. facies enim contra rem publicam que debet esse karissima. Sic
multa que honesta natura videntur esse temporibus fiunt non honesta. facere pro-
missa, stare conventis, reddere deposita commutata utilitate fiunt inho-
nesta. Ac de hiis quidem que videntur esse utilitates contra iusticiam simula-
tione prudentie satis arbitror dictum. Sed quoniam a quatuor fontibus

De prudentia [illegible] De comparacione utilitatis cum fortitudine

honestatis primo libro officia duximus, in eisdem versabimur cum docebimus
ea que videantur esse utilia neque sint quam sint virtutis inimica. Ac de
prudentia quidem quam vult imitari malicia, itemque de iusticia que semper est
utilis disputatum est. Reliquie sunt due partes honestatis quarum altera in animi
excellentis magnitudine et prestantia cernitur, altera in conformatione et moderatione
continentie et temperantie. Utile videbatur Ulixi ut quidem poete tragici pro-
diderunt. Nam apud Homerum optimum auctorem talis de Ulixe nulla
suspicio est, sed insimulant eum tragedie simulatione insanie miliciam subter-
fugere voluisse. Non honestum consilium at utile ut aliquis fortasse dixerit
regnare et Ythace vivere ociose cum parentibus, cum uxore, cum filio. Ullum

Tranquilla vita

tu decus in quottidianis laboribus et periculis cum hac tranquillitate
conferendum putas. Ego vero istam contempnendam et abiciendam. Quoniam que
honesta non sit ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum pu-
tas fuisse Ulixem si in simulatione illa perseverasset, qui cum maximas res

gesserat in bello. Tum hec audiat ab oratore: Quoniam ipse princeps iuris
iurandi fuit quod vos omnes scitis, solus neglexit fidem, furere simulavit
ne coiret, instituit, ni palamedis perspicax prudentia istius percepis-
set maliciosam audaciam, fide sacrata ius perpetuo fallere. Illi vero non
modo cum hostibus verum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius
fuit quam deserere consentientem grecorum ad bellum barbaris inferendum. Sed omit-
tamus et fabulas et externa: ad rem factam nostramque veniamus. M. Attilius
regulus cum consul iterum in affrica ex insidiis captus esset duce xanthippo
lacedemonio imperatore autem patre hanibalis hamilcare, iuratus missus est
ad senatum, ut nisi redditi essent penis captivi nobiles quidam, rediret ipse
carthaginem. Is cum romam venisset, utilitatis speciem videbat, sed eam, ut res
declarat, falsam iudicavit, que erat talis: manere in patria, esse domui sue cum
uxore cum liberis, quam calamitatem accepisset in bello communem fortune bellice iu-
dicantem tenere consularis dignitatis gradum. Quis hec neget esse utilia? quem censes?
Magnitudo animi et fortitudo negat. Num locupletiores queris auctores?
harum enim est virtutum proprium nichil extimescere, omnia despicere humana, nichil quod homini
accidere possit intollerandum putare. Itaque quid fecit? In senatum venit, man-
data exposuit, sententiam ne diceret recusavit, quam diu iureiurando hostium
teneretur, non esse se senatorem. Atque illud etiam: o stultum hominem, dixerit quispiam, et
repugnantem utilitati sue: reddi captivos negavit esse utile; illos enim adole-
scentes esse et bonos duces, se iam confectum senectute. Cuius cum valuisset au-
ctoritas, captivi retenti sunt, ipse carthaginem rediit, neque eum caritas pa-
trie retinuit nec suorum. Neque vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem
et ad exquisita supplicia proficisci, sed iusiurandum conservandum putabat. Itaque tum
cum vigilando necabatur erat in meliore causa quam si domi senex captivus
periurus consularis remansisset. At stulte, qui non modo non censuit captivos
remittendos, verum etiam dissuaserat. Quo modo stulte? etiam si rei publice conducebat?
Potest autem quod inutile sit rei publice, id cuiquam civi utile esse? Pervertunt homines ea que sunt
fundamenta nature, cum utilitatem ab honestate seiungunt. Omnes enim expetimus
utilitatem ad eamque rapimur nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est qui
inutilia fugiat? Aut quis potius qui ea non studiosissime persequatur? Sed
quia nusquam possumus nisi in laude, decore, honestate utilia reperire, propter-
ea illa prima et summa habemus, utilitatis nomen non tam splendidissimum

quam necessarium ducimus. Quod est igitur dixit Regulus in iure iurando. Num ira-
tum timemus Iovem. At hoc quidem commune est omnium philosophorum non eorum modo qui deum
nihil habere ipsum negocii dicunt nihil exhibere alteri sed eorum etiam qui deum
semper agere aliquid et moliri volunt numquam nec irasci deum nec nocere. Quid autem
iratus Iupiter plus nocere potuisset quam nocuit sibi ipse Regulus. Nulla
igitur vis fuit religionis que tantam utilitatem perverteret. An ne turpiter faceret.
Primum minima de malis. Num igitur tantum mali turpitudo ista habebat quantum
ille cruciatus. Deinde illud etiam apud Accium. Fregisti ne fidem. Neque dedi
neque do infideli cuiquam. Quamquam ab impio rege dicitur luculente tamen dicitur. Addunt
etiam quemadmodum nos dicamus videri quedam utilia que non sint sic se dicere videri
quedam honesta que non sint. ut hoc ipsum videtur honestum conservandi iurisiurandi
causa ad cruciatum revertisse sed fit non honestum. Quia quod per vim hosti-
um esset actum ratum esse non debuit. Addunt etiam quicquid valde utile sit
id fieri honestum etiam si antea non videretur. Hec fere contra Regulum. Sed
prima videamus. Non fuit Iupiter metuendus ne iratus noceret qui neque
irasci solet nec nocere. Hec quidem ratio non magis contra Regulum quam contra omne
ius iurandum valet. Sed in iure iurando non qui metus sed que vis sit debet intelligi.
Est enim ius iurandum affirmatio religiosa. Quod autem affirmate quasi deo teste
promiseris id tenendum est. Iam enim non ad iram deorum que nulla est sed ad iusticiam et
ad fidem pertinet. Nam preclare Ennius. O fides alma apta pinnis et ius iu-
randum Iovi. Qui igitur ius iurandum violat is fidem violat. Quam in capitolio
vicinam Iovis optimi maximi ut in Catonis oratione est maiores nostri esse
voluerunt. At enim ne iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuisset quam sibi no-
cuit ipse Regulus. Certe si nihil malum esset nisi dolere. Id autem non modo non sum-
mum malum sed ne malum quidem esse maxima auctoritate philosophi affirmant. Quorum quidem
testem non mediocrem sed haud scio an gravissimum Regulum nolite queso
vituperare. Quem enim locupletiorem querimus quam principem populi romani qui retinendi
officii causa cruciatum subierit voluntarium. Nam quod aiunt minima de malis
id est ut turpiter potius quam calamitose. An est ullum malum maius turpitudine.
Que si in deformitate corporis habet aliquid offensionis quanta illa depravatio
et feditas turpificati animi videri debet. Itaque nervosius qui ista disserunt
solum audent malum dicere id quod turpe sit. Qui autem remissius hi non du-
bitant summum malum dicere. Nam illud quidem. Neque dedi neque do fidem infi-

deli cuiusdam recte a poeta quia cum tractaret Atreus persone
serviendum fuit. Sed si hoc sumimus nullam esse fidem que infideli data
sit videant ne queratur latebra periurio. Est autem et bellicum fides que
iurisiurandi sepe cum hoste ea servanda. Quod enim ita iuratum est ut mens
conciperet fieri oportere id servandum est. Quod aliter id si non fecerit nullum est
periurium. Ut si predonibus pactum pro capite pretium non attuleris nulla fraus
est ne si iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perduellium
numero definitus sed communis hostis omnium. Cum hoc nec fides ex communi debet
nec iusiurandum esse commune. Non enim falsum iurare periurare est. Sed quod ex animi tui
sententia iuraveris sicut verbis concipitur more nostro id non facere periurium est. Sci
te enim Euripides iuravi lingua mentem iniuratam gero. Regulus vero non
debuit condiciones pactionesque bellicas et hostiles perturbare periurio. Cum
iusto enim et legitimo hoste res gerebatur adversus quem et totum ius feciale et
multa sunt iura communia. Quod ni ita esset numquam claros viros senatus vinctos ho
stibus dedisset. At vero T. Veturius et Spurius Postumius cum iterum consules es
sent quia cum male pugnatum apud Claudium esset legionibus nostris sub iugum mis
sis pacem cum Samnitibus fecerant dediti sunt hiis. Iniussu enim populi senatusque
fecerant. Eodemque tempore Tiberius Numicius Q. Emilius qui tunc tribuni plebis
erant quod eorum auctoritate pax erat facta dediti sunt ut pax Samnitium
repudiaretur. Atque huius deditionis ipse Postumius qui dedebatur suasor et
auctor fuit. Quod idem multis annis post C. Mancinus fecit qui ut Numanti
nis quibus cum sine senatus auctoritate fedus fecerat dederetur rogationem sua
sit eam quam L. Furius Sextus Attilius ex senatus consulto afferebant qua accepta
est hostibus deditus. Honestius hic quam Q. Pompeius quo cum in eadem causa esset
deprecante accepta lex non est. Hic ea que videbatur utilitas plus
valuit quam honestas. Apud superiores utilitatis species falsa ab honesta
tis auctoritate superata est. At non debuit ratum esse quod erat actum per vim.
Quasi non forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficiscebatur
cum presertim de captivis dissuasurus esset. Quod maximum in eo est id reprehen
ditis. Non enim suo iudicio stetit sed suscepit causam ut esset iudicium senatus
cui nisi ipse auctor fuisset captivi profecto penis redditi essent. Ita
incolumis in patria Regulus restitisset. Quod quia patrie non utile putavit

utatem est honestum et sentire illa et pati tradidit. Nam quod aiunt quod
valde utile sit id fieri honestum, ymo vero esse non fieri. Est enim nichil
utile quod idem non honestum, nec quia utile honestum, sed quia honestum
utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit
hoc exemplo aut laudabilius aut prestantius. Sed ex tota hac laude Reguli unum
est illud admiratione dignum quod captivos retinendos censuit. Nam quod rediit
nobis nunc mirabile videtur, illis quidem temporibus aliter facere non potuit.
Itaque ista laus non est hominis sed temporum. Nullum enim vinculum ad astringendam
fidem iureiurando maiores arcius esse voluerunt. Id indicant leges in duodecim ta-
bulis, indicant sacrate, indicant federa, quibus etiam cum hoste devincitur
fides, indicant notiones animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius
quam de iureiurando iudicabant. L. Manlio Auli filio cum dictator fuisset, M.
Pomponius tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam ge-
rendam addidisset; criminabatur etiam quod Titum filium qui postea est Torquatus appella-
tus ab hominibus relegasset et ruri habitare iussisset. Quod cum audivisset
adolescens filius negocium exhiberi patri, accurrisse Romam et cum prima lu-
ce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nunciatum, qui
illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo
remotisque arbitris ad se adolescentem iussit venire. At ille ut in-
gressus est, confestim gladium distrinxit, iuravitque se illum statim interfecturum
nisi iusiurandum sibi dedisset se patrem dimissum esse facturum. Iuravit hoc terrore
coactus Pomponius. Rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa desistere
necesse esset, Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis iusiurandum valebat. Atque
hic T. Manlius is est qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat,
torque detracto cognomen invenit, cuius tercio consulatu Latini ad Veseri
fusi et fugati sunt, magnus vir in primis et qui perindulgens in patre, idem
acerbe severus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conservando iureiurando,
sic decem illi quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum
misit Hannibal se in castra redituros ea quorum erant potiti Peni nisi de redimendis captivis
impetravissent, si non redierunt vituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam
Philippus bonus auctor scribit ex novem nobilissimis qui tunc
erant missi egressus e castris redisse quasi aliquid esset oblitus et Rome

remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse iureiurando interpretabatur non recte. Fraus enim distringit non dissolvit periurium. Fuit igitur stulta calliditas perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus ut ille veterator et callidus vinctus ad Hanibalem duceretur. Sed illud maximum. Octo hominum milia tenebat Hanibal non quos in acie cepisset aut qui periculo mortis diffugissent sed qui in castris relicti fuissent a Paulo et Varrone consulibus. Eos senatus non censuit redimendos cum id parva pecunia fieri posset ut esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori. Qua quidem re audita fractum animum Hanibalis scribit idem quod senatus populusque romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea que videntur utilia vincuntur. Alius autem qui greco scripsit hystoriam plures ait fuisse qui in castra revertissent eadem fraude ut iureiurando liberarentur eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit iam huius loci finis. Perspicuum est enim ea que timido animo humili demisso fractoque fiant quale fuisset Reguli factum si aut de captivis quod sibi opus esse videretur non quod rei publice censuisset aut domi remanere voluisset non esse utilia quia sint flagiciosa feda turpia. Restat quarta pars que in decore moderatione modestia continentia temperantia continetur. Potest igitur quicquam utile esse quod sit huic talium virtutum choro contrarium. Atqui ab Aristippo cyrenaici atque annicerii philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis floret Epycurus eiusdem fere adiutor auctorque sententie. Cum hiis viris equisque ut dicitur si honestatem tueri ac retinere sententia est decertandum est. Nam si non modo utilitas sed vita omnis beata corporis firma constitutione eiusque constitutionis spe explorata ut a Metrodoro scriptum est continetur certe hec utilitas et quidem summa sic enim censent cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentie locus dabitur an ut conquirat undique suavitates. Quam miser virtutis famulatus servientis voluptati. Quod autem munus prudentie an eligere intelligenter voluptates. Fac nihil isto esse iocundius quid cogitari potest turpius. Iam qui dolorem summum malum dicit apud eum quem habet locum fortitudo que est dolorum laborumque contemptio. Quamvis enim multis in locis dicat Epycurus sicut hic dicit satis fortiter de dolore tamen non id expe

querendum est quid dicat sed quid consentaneum sit ei dicere qui bona voluptate
terminaverit mala dolore ut si illum audiat de continentia et temperantia.
Dicit ille quidem multa multis locis sed aqua heret ut aiunt. Nam qui potest
temperantiam laudare is qui ponat summum in voluptate bonum. Est enim
temperantia libidinum inimica libidines autem consectatrices voluptatis. Atque
in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt non incallide tergiversantur. Prudentiam in-
troducunt scientiam suppeditantem voluptates depellentem dolores. Forti-
tudinem quoque aliquo modo expediunt cum tradunt rationem neglegende mortis
et perpetiendi doloris. Et temperantiam inducunt non facillime illi quidem sed tamen
quoquo modo possunt. Dicunt enim voluptatis magnitudinem doloris detractione
finiri. Iusticia vacillat vel iacet potius omnesque hee virtutes que in commu-
nitate cernuntur et in societate generis humani. Neque enim bonitas nec liberalitas
nec comitas esse potest non plus quam amicitia si hec non per se expetantur sed ad
voluptatem utilitatemve referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut
utilitatem nullam esse docuimus que honestati esset contraria sic omnem volu-
ptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Callio-
phontem et Dinomachum iudico qui se dirempturos controversiam putaverunt
si cum honestate voluptatem tamquam cum homine pecudem copulavissent. Non reci-
pit istam coniunctionem honestas aspernatur et repellit. Nec vero finis bonorum
et malorum qui simplex esse debet ex dissimilibus rebus misceri et temperari potest.
Sed de hoc magna enim res est alio loco pluribus. Nunc ad propositum. Quemadmodum
igitur si quando ea quidem utilitas honestati repugnat diiudicanda res sit
satis supra disputatum est. Sin autem speciem utilitatis et voluptas habere dicetur
nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. Nam ut tribuamus aliquid voluptati condi-
menti fortasse non nihil utilitatis certe nihil habebit. Habes a patre
munus Marce fili mea quidem sententia magnum sed perinde erit ut acceperis.
Quamquam hi tibi tres libri inter Cratippi commentarios tamquam hospites erunt
recipiendi sed ut si ipse venissem Athenas quod quidem esset factum nisi me e
medio cursu clara voce revocasset patria aliquando me quoque audires
sic quoniam his voluminibus ad te profecta vox est mea tribues his
temporis quantum poteris poteris autem quantum voles. Cum vero te intellexero hoc
scientie genere gaudere tum et presens tecum propediem ut spero et dum aberis

Et tergiversato e presumpt[illegible] ab [illegible]

absens loquar· Vale igitur mi Cicero tibique persuade esse te quidem mihi
karissimum sed multo fore cariorem si talibus monimentis preceptisque
letabere

Explicit liber· Ciceronis· Marci Tulii· de officiis·

Tullius expertos cupiens componere mores · Edidit hos libros appellans officiorum · Quo solo ferus extitit ...
Consilio sapiens · custos directus ad urbem · lux orbis patrie et salus mens toto senatu
hic plus sale · mutat ... propter honestum

Incipiunt Paradoxa M· T· Ciceronis·

Animadverti o Brute sepe catonem avunculum tuum cum
in senatu sententiam diceret· locos graves ex philosophia
tractare abhorrentes ab hoc usu forensi et publico· Sed di-
cendo consequi· ut illa etiam populo probabilia viderentur· Quod eo
maius est ei quam aut tibi aut nobis· quia nos ea philosophia plus utimur que peperit
dicendi copiam et in qua dicuntur ea que non multum discrepant ab o-
pinione populari· Cato autem perfectus in mea sententia stoycus· et ea sentit
que non sane probantur in vulgo· et est in ea heresi que nullum sequitur florem orationis
neque dilatat argumentum· sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod
proposuit efficit· Sed nihil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile· nihil
tam horridum quod non splendescat oratione et tamquam ager excolatur· Quod cum ita
putarem feci etiam audacius quam ille ipse de quo loquor· Cato enim dumtaxat
de magnitudine animi· de continentia· de morte· de omni laude virtutis· de diis
immortalibus· de caritate patrie stoyce solet oratoriis ornamentis adhibitis
dicere· Ego non tibi illa ipsa que vix in gymnasiis et in ocio stoyci probant
ludens conieci in communes locos· Que quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium
ab ipsis etiam paradoxa appellantur· Temptare volui possentne pro-
ferri in lucem id est in forum et ita dici ut probarentur· an alia que dam esset
erudita alia popularis oratio· Eoque hos locos scripsi libentius quod mihi ista
paradoxa que appellant maxime videntur esse socratica longeque verissima·
Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his iam contractioribus no-
ctibus· quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit et degusta-
bis genus exercitationum mearum quibus uti consuevi cum ea que dicuntur in
scolis ΘΕΤΙΚΩΣ ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus· Hoc tamen

opus in apertum ut referrem mihi expostulo. Non enim tale est ut in ar-
ce poni possit quasi Minerva illa Fidie. Sed tamen ut ex eadem officina et hanc
eadem figuram exisse appareat. OTICOHOHTOKADOHA-
TOTOH. Quod honestum est id solum bonum esse. Vereor ne cui vestrum ista sermo communis atque a
stoicorum hominum disputationibus non ex meo sensu deprompta
haec videatur oratio. Dicam quod sentio tamen et dicam brevius quam tanta res dici
possit. Numquam hercle ego neque pecunias istorum neque tecta magnifica neque
opes neque imperia neque eas quibus maxime astricti sunt voluptates in bonis
rebus aut expetendis esse duxi. quippe cum viderem homines rebus his
circumfluentes. Et tamen desiderare maxime quibus habundarent. neque enim
umquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. neque solum ea qui habent libidine
augendi cruciantur sed etiam amittendi metu. In quo equidem continentissimorum
hominum maiorum nostrorum saepe requiro prudentiam. qui haec imbecilla et commu-
tabilia pecunie membra verbo bona putaverunt appellanda. cum re ac
factis longe aliter iudicavissent. Potest bonum cuiquam malo esse. Aut potest
quisquam in habundantia bonorum ipse esse non bonus. Atqui ista omnia talia vi-
demus ut et improbi habeant et ut obsint probis. Quam ob rem licet
irrideat si quis vult. plus tamen apud me vera ratio valebit quam vulgi opinio.
Neque ego umquam bona perdidisse dicam si quis pecus aut supellecti-
lem amiserit. neque non saepe illum laudabo sapientem Biantem ut opinor
qui numeratur in septem. Cuius cum patriam plenam cepisset hostis ceterique
ita fugerent ut multa de suis rebus asportarent. cum esset admonitus a
quodam ut idem ipse faceret. Ego vero inquit facio Nam omnia mecum porto mea.
Ille haec ludibria fortune nec sua quidem putavit. que nos appella-
mus etiam bona. Quid est igitur quaeret aliquis bonum. Si quod recte fit et honeste
et cum virtute id bene fieri vere dicitur. Quod rectum et honestum et cum
virtute id solum opinor bonum. Sed haec videri possunt odiosiora cum len-
tius disputantur. Vita atque factis illustrata sunt summorum virorum haec
que verbis subtilius quam satis est disputari videntur. Quaero enim a vobis
num ullam cogitationem habuisse videantur hii qui hanc rem publicam tam preclare
fundatam nobis reliquerunt. aut auri et argenti ad avaritiam aut amenitatum
ad delectationem aut supellectilis ad delicias aut epularum ad volupta-
tes. Ponite ante oculos unumquemque regum. Vultis incipiam a Romulo

quod fidias de Minerva ... posset

alii dicunt ... bonum ...

vel referatur ad avaritiam argenti et ad delectationem amenitatum

multis a bruto et sociis eius pro libera civitate ab hiis ipsis qui libere
essent. Quibus tandem romulus gradibus ascendit in celum. hiisne
an hiis que ista bona appellantur an rebus gestis atque virtutibus. Quid a
numa pompilio minusne gratas diis immortalibus capedines ac
fictiles urnulas fuisse quam delicatas aliorum pateras arbitramur. O-
mitto reliquos. Sunt enim omnes pares inter se preter superbum tarquinium. Brutum
si quis roget quid egerit in patria liberanda. si quis item reliquos eiusdem
consilii socios quid expetiverint. Quid consectati sint. num cui ex istis
voluptas. cui divicie. cui denique preter officium fortis et magni viri
quicquam aliud propositum fuisse videatur. Que res ad necem porsenne C.
mucium impulit sine ulla spe salutis sue. Que vis coclitem contra omnes
hostium copias tenuit in ponte solum. Que patrem decium. que filium
devotavit et immisit in armatas hostium copias. Quid continentia C. fa-
bricii. Quid tenuitas victus curii sequebatur. Quid duo propugnacula belli
punici Gn. et P. scipiones qui cartaginensium adventum corporibus suis
intercludendum putaverunt. Quid affricanus maior. Quid minor. Quid
inter horum etates interiectus cato. Quid innumerabiles alii. Nam do-
mesticis exemplis habundamus. dicemusne eos cogitasse quicquam in vita
sibi esse expetendum nisi quod laudabile esset et quod preclarum videretur. Veni-
unt igitur isti irrisores orationis ac sententie et iudicent utrum se horum alicuius
qui marmoribus tectis ebore et auro fulgentibus. qui signis. quid tabulis
quid celato auro et argento qui corinthiis operibus habundant. An gaii
fabricii qui nil habuit eorum nichil habere voluit se similes malint. Atque
hec quidem que modo huc modo illuc transferuntur facile adduci solent ut in
bonis esse negent. Illud arte tenent accurateque defendunt scilicet voluptatem
esse summum bonum. Que quidem vox mihi videtur pecudum esse non hominum. Tu cum tibi
sive deus sive mater ut ita dicam rerum omnium natura dederit animum quo
nichil est prestancius neque divinius sic te abicies atque prosternes ut
nichil inter te atque quadrupedem putes interesse. Quicquamne bonum est quod
non eum qui possidet meliorem facit. Ut enim est quisque boni particeps ita
et laudabilis maxime. neque ullum bonum est de quo non is qui habeat possit
honeste gloriari. Quid autem horum est in voluptate meliorem efficiat aut
laudabiliorem virum. An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando

[illegible] l. numa pompilio

se etiam perditior esset. An quisquam si voluptas que plurimorum patrociniis
defenditur in rebus bonis habendus non est. Eaque quo maior est eo ma-
gis mentem ex sua sede et statu dimovet. Profecto non est aliud bene et
beate vivere nisi honeste et recte vivere. Otyaytapkhc
hapteHpoceydaydhian. In quo virtus sit ei nihil deesse
ad bene vivendum. Nec vero ego M. Regulum erumnosum nec infelicem
nec miserum umquam putavi. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur a
penis non gravitas non fides non constantia non ulla virtus non denique
animus ipse qui tot virtutum presidio tantoque comitatu cum corpus eius cape-
retur capi certe ipse non potuit. C. vero Marium vidimus qui mihi secundis rebus
unus ex fortunatis hominibus in adversis unus ex summis viris videba-
tur quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis o insane nescis quantas
vires virtus habeat nomen tantum virtutis usurpas quid ipsa valeat ignoras.
Nemo potest esse non beatus qui est totus aptus ex sese quique in se uno sua
ponit omnia. Cui non spes omnis et ratio et cogitatio pendet ex fortuna
huic nihil potest esse certi nihil quod exploratum habeat permansurum sibi unum
diem. Eum tu hominem terreto si quem eris nactus istis mortis aut
exilii minis. Mihi vero quicquid acciderit in tam ingrata civitate ne recu-
santi quidem evenerit non modo non repugnanti. Quid enim ego laboravi aut
quid egi aut in quo evigilaverunt cure et cogitationes mee si quidem nihil
peperi tale nihil consecutus sum ut eo statu essem quem neque fortune
temeritas neque inimicorum labefactaret iniuria. Mortemne mihi minitaris
ut omnino ab hominibus an exilium ut ab improbis demigrandum sit. Mors
terribilis est hiis quorum cum vita omnia extinguuntur non hiis quorum laus emo-
ri non potest. Exilium autem illis terribile est quibus quasi circumscriptus est habi-
tandi locus non hiis qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Te mi-
serie te erumne premunt omnes qui te beatum qui florentem putas. Tue
libidines torquent. Tu dies noctesque cruciaris cui nec satis est quod est
et id ipsum ne non diuturnum sit futurum times. Te conscientie stimulant maleficiorum
tuorum. Te metus exanimat iudiciorum falsorum atque legum. Quocumque
aspexisti ut furiis sic tue tibi occurrunt iniurie que te suspirare non
sinunt. Quam ob rem ut improbo et stulto et inerti nemini bene esse potest. Sic bonus
et sapiens et fortis miser esse non potest. Nec vero cuius virtus moresque

laudandi sunt · cuius autem non laudanda vita est · Neque porro fugienda
vita est que laudanda est · esset autem fugienda si esset misera · Quob item
quicquid est laudabile idem et beatum et florens et expetendum videri decet

Tercia paradoxa

Otica ta la a a d p · h aa a t a · k a i t a · K a i t o p e o d a d-
ta · Parva inquit est · ut magna culpa · Nec enim peccata rerum eventu sed
vitiis hominum metienda sunt · In quo peccatur idem potest aliud alio maius esse aut
minus · Ipsum quidem illud peccare quoquo verteris unum est · Auri (an) navem evertat
gubernator an palee · in re aliquantulum · in gubernatoris inscitia nihil interest ·
Lapsa est quamvis libido in muliere ignota · dolor ad pauciores pertinet
quam si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine · Peccavit vero nihilominus ·
Si quidem est peccare tamquam transire lineas · quod cum feceris culpa commissa est · Quam
longe progrediare cum semel transieris · ad augendam transeundi culpam nihil
pertinet · Peccare certe licet nemini · Quod autem non licet id hoc uno tenetur · Si ar-
guitur non licere · id nec maius nec minus umquam fieri potest · quoniam in eo est peccatum si non
licuit · Quod semper unum et idem est · que ex eo peccata nascuntur · equalia sint oportet ·
Quod si virtutes sunt pares inter se · paria esse et inter se vitia necesse est · Atqui
pares esse virtutes · nec bono viro meliorem · nec temperante temperatiorem
nec forti fortiorem · nec sapiente sapientiorem · posse fieri facillime potest perspici ·
An virum bonum dices · qui depositum nullo teste · cum lucrari impune posset
auri pondo x · reddiderit · si idem in decem milibus pondo auri
non fecerit · Aut dices hunc temperantem · qui se in aliqua libidine
continuerit · in alia effuderit · Una virtus est consentiens cum ratione et per-
petua constantia · Nihil huic addi potest quo magis virtus sit · Nihil demi
ut virtutis nomen relinquatur · Etenim si bene facta recte facta sunt · et nihil
recto rectius · certe nec bono quidem melius quicquam inveniri potest · Sequitur igitur ut
etiam vitia sint paria · Siquidem pravitates animi recte vitia dicuntur ·
Atqui quoniam pares virtutes sunt · recte facta (i. procedunt) quando a virtutibus proficiscuntur paria
esse debent · Itemque peccata quoniam ex vitiis manant sint equalia necesse est ·
A philosophis (stoicis) inquit ista sumis · quid instas inquis · Metuebam ne a
lenonibus ista diceres · Socrates isto modo disputabat · Bene hercule
narras · Nam istum hominem doctum et sapientem fuisse memorie tradi-
tum est · Sed tamen quero ex te · quoniam verbis inter nos contendimus non pugnis ·
utrum bonis est querendum quid baiuli atque operarii · an quid homines do-

ctissimi senserit. Comperti cum h(ec) mea non me verior. sed nec utilior quid
hominum vite reperiri ulla potest. Quid enim est quod magis arceat ho-
mines ab improbitate omni quam si senserint nullum in delictis esse di-
scrimen. et eque peccare se si privatis ac si magistratibus ma-
nus afferant. et si senserint quamcumque in domum stuprum intulerint eandem
esse labem libidinis. Nichilne igitur non facile possim interest. Nam hoc di-
cet aliquis an patrem quis necat an servum. Nuda ista si ponas
iudicari qualia sint non facile possunt. Patrem vita privare si per se scelus
est. Saguntini qui parentes suos liberos emori quam servos vivere ma-
luerunt parricide fuerunt. Ergo et parenti nonnumquam adimi vita sine scele-
re potest. et servo sepe sine iniuria non potest. Causa igitur hec non natura distinguit.
Que quando utro accessit id fit propensius. Si utrique adiuncta est paria
fiant necesse est. Illud tamen interest quod in servo necando si id fit iniuria
semel peccatur. In patris vita violanda multa peccantur. Violatur eum qui
procreavit. eum qui aluit. eum qui erudivit. eum qui in sede ac domo atque in re publica collocavit.
Multitudine peccatorum prestat eoque pena maiore dignus est. Sed nos in vita
non quam cuique peccato pena sit. sed quantum cuique liceat spectare debemus. Etiamne
in minimis rebus. Etiam. Si quidem rerum modum figere non possumus animorum modum
tenere possumus. Histrio si paulum se movit extra numerum aut si versus pronun-
tiatus est syllaba una brevior aut longior exsibilatur exploditur. In vita
tu qui omni gestu moderatior esse debes ut in syllabis te peccasse di-
ces. Poetam non audio in nugis. in vite societate audiam ego civem peccata
digitis dimetientem sua. Que si visa sint breviora leviora qui possunt
videri. cum quicquid peccatur perturbatione peccetur
rationis atque ordinis. perturbata autem semel ratione et ordine nichil possit
addi quo magis peccari posse videatur. Aliud paradoxum. Omnes stul-
tos delirare. Ego vero te non stultum ut sepe. non improbum ut semper. sed
dementem et insanum rebus addicam necessariis. In rebus necessariis
sapientis animus magnitudine consilii tollerantia rerum humanarum contemptione
fortune virtutibus denique omnibus ut menibus septus vincetur et expugnabitur.
Qui ne de civitate quidem pelli potest. Que est enim civitas. Omnisne conventus et-
iam ferorum et immanium. omnisne et fugitivorum ac latronum congregata unum
in locum multitudo. Certe negabis. Non erat igitur illa tum civitas cum leges
in ea nichil valebant. cum iudicia iacebant. cum mos patrius occiderat

: et si senserint

Saguntini sunt qui omnes parentes obsidentes ... redigi nolebant

Histrio est ... extra ordinem et ... vel ordinem ... et ...

Secta fuit

cum ferro pulsus magistratibus. ut senatus nomine in re publica non erat.
Predonum ille concursus et te duce latrocinium in domo constitutum et reliquie
coniurationis a catiline furiis ad tuum scelus furoremque conuerse. non ciui-
tas erat. Itaque pulsus ego a ciuitate non sum que nulla erat. accersitus
sum in ciuitatem ut esset in re publica ut tunc consul quam non nullus fuerat.
ut esset senatus qui tum occiderat. Consensus populi liber esset iuris et equitatis
s iuris et equitatis que uincula sunt ciuitatis repetita memoria. At uide quam ista tui la-
trocinii tela contempserim. Iactam et immissam a te nefariam iniuriam semper duxi
peruenisse ad me numquam putaui nisi forte cum parietes disturbabas aut
cum tectis sceleratas faces inferebas. meorum aliquid cadere aut deflagrare
arbitrabare. Nichil enim neque meum est neque cuiusquam quod auferri quod eripi quod
amitti potest. Si non mihi mea consilia eripuisses. diuinam animi mei constantiam. Si
meas curas uigilias quibus re publica inuitissima stat. si huius eterni beneficii
immortalem memoriam deleuisses. multo et magis si illam mentem. Unde hec
consilia manauerunt mihi eripuisses. tum ego accepisse me fateor iniuriam
Sed si hec nec fecisti nec facere potuisti reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit
non exitum calamitosum. Ergo ego semper ciuis optimus. sed tum maxime cum
meam salutem senatus exteris nationibus ut ciuis optimi commendabat.
Tu ne es ciuis? Ne quidem nisi forte idem hostis et ciuis esse potest. An
tu ciuem ab hoste natura an loco animo factisque distinguis? Cedem in fo-
ro fecisti. armatis latronibus templa tenuisti. priuatorum domus edes sa-
cras incendisti. Cur est hostis spartacus si tu es ciuis. Potes autem esse
tu ciuis propter quem aliquando ciuitas non fuit. Et me tuo nomine appellas
cum omnes meo discessu exulasse rem publicam putent. Numquam ne te
circumspicies. Numquam nec quid facias considerabis nec etiam quid loquare. Ne-
scis exilium scelerum esse penam. Meum illud iter ob preclarissimas res a me
gestas esse susceptum. Omnes scelerati atque impii quorum tu te ducem esse profiteris
quos leges uolunt exilio affici exules sunt et si solum non mutarunt
An cum omnes te leges exulem esse iubeant non eris exul. Non appelletur
inimicus. Non inimicus qui cum telo fuit ante senatum. Qua te deprehensum esse.
Qui hominem occiderit. plurimos occidisti. Qui incendium. Edes nimpha-
rum manu tua deflagrauit. Qui templa deorum occupauerit. In foro ca-
stra posuisti. Sed quid ego communes leges profero quibus omnibus es exul

familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum bone
Dee accessisses, exulares. At id fecisse gloriari soles. Quo modo igitur tot le-
gibus eiectus in exilium nomen exulis non perhorrescis? Rome sum inquis.
Et quidem in aperto fuisti. Non igitur ubi quisque [illegible] erit, eius loci ius tenebit, si eum
ibi esse legibus non oportebit. ΟΤΙ ΜΟΝΟC Ο COΦΟC ΕΛΕΥ-
ΘΕΡΟC ΚΑΙ ΠΑC ΑΦΡΩΝ ΔΟΥΛΟC. Omnes sapientes
liberos esse et omnes stultos servos. Laudetur vero hic imperator aut etiam
appelletur aut etiam hoc nomine dignus putetur. Quo modo aut cui tandem hic libero
imperabit, qui non potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primum libi-
dines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coherceat avariciam, ce-
teras animi labes repellat, tum incipiat aliis imperare, cum
ipse improbissimis dominis dedecori ac turpitudini parere desierit. Dum
quidem his obediet, non modo imperator sed liber omnino habendus non erit.
Preclare enim hoc usurpatum a doctissimis (quorum ego auctoritate non uterer, si
mihi apud aliquos agrestes hec habenda esset oratio. Cum vero apud prudentissimos
loquar, quibus hec inaudita non sunt, cur ego simulem me, si quid in his studiis
opere posuerim, perdidisse?) dictum est igitur ab eruditissimis viris nisi sapientem
liberum esse neminem. Quid est enim libertas? Potestas vivendi ut velis. Quis
igitur vivit ut volt nisi qui recta sequitur? Qui gaudet officio, cui vivendi
via considerata est atque provisa. Qui legibus quidem non propter metum paret,
sed eas sequitur et colit, id quod salutare esse, qui odit id quod obest maxime
iudicat. Qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat nisi libenter ac libere. Cuius
omnia consilia resque omnes quas gesserit ab ipso proficiscuntur eodemque referuntur.
Nec est ulla res que plus apud eum polleat quam ipsius voluntas atque iu-
dicium. Cui quidem et que vim habere maximam dicitur fortuna ipsa cedit. Sicut sapiens
poeta dixit: suis ea cuique fingitur moribus. Soli igitur hoc contingit sapienti
ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. Quod etiam si ita esse
pluribus verbis disserendum est, illud tamen breve confitendum est, nisi qui ita sit affectus
esse liberum neminem. Servi igitur omnes improbi, servi. Nec hoc tam re est quam dictu
inopinatum atque mirabile. Non enim ita dicunt eos esse servos ut mancipia
que sunt dominorum facta nexu aut aliquo iure civili. Sed si servitus sit, sicut
est, obediencia fracti animi et abiecti et arbitrio carentis suo, quis neget omnes
leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? An non ille mihi

iubet videtur, cui mulier imperat, cui leges imponit, praescribit, iubet, ve-
tat quod videtur, qui nichil imperanti negare potest, nichil recusare audet?
Poscit, dandum est; vocat, veniendum; eicit, abeundum; minatur, extimescendum.
Ego vero istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiamsi in amplissima
familia natus sit, appellandum puto. Atque ut in magna familia stultorum sunt
alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi, atrienses, actu pari stul-
titie sue, quos signa, quos tabule, quos celatum argentum, quos Corinthia
na opera, quos edificia magnifica nimio opere delectant. At sumus, inquis, principes
civitatis. Vos vero non conservorum quidem vestrorum principes estis. Sed ut
in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt,
non honestissimum locum servitutis tenent, sic in civitate qui se istarum rerum cu-
piditatibus dediderunt, ipsius servitutis locum pene infimum obtinent. Magna,
inquis, bella gessi, magnis imperiis et provinciis prefui. Gere igitur animum lau-
de dignum. Echionis tabula te stupidum detinet aut signum aliquod Polycleti.
Mitto unde sustuleris, quo modo habeas; intuentem te, admirantem, clamo-
res tollentem cum video, servum te esse ineptiarum omnium iudico. Nonne igitur sunt
illa festiva? Sunt; nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te,
ita venusta habeantur ista, non ut vincula virorum sint, sed oblectamenta puerorum.
Quid enim censes? Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium
cupidissime tractantem, cum ipse totam Corinthum contempsisset, utrum illum
civem excellentem an atriensem diligentem putaret? Revivescat M. Curius
aut eorum aliquis, quorum in villa ac domo nichil splendidum, nichil ornatum
fuit preter ipsos, et videat aliquem summis populi beneficiis usum barbatu-
los mullos exceptantem de piscina et pertractantem et murenarum copia glorian-
tem: nonne hunc hominem ita servum iudicet, ut ne in familia quidem dignum
maiore aliquo negotio putet? An eorum servitus dubia est, qui cupiditate
peculii nullam condicionem recusant durissime servitutis? Hereditatis spes quid
iniquitatis in serviendo non suscipit? Quem nutum locupletis orbi se-
nis non observat? Loquitur ad voluntatem; quicquid denuntiatum sit, facit;
assectatur, assidet, muneratur. Quid horum est liberi? Quid denique non
servi inertis? Quid, iam illa cupiditas que videtur esse liberalior,
honoris, imperii, provinciarum, quam dura est domina, quam imperiosa, quam vehemens! Cethego

s. ex summis princi-
pibus summus

quod de gula respexit
dicit [illegible]

s. Corinthii gulosi
a matellionibus ci-
bos demerebant

homini non probatissimo servire cogit. Ut eos quos ex amplissimis vide
bamus inimicam mutare, noctu venire domum ad eum, precari, denique
supplicare. Que servitus est, si hec libertas existimari potest. Quid cum cu
piditatis dominatus excessit et alius dominus est exortus ex conscientia peccatorum
timor, quam est ille miser, quam dura servitus: adolescentibus paulo loqua
cioribus est serviendum. Omnes qui aliquid scire videntur tamquam domini timentur.
Iudex vero quantum habet dominatum, quo timore nocentes afficit. An non est omnis
metus servitus. Quid valet igitur illa eloquentissimi viri L. Crassi copiosa
magis quam sapiens oratio: Eripite nos ex servitute. Que est servitus
ista tam claro homini tamque nobili. Omnis animi debilitatis et humilis et fracti
timiditas servitus est. Nolite sinere nos cuiquam servire. In libertatem
vendicare vult. Minime. Quid enim adiungit: nisi vobis universis. Dominum mu
tare non liber esse vult. Quibus et debemus servire et possumus. Nos vero
si quidem animo excelso et alto et virtutibus exaggerato nec debemus nec pos
sumus. Tu posse te dicito, quoniam quidem potes. Debere ne dixeris, quoniam
nihil quisquam debet nisi quod est turpe non reddere. Sed hec hactenus. Ille vide
at quo imperator esse possit, cum eum non liberum esse quidem ratio et veri
tas ipsa convincat. Quod solus sapiens dives sit. Que est ista
in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio. Solusne tu dives.
Pro dii immortales, egone me audisse aliquid et didicisse non gau
deam. Solusne es dives. Quid si non dives quidem. Quid si pauper etiam.
Quem enim intelligimus divitem. Aut hoc verbum in quo homine ponimus. Opinor
in eo cui tanta possessio est ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit, qui
nihil querat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus se
iudicet divitem, non hominum sermo neque possessiones tue. Nihil sibi deesse
putat, nihil curat amplius, satiatus est aut contentus etiam pecunia. Concedo
dives est. Sin autem propter aviditatem pecunie nullum questum turpem putas,
cum isti ordini non honestus quidem possit esse ullus. Si cotidie fraudas,
decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis, si socios spolias, erarium ex
pilas, si testamenta amicorum expectas quidem atque ipse supponis. Hec utrum
habundantis an egentis signa sunt. Animus hominis dives non archa appel
lari solet. Quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo, divitem non
putabo. Etenim ex eo quantum cuique satis est metiuntur homines divi

¶ Sextum para.

ciarum modum. ffilias quas habet pecunie opus est duas maiore plures
maiore etiam si ut aiunt hominis Danao quinquaginta sint filie tot dotes
magnam querunt pecuniam. Quantum enim cuique opus est ad id accommo
datur ut ante dixi diviciarum modus. Qui igitur non filias plures sed in
numerabiles cupiditates habet que brevi tempore maximas copias exhaurire
possent hunc quo ego appellabo divitem cum ipse se egere senciat. Multi
certe audierunt cum diceres neminem esse divitem nisi qui exercitum alere posse
suis fructibus. quod populus Romanus tantis vectigalibus iam pridem vix potest. Ergo hoc propo
sito numquam eris dives antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur
ut eo tueri sex legiones et magna equitum ac peditum auxilia possis.
Iam fateris igitur non esse divitem cui tantum desit ut expleas id quod
exoptas. Itaque istam paupertatem vel potius egestatem ac mendicitatem
tuam numquam obscure tulisti. Nam ut hiis qui honeste rem querunt mercatu
ris faciendis operis dandis publicis sumendis intelligimus esse opus
quesito. sic qui videt domi tue pariter accusatorum atque iudicum consocia
tos greges qui nocentes et pecuniosos reos eodem te actore corruptelam
iudicii molientes qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercessiones
pecuniarum in coitionibus candidatorum dimissiones libertorum ad fenerandas
diripiendasque provincias qui expulsiones vicinorum qui latrocinia in agris
qui cum servis cum liberis cum clientibus societates qui possessiones vacuas
qui proscriptiones locupletum qui cedes municipiorum qui illam Sillani
temporis messem recordetur qui testamenta subiecta tot qui sublatos homines
qui denique omnia venalia delectum et decretum alienam suam sententiam forum
domum vocem silencium quis hunc non putet confiteri quesito opus esse.
Cui autem quesito opus sit quis umquam hunc vere dixit divitem. Etenim
diviciarum est fructus in copia. Copiam autem declarat saccietas rerum atque
habundancia quam tu quoniam numquam assequeris numquam omnino es dives futurus.
Meam autem quoniam pecuniam contempnis et recte. Est enim ad vulgi opinionem medi
ocris ad tuam nulla ad meam modica. De me silebo de te loquar
si peccuniam censenda sit nobis atque extimanda res utrum tandem pluris estimemus
pecuniam Pirri quam ffabricio dabat an continenciam fabricii qui illam
pecuniam repudiabat. Utrum aurum Samnitum an responsum Marci Curii

Finis e.

hereditate L. pauli an libertate afficiam qui cum hereditatis esset ma
ximo fratri partem suam concessit. Nec profecto que sit summarum virtuti plu
rimis estimanda sit quam illa que sit pecunie. Quis quod si quid ut quisque
quid plurimi sit possideat ita ditissimus habendus sit dubitet quin
in virtute divicie sint. Quin nulla possessio nulla vis auri et argenti
pluris quam virtus estimanda est. O dii immortales non intelligunt homines
quam magnum vectigal sit parsimonia. Venio enim iam ad sumptuosos
relinquo istum questuosum. Capit ille ex suis prediis sexcenta sestertia
ego centena ex meis. Illi aurata tecta in villis et sola marmorea
ul' dico et facit facienti et signa tabulas supellectilem et vestem infinite concupiscenti non
modo ad fructum ille est sumptus sed etiam ad fenus exiguus. Ex meo te
nui vectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid et redundabit.
Utrum igitur est ditior cui deest an cui superat? Qui eget an qui habundat?
Cuius possessio quo est maior eo plus requirat ad se tuendam an qui se
suis viribus sustinet. Sed quid ego de me loquor qui morum ac temporum
vicio aliquantum et ipse fortasse in huius seculi errore versor. M. manlius
patrum nostrum memoria ne semper curios et luscinos loquamur pauper tandem
fuit. Habuit enim ediculas in carinis et fundum in labicano vel in lattupo
Nos ergo ditiores qui plura habemus. Utinam quidem. Sed non estimatione census
verum victu atque cultu terminatur pecunie modus. Non esse cupidum pecunia est
non esse emacem vectigal est. Contentum vero suis esse rebus maxime sunt certissimeque
divicie. Etenim si isti callidi rerum estimatores prata et areas quasdam magni
estimant quod ei generi possessionis minime quasi noceri potest. Neque naufragio neque
incendio amittitur. Quanti est estimanda virtus que nec eripi nec surripi potest. Neque naufra
gio neque incendio amittitur nec tempestatum nec temporum perturbatione mutatur. Qua prediti qui sunt
soli sunt divites. Soli enim possident res et fructuosas et sempiternas. Solique
quod est proprium diviciarum contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est. Nichil ap
petunt nulla re egent nichil sibi deesse sentiunt nichil requirunt. Improbi autem vel
avari quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent et plus semper
appetunt nec eorum quisquam adhuc inventus est cui quod haberet esset satis non modo
non copiosi ac divites sed etiam inopes ac pauperes estimandi sunt.


Explicit Paradoxa Marci Tulii Ciceronis.

Comendacio phie

Secundum Senecam ad lucilium epistola xvj. Philosophia animum format et fabricat. Vitam disponit. Actiones regit / agenda et omittenda
demonstrat. sedet ad gubernaculum. et per ancipitia fluctuancium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est. Nam ut ait idem
epistola viij. philosophie servias oportet ut tibi contingat vera libertas. Innumerabilia accidunt singulis horis. que consilium exigunt. quod
ab hac petendum est. Non est enim philosophia popularis artificium. nec ostentacioni paratum. non in verbis. sed in rebus. Nec ad hoc adhibetur
ut cum aliqua oblectacione consumatur dies. ut dematur ocio nausea. Sine hoc animum sapientem / neminem posse beate vivere. ut ait
idem epistola cadem. Nec ut ait Boecius de consolacione libro j. prosa iij. est omni virtutum ingressu superno cardine delapsa. Virtus autem sola
prestat gaudium perpetuum ut ait Seneca ad lucilium epistola xxvij. Existimanda insuper virtus est. quia est. Nam eripi nec surripi
potest. neque naufragio neque incendio amittitur nec tempestatum nec temporum perturbacione mutatur. qua prediti qui sunt. soli
divites sunt. soli enim possident res et fructuosas et sempiternas. Soli quam quod est proprium divitiarum contenti sunt suis et
putant quod satis est hoc quod adest. nullam rem egent. nichil sibi deesse senciunt. nichil exquirunt ut ait Tullius paradoxa
vltima. Ecce quantum munus philosophie virtus ipsa. Confert et aliud munus philosophia ipsa non mediocris offerens delectacionem
vtique et voluptatem animi. Aristoteles enim philosophus x° ethicorum c. vi. philosophia admirabiles delectaciones puritate sui videtur habere. Voluptate
aut delectacione quam animi nulla certe est melior esse potest ut ait Tullius in libro de senectute c. viij. Sine hac nemo sapiens
esse potest ut ait tullius j° rethoricorum Si oportet velle sapere philosophie dare operam convenit. Ecce munus tantum quod sapiencia largitur
a philosophia. Sapiencia autem ut ait tullius 2o officiorum quid predicas optabilius. quid prestancius. quid homini melius quid homine dignius qui eam
hanc expetunt qui expetunt philosophi nominantur. Nec quicquam est aliud philosophia si interpretari velis quam studium sapiencie Sapiencia autem
ut a veteribus philosophis est diffinita est rerum divinarum et humanarum causarumque quibus hec res continentur sciencia. Cuius studium qui vituperat
haut sane intelligo quidnam sit quod laudandum putet. Omnia enim inspicientes quedam ut Senecam d. d. epistola xvj
qui audeat dicere. quid michi prodest philosophia si fatum est. quid prodest si deus rector est. quid prodest si casus imperat. Nam
et mutari certa non possunt. et nichil preparari adversus incerta potest. Sed aut consilium meum deus occupat decrevitque quid facerem
aut consilio meo nichil fortuna permittit. Utrumque his preter fatalem disposicionem fortunam et casum. stulte removet studium
philosophie. Cuiusmodi errori consulit Seneca videlicet dicens. Quicquid est horum est. vel si omnia hec sint
philosophandum est. Nam sive nos inexorabili lege fata constringunt. sive arbiter deus universi cuncta disposuit. Sive
casus res humanas sine ordine impellit et iactat philosophia nos tueri debet. Hec adhortabitur ut deo libenter pareamus
ut fortune contumaciter. Hec docebit ut deum sequaris feras casum. Sed non est nunc in hanc disputacionem
amplius transeundum. quid sit iuris nostri si providencia in imperio est. aut si fatorum series alligatos trahit. aut
si repentina aut subita dominantur. hec enim sunt sublimis ingenii. ad propositum redeundo videmus quod philosophia
frugifera et fructuosa res est. ad eam ergo confugiendum est. tunc quia nullus feracior in ea locus est. nec uberior
[illegible] ideo iam ad instituta pergamus. Multa alia de philosophia convenit dicere iuxta dictum Senece epistola lxxij. Eam
vacantem phandum est. omnia alia negligenda sunt. ut huic assideamus cui nullum tempus satis magnum est. etiam
si a pueritia usque ad longissimos humane vite terminos vita producatur. Sed quia per prolixas narraciones animi audiencium
fastidio afficiuntur iuxta illud Oracii in poetria. Quicquid precipies esto brevis ut cito dicta / percipiant animi
dociles teneant quam fideles. Omne supervacuum pleno de pectore manat etc.

Epitaphium Tullii

Eloquio princeps magnus memorabilis augur. Tullius indigna cede peremptus obiit
Et tuus omnipotens implevit nomine claro Ingenium tegit corpore morte claret
Vivit et ingenti pollet tumulus laude per orbem. Cuius in hac tumulo membra sepulta latent
Inclitus hic cicero iacuit pietate sepultus. Quem fortuna neci tradidit immerite
Maximus eloquio tuus bonus urbis amator. Principes quam malis perfugium quam bonis
Qui sexaginta completis ac tribus annis. Seruiceo [illegible] destitit in patriam



¶ Sequuntur capitula totius libri declamationum Annei Lucii Senece ad Novatum Senecam et Mellam filios suos

¶ Explicit Registrum declamationum

Incipit liber primus declamationum Annei Lucii Senece ad Noua
tum Senecam Mellam filios suos: prologus in declamatoribus Latronis

Exigitis rem magis iocundam quam facilem. Iubetis enim quid de his
declamatoribus sentiam qui in etatem meam inciderunt indicare
et si qua memorie mee nondum elapsa sunt ab illis dicta colligere
ut quamuis notitie uestre subducti sint tamen non credatis tantum de illis
sed et iudicetis. Est fateor michi iocundum redire in antiqua studia melioresque
ad annos respicere et uobis querentibus quod tante opinionis uiros audire non potu
eratis detrahere temporum iniuriam. Sed cum multa iam michi ex me desideranda senectus
fecerit oculorum aciem retuderit aurium sensum hebetauerit neruorum firmitatem fati
gauerit, inter ea que rettuli memoria est res ex omnibus animi partibus maxime deli
cata et fragilis in quam primam senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse ut non
tantum ad usum sufficeret sed in miraculum usque procederet non nego. Nam et duo mi
lia nominum recitata quo erant ordine dicta reddebam. Et ab his qui ad audi
endum preceptorem nostrum conuenerant singulos uersus a singulis datos cum plures
quam ducenti efficerentur ab ultimo incipiens usque ad primum recitabam. Nec ad con
plectenda tantum que uellem uelox michi erat memoria sed etiam ad continenda que
Nephanda mulier etiā filie nouerca ne mori q̄dē potuit n̄ crudelit͛.
In gladiatoribꝰ q̄z ꝯdicio durior uictoris ē cū moriente pugnat. Illā
adulterā magis timeas q̄ qui uindicare nō potes. occidit fr̄. Crudelitatis-
sima tabes i dispatore ē. Morte ultra i furore animū impellit. Quedā fere
& tela ipā ꝯmordet. & i morti auctore p̄ uulnera ruit. Gladiator qui
armatus fugerat inditus insequi & precipitati nō q̄ ipulit tm trahit
sꝫ qd' uetat. Uali ꝯdā deplorate mētis affectu orientibꝰ ꝯuulsis re to
mori. Quo medicatū simile ueneficio dū moueē meminit meis oblita ē. Pre-
to ne q̄ filiū uindicauī filiā pdā. Nisi fuerit nouerca uicit. Ergo ui-
ctus sum. ne inē supplicia ꝯdē desinit occide. Ps͛it apd nos puelle q̄
eā pr laudat. Ps͛it q̄ mr accusat. Conscia mr̄ ē filia. ego torq̄rā cepi
nouercā torquere. habui filiū clez ut illū amare possꝫ nouerca. n̄ eā
iniadissꝫ q̄ odisse etiā filiā possꝫ. Seramus fuiti tortꝰ catone ꝯsciū dix͛.
Utrū plus tormētis credidis aut catoni. q̄ nouerca tā sero. puella tā
cito in hoc penas ueneficiū dabat ut accusatoīs exigeret. Altera ps
Quarūdā ferarū catuli cū tabe nascūt͛. Uenena radicibꝰ statim
pestifera sūt. Quid illa q̄ fere mora segetis pars sparsit. Habes exemplū
quod & sorori ꝯuemat & uirgini. nō in hꝰ puigno dedit uenenū ut fi-
liā solā hēs esset. uitico adhibuit & ꝯsciā. Explicit lib' v'. Incipit Contro Li. VI.
Q uod ultra mihi plogꝰ i declama. secu uilt ē hic liber. x.
molesti sitis non est. Interrogate si q̄ initis. Sinite me ab istis
iuuenilibus studiis ad senectutē meā reuti. ffatebor uob iā
res tedio. Et primo libet asspere uelut optima uite parte mea reductus
Deīn iā pudet iā q̄dū non seriā rem agam. Scole studia leuiter
tacta delectant. Contrectata & ppius admota fastidio sūt. Ergo sel exhau-
rite memoriā meā & amittite. Ut ad actū uite iurando quo asserie me di-
xisse me ꝯsum ꝯtē audiui. ꝯtē ad hac rē prime iudicaui. Primo at ad
te puto q̄mo l. magꝰ gener utile ui declamauit. Quius aliquo tpe sum
ppliū habuerit cū illū hoīes n̄ ipsū hoiēz laudaret sꝫ in sōti ferret q̄mo l.

Asprenas aut Quintilianus declamavit. Transeo istos quorum fama cum
ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis cum illum meum audieritis
iniqui estis. Non novi quemquam cui ingenio populus romanus pertinacius ignoverit. Dicebat
sepe causam in ipsis subselliis. Sepe dum dicebat, dum litigant, simul qui agere
cupiebat evitare aliqua voce adversarios et in altercatione vires suas
non erat. Nichil erat illo venustius. Genus dicendi antiquum. Verborum quoque non
vulgarium gravitas. Ipse vultus habitusque corporis mire ad auctoritatem orato-
riam aptus. Sed ex hiis omnibus scire posses non quantum oratorem prestares Scaurus
sed quantum desereres. Pleraque actiones male in ipsis tamen quia aliquid magni negle-
ctique ingenii vestigium extabat. Raro alioquin actio bona sed que fortune imputa-
retur. Sed illum longa immo perpetua desidia perduxerat ut nichil curare vellet nichil
posset. Orationes vii edidit deinceps combuste sunt. Bene cum illo ignis egerat. Sed
extant libelli qui famam eius lugent multo quidem solutiores ipsis actionibus.
Ille enim cum destituerat cum calor adiuvat. Hec caloris minus habent negligentie
nominis. Declamantem audivimus. Novissime quidem lepidem ut quod difficillimum
erat cum disputatione sibi Labieno interrogatus declamavit. Non quidem populo sed egregie.
Non admittebat populum et quia nondum hec consuetudo erat inducta et quia putabat
turpe ac frivola et actionis faciebat. Nam ceterum singularium cum aliis esset magnus
orator luctatus ad famam ingenii confitentibus magis hominibus pervenerat. Summa
volentibus summa egestas erat, summa infamia, summum odium. Magna autem
debet esse eloquentia que invitis placeat. Cum ingenia favor hominum ostendat,
favor alat, quantam vim esse oportet que inter obstantia erumpat. Nec erat qui
cui homini omnia obiceret ingenio multum tribuit. Calor orationis antiquus, vigor no-
ve cultus inter nostrum ac prius seculum medius ut illum posset utraque pars sibi vin-
dicare. Libertas tanta ut libertatis nomen excederet, ut quia passim ordines
hominesque laniabat vocaretur. Animus pervicax ingens et ad similitudinem sui in-
genii violentus. Et qui pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuissent.
In hunc primum excogitata est nova pena. Effectum est enim per inimicos ut omnes eius
libri incenderentur. Res nova et insueta supplicium de studiis sumi. Bo-
no hercle publico ista in penas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inven-
ta est. Quid enim futurum fuit si triumviri liberos et ingenium Ciceronis proscri-
berent. Dii immortales lenti quidem sed certi vindices generis humani et magna
exempla in caput invenientium regesserunt. Ac iustissima patiendi vice
quisque alieno excogitata supplicio sepe expiat suo. Que vos dementissimi
homines tanta vecordia agitat? Parum videlicet in penis note crudelitatis est:
conquirite in vos ipsos nova quibus pereatis et si quid ab omni patientia rerum
natura subduxit, sicut ingenium memoriamque nominis invenite. Quemadmodum

pducatis ad eand(em) rem corporis mala facere studijs subdet · ⁊ monim̄ta
disciplinar(um) circūduceret · quanta ⁊ q(uod) nō contra certā sententiā mā ē · Ay me
lius q(uod) isto seculo ista ingenior(um) supplicia ceperūt quo ingenia desierūt
Eius q(ui) hāc inscripta labieni similiter dixerāt · pro ea uictis adhuc scripta cō
busta s(un)t · Iam nec malo exemplo q(uam) suo nō uidit · hāc labienus contumeliam nō
superstes ex ingenio suo uoluit s(ed) · monim̄ta se maior(um) suor(um) ferri iussit
atq(ue) ita includit ueritus s(ci)l(icet) ne igni q(ui) nomini suo subiectus erat corpori nega
ret · Non semini tamen scripsit s(ed) etiam fleuit · Meminī aliquando cū recitaret histo
riam magnam partem illa libri cū uoluisse dixisse h(aec) que transeo p(ost) mortem meā
legentur · quanta illis libertas fuit q(uod) etiam labienus extimuit · Cassii seueri hominis
labieno inimicissimi belle dicta res ferebatur illo t(em)p(o)re quo libri labieni ex · se
nat(us) c(on)s(ulto) urebantur · nō me mō inquit uiuum uri op(or)t(et) qui illos edidi · monstrabo uob(is) bellum
libellum · que a gallieno uīo petatis exitium restribez labieno p baccillo
mecenate · In quo suppletis adolescentis animam illos detis ad mordendum p
uocatis · Puto ia in c(on)sp(ectu) interrogetis restat quasi reor · que inde soletis
audire · licet melancolicus contrahat forte multum huic ingenium minus cordis o(mnino)
usq(ue) ad ultimum tuorem pducta · ut nō ex sanitatem s(ed) natam esse · Eius ut fe
rat honorem despontionibus dicterem celo replaunt · de sparsionibus aduertitos imbres
⁊ in cultu ..., calatas siluas ⁊ in pictura micenor(um) fugientia · Aut illud
q(uo)d d(e) subitis molibus cū dicerem at nos me illo pduxissetis · q(uonia)m annunci
tat q(uonia)m pristinum natat quamq(ue) ferarum discurrit · natis sepellire uectalibus · Non
ergo iam ⁊ si manumissus erat debuit de cor(r)io eius nobis satisfieri · Hic se
ex inditibus seuerissimis exactam regulam redigat multa donanda ingeniis
puto se donandi uicia nō portanda s(un)t · si qua tamen tollerabilia dictum s(un)t nō sub
trahat n(on) placita uidebat nos subnaatis · Ostiue nō icomode dixit · scripsi
s(ed) nocuit · Nam si mihi scemate dicere cupit · oro eius nō figurata erat s(ed)
praua · Itaq(ue) nō inueniebant pecatus rethor · cū illi massilie maue occurisset
scemate illum salutauit · Poterem quid dicere · dixe dosti · Ipse ab eloquentia
multum aberat · natus ad contucheas omni ingeniis inuenienda s(un)t · illi nō im
pressit aliq(ui)d q(uo)d effugere nō posset ille pasceme p(ri)ma ero sitba in grecum im
tata obscenum nomen imposuit · declamatori subtili tarido ille sparso
dixit scolam totam cū rethore quidam hinti tu potes contrausiam intelligere q(ui) nō
intelligentis te latebre leuare · Sparcus at dicebat ualet · s(ed) dicere · ad im
itonem se latronis duxerat · ne tamen intus similis illi erat n(on) cū eadem diceret
utebat(ur) suis ubis · latronis sentetiis · Cū basso certamine illi fuit · que nos
s(ed) audistis · hunc disertio · cum dam uelle · quam consectabar auditum · ⁊ similem ·

cr

spar

actionis oratorie. Nichil est indecentius quam ubi scolasticus quod non nouit imi
tatur. Amabam itaque capitonem cuius declamatio est de popilio que
misero latroni subiciebatur. bona fide scolasticus erat. In hijs declamatoribus
ubique illi benecesserat. Nulli non prius primum thetradeum preferebus primum thet
dati quo faciam quiritis latronis fusci cesti albuci gallionis quod si
ons consumpsisset penes latronem gloria fuisset penes gallionem palma relige
ut nobis uidetur reponite. Ergo uobis omnino feci partem hos minus nobiles
sinite in parte abire patinum et moderatum fabium et si quis e nostri nominis
non ignoti. Cum uos ad satietatem uestram ne possitis permittere me in talis
et in pferre. quibus que minus ad famam peruenerit non ingenium defuit sed
locus. Bene declamauit Gauius silo. cui cesar augustus tum scriptis cae
agentes in terra cincti colonia inuisis plenum testimonium reddidit. Erat enim
nimis audiui pretorem familie disertionem. Erat et pretor familie pferret oratori
seduceret. Partem ex eloquentie putabat eloquentiam abscondere. Solebat declare
studiose Turrinus clodius cum filio suo non nobis amore coniunctus est. Adolescens summe
eloquentie futurus nisi mallet excercere quietum hic qui consequi quietum potest. Sed turrinus clodius
multum uiribus demiserat dum apollodorus sequitur et ad summam legem dicendi se
amputat. Cum tamen illi supfuit uerum quietum ualet etiam si ars alicuius summas
dicebat. excitatas insidias aliquas petentes magis de colore latronis. Controuersiam
sui latronis. qua solebat disputare in omnio quod aliquis quo declamare po
terat tempore dicebat quosdam ex colores per facile duos et asperos eos non posse
actione aut probari negabat. Itaque nulla placere posse nisi totum nosset se
cis suas uires et illarum fiducia aliis metuenda et propria audere multa re
non persuadere iudici sed auferre. Tiranus est nichil probare non tutus. non gracilius
erat sed et circumspectus cause nemo diligentius disposuit. nec tamen paratus
et pecuniam itaque et dignitatem. qua primum in prouincia hispania habuit eloque
defuit. Natus quidem erat pre splendidissime. duo dum iulij hospite sed tamen
bello attenuatas domos nobiles uires exercitauit et tam ad summam perdu
xit dignitatem. ut si quid illi defuit suas loco defuisse. Huius filius est eius
meus. Nichil in illum a nobis distingui sed in eodem primam diligentiam qua ui
ras ingenium suum ex industria attendit. hic et in ipso uite ipsius sequitur ad
summam curiositatis inuenis non modicis gestus esse et eo dignus est cuius tam mo
destus cupiditatibus fortuna perfecit fidem. hos omnino nomine aio malle sed a ceteris
posuisse uideor suis tum sententias eorum tulero aut paratis notiss... au
tirum suis aut pferendas Lugeo diuitem sepius filium paupertie
Diuitias sit actio Cadam cum heret filium et diuitem amicum orat ... spoliatus

inventus e. Adolescens sordidatus sequitur divitem. cepit. Dives eduxit inimicum
eum et postulavit ut si quid suspicaretur argueret. Adolescens aut accusabo
cum potero. Dives petens honores repulsus e. Accusat iniuriarum pauperis filium
e. d. Ceteris diviti qui quos odit reos facere contentus e. Non ambulabis inquit
alia via. Non calcabis vestigia mea. Non offeres delicatis oculis sordidam
vestem. Non flebis audito me. precantis si hic inquit est. Cum sordidatus fui
linatus e. dyst... pietatis. Ego non accusavi timoris eius repulsus e. nam e.
honores patre meo vivo inquit petivit. Vicinum meum sequitur. Taceo totum hoc
vicinum habuisse et pater. Ergo nobis non sordidati sumus. Accusa inquit pauper
divitem. Ambulare in arbitrio meo non licet. Accusa inquit reum pauperem. personam
Nos accusare sic loquitur pater. Cur inquit me sequeris. Aliud ergo pauperes a
liud divites habent. Cuius professor sunt qui dives spolia contempsit. Mortuo
patre meo metuo. non neque se celare putet si dixero causam. Sordidatus inquit
fles. Quid aliud facere possum occiso pauperis filius. Quid accusatis sceleris presertim
tacentem. Simulare inquit sequeris me ut alii mei miserantur ut desinas affectare
domum persequi eum accusatorem hec qui secum non ex intrare. Cur non agis quod
adeo non metuis ut rogas. Sordidatus sum quia reo licet. lugere non licet
Nunc lugendo quid e. que vindicare non possum. Non erit in illo preda
quam crassitudo appetit. Erat summa iniuria contra adversus fastidium divitiarum
invidia. hoc ab inimico petita sunt spolia. Eos tede machinatus e. Facere non possum
dissimulare non pt. scio quod optavit. Et tu dives inimicus es et ille in suspe
ctum inventus e. Non e. cum accusem hoc e. cur suspiciar Altera pars
Ut scias te invidiam in facere. cum dixissem accusa me non negasti
sed respondisti accusabo cum potero Fortis non adiens forti patri
Uiri forti primum si plures erunt iudicio contendant. Pater et filius fortiter No
fecerunt. Petiit pater a filio ut sibi cederet. Ille noluit. Iudicio contendere
vicit patrem. petit primo statuas patri. abdicatur. Tunc optarem nescio iudicium
huius eventum an crimine meo sit vicisse patrem iudicium habeo patris perdidi. pa
trem in acie iudicii pugnavi cum exemplo. Iudicium vocat quo pater et filius spolia con
tulimus. Vicit non filius patrem sed iuvenis senem. Ego vici sed omnes gratulantur
patri. Cogitavi orationem tristis acies corpore suo submonentem. Cogitavi
decium quod inter vie pater cessit. Pugnabam non tamen imperatori sed etiam patri. Aliud non
sum gloria hoc si meum e. primum est. Gaudebat pater si te vicit filius abdicatus
Ego primum hec cum et primum et meum forte virtutes nec electio pretermissent
illustrare si due contenerint. Iudicaverunt non quod erit sed ipsi de malle cade
bant. honor ad utrumque pervenit alter primum sed alter preripit Altera pars
Nolo habitare cum adversario meo. Non capit idem gubernium

8

meum et meam sortem. Statuas inquit tibi posui. immo me posse numquam meum
me oblivisti ignominiam meam me intendisti. Dementis que mori coege-
d 11 Dementie sit actio. Bello civili quedam nupta secuta est virum rit filiam
in diversa parte habet patrem et fratrem. Victis partibus suis et occiso marito
venit ad patrem. a quo non recepta ait patri. Quem ad modum tibi satisfaciam. Ille
respondit morere. Suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater a filio dementie
e. d. ¶ Si sibi satisfieri nec victor quidem voluit. Nullum fuit in proscriptione mu-
lieris caput. Inquinasti filie sanguine penates. Et quid loquor penates
tamquam in domo perierit. Allatum ad se Cesar caput Pompei flevit. et hic ille
propter filiam flevit. Quem ad modum tibi satisfaciam. Hoc ipso satisfecisse debuerat
puella adeo et in maritum et in patrem pia, ut alterum usque in mortem secuta
sit, alteri etiam morte satisfecerit. Periculose offendo patrem qui negat ignoscere.
Morere. quid aliud meruerat si satisfacere noluisset. Defendisti Ligarium
Cicero quam leve indicasti crimine de quo confessus est. Iam ipsum domus lumine
extincta est, nec dubitari potest marito prius an patri. Meruerat inquit clam
fassus iam mori. et certe iam tibi satisfactum est. Secuti sunt generi diversas partes
uxores suas. Omnia civilis belli defensio oblivio est. Morere inquit et cum
audiveritis in damnatos natam esse. Non dicunt occide, non morere, sed age legem.
Mores tuos pater debes. Altera pars. Crudelitatem ipso verbo mitiore sedulent
approbare non patris ergo. Multa debes dementie si hec colligis. Non potero
patrem propter verba damnare. Audiverunt Manlius et filium et victorem quidem. Audiverunt
Brutus liberos non factos hostes sed futuros. Videamus sub hiis exemplis
licerat patri fortius eum loqui. Contumaciter rogavit. Et quem ad modum posset mihi aequi-
filie mihi vivere non misit ad patrem fratrem. In etiam tunc irasceris frater. Cur me
solum rogat cum duobus satisfacere debeat. Victor inquit cito exoratus est.
facilius est ignoscere bello quam parricidio. Et mortem patri que sunt minimam posse
propter patrem dicat mulier que vivi habuit propter quem mori posset. Mendici debi-
d 12 Rei publice lese sit actio. Quidam expositos educabat et debili litati
tatos mendicare cogebat ut sibi mercedem referrent. Accusatur
lese rei publice. ¶ Confitemini non liberos patres aut agnoscant aut recipiant. Vectigal
isti crudelitatis eo magis quia omnes pro eis tu misericordes sumus. Effectum
est ut mihi esset miserius expositis quam tolli parentibus quam agnosci. Alterius
comunitas scapulas inde forme tuber extundit. Produc familiam tuam
Volo nosse illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuique calami-
tas tamquam ars assignatur. Invenem illi excecatos oculos, illi exfractos pedes.
Quid horrescitis? Sic iste miseretur. Novum monstrum. Integer alitur debiles

alunt. Possent inquit ita non infelices supponi. Possent inquit interrogati
patres utrum maluerant. Sunt ex hiis imperatores fortes quidam tirannicide quidam futuri
sacerdotes. Nec incredibilia loquor. Ex hac fortuna origo romane
gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati quam expressum mihi refert. Ex-
posito aluerunt et fere. Satis futuri miseri si perissent. Quorum cum
ubique audiantur preces in sua tamen tantum cessant. Abscisa est sibi lingua et est roga-
di genus rogare non posse. Misericordiam omnium meruit. Quorum singulorum miseria so-
letis. Istis nos indictam negaturos putas. Quibus me ad quid negaturum in-
quod tibi datum erat res indignissima. Quam tamen crudelis sit misericordia publica
vivit. Exurgite miseri et hodie primum nobis rogate tibi conquirit cotidiana
captura non constet. Appareat te nondum satis miserum videri. Circuit inopes
dicta una. Satis publicis auspicia feralia et diebus in hilaritate dicatis semi-
animes ista greges oberrat. Alunt istum quia se alere non possunt. Non est qui
rogare nesciat. Solet etiam docere. Non habes tot membra quot debes. Ergo tu
cum de misericordia publica cogitaveris tam crudelis esse potuisti. Miseros esse [illegible] ro-
gant miseriores. Qui sic rogant omne omnibus stipem consecuntur. Dominus
quisque timet ne filio neget. Effecisti ut magis esset malum educare quam ex-
ponere. Timebamus feras atque serpentes et inimicus cunctis artibus rigor [illegible]
inexpositos pericula non numerabamus educatorum. Altera pars

Dubitasti inquit plus illis parentes nocuerint. Sed videris. Lanista qui iuve-
nes cogit ad gladium et tamen non accusatur lese rei publice. Quid leno qui stuprum pa-
ti cogit invitis nec tamen pro lese. Ergo [illegible] non laudatam desidero sed absolutionem. Non
erat hic illi cum hostes peteret. [illegible] non aliquos et non esse hos honestos tot [illegible] ino-
centes reus. Ut illis multum ablatum sic vita reddita est. [illegible] pro lese non
sic agi eos nove quam sit ex re publica. Egens homo [illegible] ne mi quod alere meorum ali-
os possem sustuli relictos. Quibus non iniuria fiet si aliquid detrahetur sed bene-
ficio cedet si vita servatur faciat indutiam. Dicat illos per incerta misere
vivere dum sciverant per me vivere. Unus mea vivunt omnes aluntur. Nisi
est vocare homines hunc cogitacionem ut curarent. Quid homo medicus mi medi-
cos agas. Civitatis istius principes divitias suas exercent. [illegible] Exercitus
greges habent. Excolitos suos ut ad longiorem patiatur impudicitiam predomi-
nisit amputat. Et quia ipsos pudet viros esse id agunt ut quam pauca viri-
sint hiis nemo succedat. Delicatis et formosis debilibus curatis quos ex
solitudine infantes assurgit pueros vel auferunt. Non curatis quod solitudines
suas isti beati ingenuos ergastulis excolunt et miseriores innocentium simpliciter
decepta sunt speciosissimi quemque ac maxime predonum castris includunt. Detrahunt

13 Rei p. lese sit actio. Parrasius pictor Parrasius et Prometheus
athemensis cum philippus captiuos olinthios uenderet emit se
nem athenas perduxit. eum torsit ad exemplar tortum prometheum pinxit o
linthius in tormentis periit. Ille in templo minerue tabulam posuit. damnatur
lese rei p. Remissus abstracta libertas super cineres patriae cinerem stetit ad
figuras prometheum satis tristis est. Nemo ut naufragium pingeret mersit
hominem. Ultima olinthi pestis fuit. redde me philippo. Grauius inquit mi
fuit putres philippum loqui eodem minerue sic fugimus tanquam castra ma
cedonum. parum inquit tristis est alius. Olinthius parum tristis est. uis parrasi
tristem uidere. duc illum ad olinthum iacentem. satis est quem tristem emeris
olinthius urbem apertam templa perductum. Nemo olinthius tortus esset
si omnes illos macedones emisset. Torquebatur hic nec sub philippo. Mora
hic ne sub ioue. Satis te hospitalis olinthio fuit. Hic prometheum esse facere non
pingere. Emi inquit. Primo sic atheniensis est redemisti. In isto templo olinthius
uotum suscepimus. Ille carnifex grauior istum non amplius quam uendidit.
Senex loqui miserandus tabe confectus et tam tristis quam si iam tortus esset. quemque pro
flentem uiderat agnoscebat emptorem. Vereor ne quis cum audierit oli
thius uerberat tormenta ignes quam in me de philippo putet. Si isti creditis
iratum iouem imitatus es. si nobis iratum imitat philippum. Tantum patiendus fuit
pingente parrasio quantum irato ioue. Miserrime senex aliquos fortassis ex
seruis tuis felicius seruit. Si ad succurrendum paratus es. qui ergo unum emisti
ad torquendum quam illum statuit. Ex altera parte parrasius cum coloribus ex al
tera tortor cum ignibus. Dubius est in ista parasius studiosius pingat.
an seuiat perducit respiciens patriam senex placuit parrasius multus in
felix. Olinthius aliquid habuit prometheo simile. etiam an tormenta sensu offi
Nuncquam omnes mala publica. Altera pars contra hunc pictoris an philippi est.
fama corrumpit. Solidior est opinio atheniensium quam ut labefactari tormen
captiuum possit. lesa sit inquit res publica quod hanc picturam in templo posuisti. lederet rem pu
blicam aliquis illi auferret. nequi adiuuit. Uetauerunt ergo recipiendo tabulam
etiam sacerdotes. Cur tamen tunc non receperunt. deos crimina templis picta sunt
multum superartibus licuit. Medici ut uim ignota morbi cognoscerent uiscera
18 Iniuriarum sit actio. Fur Fur accusator proditionis. homini restiderant
gretione prohibeat. Nudam cum dimite perdicionis accusasset noctu pa
rietem eius perfodit et scrinium in quo misse erant ab hostibus littere sustulit
damnatus est diues cum condemnari uellet. Accusatus a magistratu prohibitus
agit iniuriam. Quod fuit reliquissem mecum magis furtum id solum sustulit
quod ne diues furti uellet agnosce. Ruentem ciuitatem statum omnis pictus ruina su

suspendit proditor indicium furti mei civitas ostia e. furtum e quod timet dns agnoscere qd qui prodidit supplicium tulit primum qui surripit cum magis p similes loqui si eodem tempore et fur venisset et dns. Mille navium duces furto troiam cepisti. si bone furto cultur urbes quanto melius liberantur. In fures uenit. nerraim noctu. nam expeditur mea quenertat os cuiqui ad ccionem. Cur me sermones an accusatorem cum non proditores in audacia pereant. Q furtum in ordine narrandi proditoris uigilatissimum pectus et in externa sp mea sollicitum publica secta suspicerat. Ista etiam ministros alligaverat somnus ut mihi liceret eligere qd tollerem. Diruere mihi uidebar hostium muros. furtum non tam qd mihi melius anno tuo factum est. Meo fur te p. cognitus mihi non lic.

Quale illud spectaculum fuit. Respice. Altera pars. Pro re publica facere rat ut mihi si fortuna rei p. furem et proditorem ut videt inutile furtum suum prodidit ut nobis uidere qd illi poterat. Tam callidus fur ut etiam proditor possideret imponere consilium uidebat volt infelicitatem furti sui. lex q nocturnum furem occidi quo iubet nisi de damnato tamen sed de fure loquitur. Odit hic meum non timeo in latum abest a proditore. Sustulit non q elegit sed q ille sitim publice felicitati ob iecit. Uno tempore et proditorem nobis ostendit et furem q divitem compilare q da mnare mallet. Effregit domum suspensa manu. elusit illum non tur primum fecisse. Sustulit non qd voluit sed qd potuit. Bono exemplo damnatus e proditor malo invictus.

· Sunt cause lxxxiiii.

Explicit liber declamationum lucii annei Senece ad Novatum Senecam et Mel. filios suos. feliciter. Amen.

Seneca de clementia ad Neronem.

Scribere de clementia Nero cesar institui ut quodammodo speculi vice fungerer et te tibi ostenderem perventurum ad voluptatem maximam omnium. Quamvis enim recte factorum verus fructus sit fecisse. nec ullum virtutum pretium dignum illis extra ipsas sit iuvat inspicere et circumire bonam conscientiam. Tum inmittere oculos in hanc immensam multitudinem discordem. seditiosam. impotentem. in perniciem alienam suamque pariter exultaturam. Si hoc iugum fregerit. ita loqui secum. Egone ex omnibus mortalibus placui electusque sum qui in terris deorum vice fungerer. Ego vite ne

cis que arbiter gentibus quale quisque sorte statumque habeat in manu mea
positum est. Quid cuique mortalium fortuna datum velit meo ore pronunciat.
Ex nostro responso leticie causas populi urbesque concipiunt. Nulla pars usquam nisi
volente propicioque me floret. Hec tot milia gladiorum que pax mea comprimit ad
nutum meum stringuntur. Quas naciones funditus excidi quas transportari quibus
libertatem dari quibus eripi quos reges mancipia fieri quorumque capiti regium
circumdari decus oporteat que ruant urbes que oriantur mei iurisdictio est.
In hac tanta facultate rerum non ira me ad iniqua supplicia compulit non iuve-
nilis impetus non temeritas hominum et contumacia que sepe tranquillissimis quoque pe-
ctoribus pacientiam extorsit non ipsa ostentande per terrores potencie dira et frequens
magnis imperiis gloria. Conditum immo statutum apud me ferrum est. Summa
parsimonia eciam vilissimi sanguinis. Nemo non cui talia desit hominis nomine
apud me graciosus est. Severitatem abditam at clemenciam in procinctu habeo. Sic
me custodio tamquam legibus quas ex abdito ac tenebris in lucem evocavi racionem
redditurus sim. Alterius etate prima motus sum alterius ultima. Alium dignitati do-
navi alium humilitati. Quociens nullam inveneram misericordie causam michi peperci. Hodie
diis immortalibus si a me racionem repetant adnumerare genus humanum paratus sum.
Potes hoc cesar audacter predicare. Omnia que in fidem tutelamque suscepisti
hec michi per te neque vi neque clam dampnato clamare r. p. Rarissimam
laudem et nulli adhuc principum concessam concupisti innocenciam. Non perdis operam
nec bonitas ista tua singularis ingratos aut malignos estimatores nacta est.
Refertur tibi gracia. Nemo unus homo uni homini tam carus umquam quam tu r. p. Ma-
gnum longumque eius bonum sed ingens tibi onus imposuisti. Nemo iam divum Augu-
ne Tiberii Cesaris prima tempora loquitur nec quod te imitari velit exemplar extra te querit.
Principatus tuus ad iugum exigitur. Difficile hoc fuisset si non naturalis tibi ista bonitas
fuisset sed ad tempus sumpta. Nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in naturam
suam recidit. Quibus veritas subest quecumque ut ita dicam ex solido nascuntur
tempore ipso in maius meliusque procedunt. Magnam adibat aleam p. R. cum incertum
esset quo se statu nobilis indoles daret. Iam vota publica in tuto sunt. Nec enim
periculum est ne te subita tui capiat oblivio. Facit quidem avidos nimia felicitas
nec tam temperate sunt cupiditates umquam ut in eo quod contigit desinat. Gradus
a magnis ad maiora fit et spes improbissimas complectuntur insperata assecuti.
Omnibus tamen civibus tuis et hec confessio exprimitur esse felices et illa michi
iam hiis accedere bonis posse ut non perpetua sit. Multa illos cogunt ad hanc
confessionem qua nulla in homine tardior est securitas alta affluens ius super omnem
iniuriam positum. Observatur oculis letissima forma r. p. cui ad summam libertatem

nichil deest nisi per eum diligentia. ¶ Precipue tamen ad maiores minoresque pervenit
clementie tue admiratio. Cetera nam bona pro portione fortune sue quisque sen-
tit aut expectat maiora minoraque. Ex clementia omnes idem sperant. Nec est
quisquam cui tam valde innocentia sua placeat ut non stare in conspectu clementiam
paratam humanis erroribus gaudeat. Esse autem aliquos scio qui clementia pessimum
quemque putent sustineri quoniam nisi post crimen supervacua est et sola hec virtus inter inno-
centes cessat. Sed primum omnium sicut medicine apud egros usus et apud sanos
honor est, ita clementiam quamvis pena digni invocent et innocentes colunt. Deinde
habet hec in persona etiam innocentium locum quia interim fortuna pro culpa est. Nec innocentie
tantum clementia succurrat sed sepe virtuti quoniam quidem condicione temporum incidunt quedam
que possunt laudata puniri. Adice quod magna pars hominum est que reverti ad innocentiam
possit. Sed non tamen vulgo ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter malos bonosque
sublatum est confusio sequitur et vitiorum eruptio. Itaque adhibenda moderatio est
que sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscuam habere ac vulga-
rem clementiam oportet nec abscisam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli.
Modum tenere debemus. Sed quia difficile est temperamentum quicquid equo plus futurum est
in partem humaniorem prependat. Sed hec suo loco melius dicentur. ¶ Nunc itaque
partes omnem hanc materiam dividam. Prima erit manumissionis, secunda que naturam clemen-
tie habitumque demonstret. Nam cum sint vitia quedam virtutes imitantia non possunt secerni
nisi signa quibus dignoscantur impresseris. Tertio loco queremus quomodo ad hanc virtutem
perducatur animus, quomodo confirmet eam et usu suam faciat. Nulla ex omnibus virtutibus
magis homini convenit cum sit nulla humanior, constet necesse est non solum inter nos qui
hominem sociale animal communi bono genitum videri volumus sed etiam inter illos qui
hominem voluptati donant quorum omnia dicta factaque ad utilitatem suam spectant. Nam
si quietem petit et otium hanc virtutem nature sue nactus est que pacem amat et
manus retinet. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem aut principem
decet. Ita enim magnis viribus decori glorieque sunt si illis salutaris potentia est.
Nam pestifera vis est valere ad nocendum. Illius demum magnitudo fundata sta-
bilisque est quam omnes tam supra se esse quam pro se sciunt. Cuius curam excubare
pro salute singulorum atque universorum cottidie experiuntur. quo procedente non tamquam ma-
lum aliquod aut noxium animal e cubili prosiluerit diffugiunt sed tamquam ad clarum ac
beneficum sidus certatim advolant. Obicere se pro illo mucronibus insidiantium
paratissimi et substernere corpora sua si per stragem illi humanam iter ad salutem stru-
endum sit. Somnum eius nocturnis excubiis muniunt, latera obiecti circumfusique
defendunt, incurrentibus periculis se opponunt. Non est hec de re populis urbibusque consensus

se perdendi causa adigit reges · sese suaque iactandi quocumque desideravit impe-
rantis salus · Nec hec vilitas sui est aut clementia pro uno capite tot milia
excipere ferrum ac multis mortibus unam animam redimere · Nonnumquam senis et invali-
di · Quemadmodum totum corpus animo deservit · et cum hoc tanto maius tantoque spe-
ciosius sit · ille in occulto maneat tenuis · et in qua sede latitet incertus ·
tamen manus · pedes · oculi · negotium illi gerunt · illum hec cutis munit · illius iussu
iacemus · aut inquieti discurrimus · cum ille imperavit · sive avarus dominus est · mare lucri
causa scrutamur · sive ambiciosus iam dudum dextram flammis adiecimus aut volunta-
riam subsiluimus · sic hec immensa multitudo unius anime circumdata illius spiritu regitur
illius racione flectitur pressura se ac fractura viribus suis · nisi consilio sustineretur · Suam
itaque incolumitatem amat cum pro uno homine denas legiones in aciem deducunt · cum
in primam frontem procurrunt · et adversa vulneribus pectora ferunt · ne imperatoris sui signa
vertantur · Ille est enim vinculum per quod res publica coheret · Ille spiritus vitalis quem hec tot mi-
lia trahunt · nichil ipsa per se futura nisi onus et preda · si mens illa imperii subtrahatur · Rege
incolumi mens omnibus una · amisso rupere fidem · Hic casus romane pacis
exitus erit · hic tanti fortunam populi in ruinas aget · Tam diu ab isto aberit
hic populus quamdiu sciet ferre frenos · Quos si quando abruperit · vel aliquo casu discus-
sos reponi sibi passus non erit · hec unitas et hic maximi imperii contextus in multas
partes dissiliet · Idemque huic urbi dominandi finis erit qui parendi fuerit · Ideo
principes regesque · et quocumque alio nomine sunt tutores status publici non est mirum
amari ultra privatas etiam necessitudines · Nam si sanis hominibus publica privatis
potiora sunt · sequitur ut is quoque carior sit in quem se res publica convertit · Olim enim ita se induit
res publica Cesar ut seduci alterum non possit sine utriusque pernicie · Nam ut illi viribus
opus est · et huic capite · Longius videtur recessisse a proposito oracio mea · At me-
hercules rem ipsam premis · Nam si quid adhuc colligis · tu animus rei publice tue es
illa corpus tuum · Vides ut puto quam necessaria clemencia sit · Tibi enim parcis cum
videris alteri parcere · Parcendum itaque est etiam improbandis civibus non aliter quam mem-
bris languentibus · Et si quando misso sanguine opus est substinendum est ne ultra
quam necesse sit incidas · Ergo ut dicebam clementia omnibus quidem hominibus secundum naturam
maxime tamen decora imperatoribus · quanto plus habet apud illos quos servet ·
quantoque in maiore materia apparet · Quantulum enim nocet privata crudelitas · Prin-
cipum sevicia bellum est · Cum autem virtutibus inter se sit concordia · nec ulla altera
melior aut honestior sit · quedam tamen quibusdam personis aptior est · Decet
magnanimitas quemlibet mortalem · etiam illum infra quem nichil est · Quid enim
est magis aut fortius quam malam fortunam retundere · Hec tamen magnanimitas in
bona fortuna laxiorem locum habet · meliusque in tribunali quam in plano conspicitur

Clementia in quacumque domum pervenerit eam felicem tranquillamque prestabit. Sed in
regia quo rarior eo mirabilior. Quid enim est mirabilius quam eum cuius ire
nichil obstat cuius graviori sententie ipsi qui pereunt assequuntur quem nemo inter-
gaturus est ymo si vehementius (al. exarserit) excanduerit ne deprecaturus quidem ipsum sibi ma-
num inicere et potestate sua in melius placidiusque uti. Hoc ipsum cogitantem oc-
cidere contra legem nemo non potest servare nemo preter me. Magnam fortunam ma-
gnus animus decet qui nisi se ad illam extulerit et altior steterit illam quoque infra
terram deducit. Magni autem animi est proprium placidum esse tranquillumque et iniurias
atque offensiones superne despicere. Muliebre est furere in ira ferarum vero et genero-
sarum quidem premordere et urgere. Prostratos elephanti leonesque transeunt que impule-
rint et ignobilis bestie pertinacia. Non decet regem seva nec inexorabilis ira.
Non multum enim supra eum eminet cui se irascendo exequat. At si dat vitam
si dat dignitatem (al. benignitatem) periclitantibus et meritis amittere facit quod nulli nisi rerum potenti (al. populo)
licet. Vita enim etiam superiori eripitur numquam nisi inferiori datur. Servare proprium
est excellentis fortune que numquam magis suspicienda est quam cum illi contingit idem
posse quod diis quorum beneficio in lucem edimur tam boni quam mali. Deorum itaque
sibi animum asserens princeps alios ex civibus suis quia utiles bonique sunt libens
videat alios in numerum relinquat quosdam esse gaudeat quosdam patiatur. Cogi- (cogitet)
tate in hac civitate in qua turba per latissima itinera sine intermissione deflu-
ens eliditur quotiens aliquid obstitit quod cursum eius velut torrentis rapidi
moraretur in qua tribus eodem tempore theatris vie postulantur in qua consumitur
quicquid terris omnibus aratur quanta solitudo ac vastitas futura sit si nichil
relinquitur nisi quod iudex severus absolverit. Quotus quisque ex questoribus est
qui non ex ipsa lege teneatur qua querit. Quotus quisque accusat vacat culpa.
Et nescio an nemo ad dandam veniam difficilior sit quam qui illam petere
sepius meruit. Peccavimus omnes alii graviora alii leviora alii ex desti-
nato alii forte impulsi et aliena nequitia ablati alii in bonis consiliis
parum fortiter stetimus et innocentiam inviti ac retinentes perdidimus. Nec deliqui-
mus tantum sed usque ad extremum evi delinquimus. Etiam si quis iam bene pur-
gavit animum ut nichil obturbare eum amplius possit ac fallere ad innocentiam
tamen peccando pervenit. Cum deorum feci mentionem optime hoc exemplum principi
constituam ad quod formetur ut se talem esse civibus quales sibi deos velit.
Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina expedit usque
ad ultimam infesta perniciem. Et quis regum erit tutus cuius non membra aru-
spices colligant. Quod si dii placabiles et eque delicta potentium non statim

fulminibus p(er)sequu(n)tur. Q(ua)nto eq(ui)us e(st) ho(m)i(ne)m hominibus p(re)positu(m) miti animo
exercere imp(eriu)m et cogitare utru(m) mu(n)di status gratior oculis pulchriorq(ue)
sit sereno et puro die an cu(m) fragoribus [al' frangoribus] crebris o(mn)ia quatiu(n)tur et ignes
hic atq(ue) illic micant. At qui no(n) alia facies quieti moratiq(ue) imp(er)ii
q(uam) sereni celi et nitentis. Crudele regnu(m) turbidu(m) tenebrisq(ue) obscuru(m)
e(st) int(er) trementes et ad repentinu(m) sonitu(m) expavescentes ne eo quide(m) qui
o(mn)ia p(er)turbat inconcusso. Facilius p(ri)vatis ignoscit(ur) p(er)tinacit(er) se vindican-
tibus. Possunt enim ledi doloreq(ue) eor(um) ab iniuria venit. Timent p(re)terea co(n)te(m)ptu(m)
et no(n) retulisse ledentibus gr(ati)am infirmitas videt(ur) no(n) clem(enti)a. At cui ultio
in facili est is omissa ea certa(m) laude(m) mansuetudinis (con)sequit(ur). Humili lo-
co positis exercere manu(m) litigare in rixa(m) p(ro)currere ac more(m) ire sue gere(re)
liberius e(st). Leves int(er) paria ictus sunt. Regi vociferatio q(uoque) verboru(m)q(ue) intemp(er)an-
tia no(n) ex maiestate e(st). Grave putas eripi loq(ue)ndi arbitriu(m) regibus
q(uo)d humillimi h(abe)nt. Ista inq(ui)s s(er)vitus e(st) no(n) imp(eriu)m. Q(ui)d? tu no(n) experiris
nobis istud esse tibi s(er)vitute(m). Alia (con)dicio e(st) eor(um) qui i(n) turba qua(m) no(n) exce-
du(n)t latent. Quor(um) et v(ir)tutes ut appareant diu luctant(ur) et vicia tenebras
h(abe)nt. V(est)ra facta dicta(que) rumor excipit. Nullis magis curandu(m) e(st) qualem fama(m)
h(ab)eant q(uam) qui qualemcu(m)q(ue) meruerint magna(m) habituri sunt. Q(uam) multa tibi
no(n) licet q(ue) nobis beneficio tuo licet. Possum in q(ua)libet parte urbis solus
incede(re) sine timore q(ua)mvis nullus seq(ua)t(ur) comes nullus sit domi nullus
ad latus gladius. Tibi [al' vivendu(m)] in tua pace armato vivendu(m) e(st). Aberrare a fortuna
tua no(n) potes. Obsidet te et quocu(m)q(ue) descendis magno app(ar)atu seq(ui)t(ur). Est h(ec)
magnitudinis su(m)me s(er)vitus no(n) posse fieri minore(m). S(ed) cu(m) d(i)is tibi ista ne-
cessitas e(st). Nam illos q(uoque) celu(m) alligatos tenet nec magis illis descende(re) da-
tu(m) e(st) q(uam) tibi tutu(m). Fastigio tuo affixus es. N(ost)ros motus pauci sentiu(n)t.
P(ro)dire nob(is) ac recede(re) et mutare habitu(m) sine sensu publico licet. Tibi no(n)
magis q(uam) soli late(re) (con)tingit. Multa [al' circa te] circa te lux est. O(mn)ium in ista(m) (con)v(er)si ocu(l)i
sunt. P(ro)dire te putas [al' oreris] oriris. Loqui no(n) potes n(isi) ut voce(m) tua(m) q(ue) ubiq(ue) s(un)t
gentes excipiant. Irasci no(n) potes n(isi) ut o(mn)ia tremant. Sic nemi(n)e(m) affligere n(isi) ut
q(ui)cq(ui)d circa fuerit quatiat(ur). Ut fulmina paucor(um) p(er)iculo cadu(n)t o(mn)ium metu
sic animadv(er)siones magnar(um) p(o)t(est)atu(m) terrent latius q(uam) nocent. No(n) e(n)i(m) q(ui)d fecit
s(ed) q(ui)d facturus sit cogitat(ur) i(n) eo q(ui) o(mn)ia p(otes)t. Adice nu(n)c q(uo)d p(ri)vatos homi(n)es
ad accipiendas iniurias oportuniores acceptar(um) pacie(n)cia facit. Regib(us) cer-
tior e(st) ex mansuetudi(n)e securitas q(ui)a freq(ue)ns vindicta paucor(um) odiu(m) rep(ri)mit
o(mn)ium irritat. Voluntas op(or)tet a(n)te seviendi q(uam) ca(usa) deficiat. Alioq(ui)n q(ue)madmo(dum)
p(re)cise arbores plurimis ramis repullulat et multa sator(um) ge(ner)a ut densiora

surgat residunt. ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo.
Parentes enim liberique eorum qui interfecti sunt et propinqui et amici in locum sin-
gulorum succedunt. Hoc quam verum sit admonere te exemplo domestico volo. Exemplum divi Augusti
Divus Augustus fuit mitis princeps si quis illum a principatu suo estimare
inciperet. in communi quidem republica gladium movit cum hoc etatis esset quod tu
nunc es. duodevicesimum egressus annum iam pugiones in sinum amicorum ab-
sconderat. iam insidiis M. Antonii consulis latus petierat. iam fuerat colle-
ga proscriptionis. Sed cum annum quadragesimum transisset et in Gallia moraretur
delatum est ad illum indicium L. Cinnam stolidi ingenii virum insidias ei struere
datum est et ubi et quando et quemadmodum vellet aggredi. unus ex consciis deferebat.
Constituit se ab eo vindicare. consilium amicorum advocari iussit. Nox illi
inquieta erat cum cogitaret adolescentem nobilem hoc detracto integrum. Cn.
Pompeii nepotem damnandum. iam unum hominem occidere non poterat. cui M. An-
tonius proscriptionis edictum inter cenam dictarat. gemens subinde voces vari-
as emittebat et inter se contrarias. Quid ergo ego percussorem meum securum am-
bulare patiar me sollicito. Ergo non dabit penas qui tot civilibus bellis
frustra petitum caput tot navalibus tot pedestribus preliis incolume. post
terra marique pace parta non occidere constituat sed immolare. Nam sacrificantem
placuerat adoriri. Rursus silentio interposito maiore multo voce sibi quam
irascebatur. Quid vivis si perire te tam multorum interest. Quis finis erit suppliciorum
quis sanguinis. Ego sum nobilibus adolescentulis expositum caput in quod mucro-
nes acuant. Non est tanti vita si ut ego non peream tam multa perdenda sunt. In-
terpellavit tandem illum Livia uxor. Et admittis inquit muliebre consili-
um. Fac quod medici solent qui ubi usitata remedia non procedunt temptant contraria.
Severitate nihil profecisti adhuc. Salvidienum Lepidus secutus est. Lepidum Mu-
rena. Murenam Cepio. Cepionem Egnatius. ut alios taceam quos tam ausos
pudet. nunc tempta quomodo tibi cedat clementia. ignosce L. Cinne deprehensus est.
iam nocere tibi non potest prodesse fame tue potest. Gavisus sibi quod advocatum inve-
nerat uxori gratias egit renunciari autem extemplo amicis quos in consilium roga-
verat imperavit et Cinnam unum ad se accersit. dimissisque omnibus e cubiculo
cum alteram Cinne poni cathedram iussisset. Hoc inquit primum a te peto ne me
loquentem interpelles. ne medio sermone meo proclames. dabitur tibi loquendi
liberum tempus. Ego te Cinna cum in hostium castris invenissem non factum tan-
tum inimicum sed natum servavi. patrimonium tibi omne concessi. hodie tam felix es
et tam dives ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti preteritis compluribus

quos parentes metu militaverat dedi. Cum sic de te meruerim occidere
me constituisti. Cum ad hanc vocem exclamasset procul hac a se abesse dementiam
non prestas mihi fidem Cinna convenerat ne interloqueris. Occidere inquam me
paras. Adiecit locum socios diem ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum.
Et cum defixum videret nec ex conventione iam sed ex conscientia tacentem, quo inquit
hoc animo facis ut ipse sis princeps. Male mehercule cum p. r. agitur si tibi
ad imperandum nihil preter me obstat. Domum tueri tuam non potes. Nuper liber-
tini hominis gratia in privato iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes quam
contra Cesarem advocare. Cedo si spes tuas solus impedio. Paulus ne te
et maximus Fabius et Cossi et Servilius ferent tantumque agmen nobilium non inania nomina
preferentium sed eorum qui ymaginibus suis decori sunt. Ne totam eius orationem repetendo
magnam voluminis partem occupem, diutius enim quam duabus horis locutum esse
constat, cum hanc penam qua sola erat contentus futurus extenderet. Vitam inquit
tibi Cinna iterum do prius hosti nunc insidiatori ac parricide. Ex hodierno die
inter nos amicicia incipiat. Contendamus utrum ego meliore fide vitam tibi dederim
an tu debeas. Post hoc detulit ultro consulatum questus quod non auderet petere.
Amicissimum fidelissimumque habuit heres solus illi fuit. Nullis amplius insidiis
ab illo petitus est. Ignovit abavus tuus victis. Nam si non ignovisset quibus
imperasset. Salustium et Cocceios et Duellios et totam cohortem primam admissionis
adversariorum castris conscripsit. Iam Domicios, Messalas, Asinios, Cicerones
et quicquid floris erat in civitate clementie sue debebat. Ipsum Lepidum quamdiu mori
passus est. Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem et pontificatum
maximum non nisi mortuo illo transferri ad se passus est. Maluit enim illum honorem
vocari quam spolium. Hec eum clementia ad salutem securitatemque perduxit. Hec gratum
ac favorabilem reddidit quamvis nondum subactis R. p. cervicibus manum impo-
suisset. Hec hodieque prestat illi famam que vix vivis principibus servit. Deum esse non
tamquam iussi credimus. Bonum principem Augustum bene illi convenisse parentis
nomen fatemur ob nullam aliam causam quam quia contumelias quoque suas que acerbiores
principibus solent esse quam iniurie nulla crudelitate exequebatur quia probrosis in se
dictis arrisit quia dare illum penas apparebat cum exigeret quia quoscumque ob
adulterium familie sue damnaverat adeo non occidit ut dimissis quo tu-
tiores essent diplomata daret. Hoc est ignoscere cum scias multos futuros qui
pro te irascantur tibi alieno sanguine gratificentur non dare tantum salutem sed
prestare. Hec Augustus senex faciebat aut iam in senectutem annis
vergentibus. In adolescentia caluit arsit ira multa fecit atque invitus

oculos retorquebat ¶ Comparare nemo mansuetudini tue audebit divum
Augustum· etiam si in certamen iuvenilium annorum deduxerit senectutem
plus quam mature fuerat moderatus· Et clemens· nempe post mare actiacum ro-
mano cruore infectum· nempe post fractas in sicilia classes et suas alienas·
nempe post illas nasicas et proscriptiones· Ego non clementiam non voco las-
sam crudelitatem· Hec est cesar clementia vera quam tu prestas que non seviti-
am penitencia cepit· nullam habere maculam nunquam civilem sanguinem fudisse· Hec est in ma-
xima potestate verissima animi temperantia· et humani generis· comprehendit te sicut amor· non
cupiditate aliqua non temeritate ingenii· non priorum principum exemplis corruptis
quantum in cives suos liceat· experiundo temptare sed hebetare aciem imperii sui
Prestitisti cesar civitatem incruentam et hoc quod magno animo gloriatus es· nullam
te toto orbe stillam cruoris humani misisse· quo maius est mirabiliusque quod nulli
unquam citius gladius commissus est· Clementia ergo non tantum honestiores· sed potio-
res prestat· ornamentumque imperiorum est· simul et certissima salus· Quid enim est quod
reges consenuerint· liberisque ac nepotibus tradiderint regna· Tirannorum exe-
crabilis ac brevis potestas est· Quid interest inter tirannum ac regem· Species
enim ipsa fortune ac licentia par est· nisi quod tiranni in voluptate seviunt· re-
ges non nisi ex causa ac necessitate· Quid ergo non reges occidere solent· Sed quotiens
id fieri publica utilitas persuadet· tirannis sevitia cordi est· Tirannus autem
a rege distat factis non nomine· Nam et dyonisius maior iure meritoque
preferri multis regibus potest· Et L· sillam appellari quid prohibet· cui occidendi finem
fecit inopia hostium· descendit licet e dictatura sua et se toge reddiderit· Quis
tamen unquam tirannus tam avide humanum sanguinem bibit· qui ille qui septem milia ci-
vium romanorum contrucidari iussit· Et cum in vicino ad edem bellone sedens
exaudisset conclamationem tot milium sub gladio gementium exterrito senatu
hoc agamus inquit patres conscripti· seditiosi pauculi meo iussu occiduntur· hoc non est men-
titus· pauci sille videbantur· sed mox de silla consequimur quo hostibus irascendum sit·
utique in hostile nomen cives· et ex eodem corpore abrupti transsilierint· Interim hoc
quod dicebam de clementia· efficit ut magnum inter regem tirannumque discri-
men sit· uterque licet non minus armis valletur· sed alter arma habet quibus munimentum
tum pacis utitur· Alter ut magno timore magna odia compescat· nec illas ipsas
manus quibus se commisit securus aspicit· Contrariis in contraria agitur· Nam
cum invisus sit quia timetur· timeri vult quia invisus est· Et illo execrabili
versu qui multos dedit precipites utitur· Oderint dum metuant· Ignarus
quanta rabies oriatur ubi ultra modum odia creverunt· Temperatus enim timor

cohibet eos assiduus vox et acer et extrema admovens in audaciam
iacentes excitat et omnia experiri suadet. Sicut ferras bestias (?) et prima exclu
sas contineas. Clemencia (al. memoria) quo equus telis missis temptabit fuga per ipsa
que fugerat. periculosaque firmissimam acerrima virtus est quam ultima
necessitas extendit. Relinquat oportet securi aliquid metus. multoque plus spei
quam periculorum ostendere. alioquin ubi quiescenti paria metuuntur incursus in pericula
iuvat et aliena anima abuti. Placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua.
quibus ad communem salutem utitur. gloriosusque miles. Publice enim securitati dare
operam videtur. omnem laborem libens patitur. ut parentis custos. At illum acerbum
et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui. Non possunt habere quemquam bone ac
fide voluntatis ministros. quibus in tormentis et eculeo et ferramentis ad mortem paratis
utuntur. quibus non aliter quam bestiis homines obiectat. omnibus reis noxior ac sollicitior.
ut qui homines deosque testes ac vindices facinorum timeat. eo perductus ut non
liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera vel pessimum habet crudelitas. Perseve
randum est nec ad meliora patet regressus. scelera enim sceleribus tuenda sunt.
Quid autem eo infelicius cui iam esse malum necesse est. O miserabilem illum sibi
certe. Nam ceteris misereri nephas sit. qui cedibus ac rapinis potenciam
exercuit. qui suspecta sibi cuncta reddidit tam externa quam domestica. Cum arma
metuat ad arma confugiens. non amicorum fidei credens. non pietati liberorum. qui
ubi circumspexit queque fecit. queque facturus est et conscienciam suam plenam sceleribus
ac tormentis adaperuit. sepe mortem timet. sepius optat. invisior sibi quam servientibus.
E contrario is cui cure sunt universa. qui alia magis alia minus tuetur. nullam non
rei publice partem tamquam sui nutrit. inclinatus ad mitiora. etiam si ex usu est animadvertere
ostendens quam invitus aspero remedio manus admoveat. in cuius animo nichil
hostile. nichil efferum est. qui potenciam suam placide ac salutariter exercet
approbare civibus imperia sua cupiens. felix habunde sibi visus. si fortunam suam pu
blicaverit. sermone affabilis. accessuque facilis. vultu qui maxime populos de
meretur. amabilis. equis desideriis propensus etiam iniquis acerbus. a tota
civitate amatur. defenditur. colitur. Eadem de illo homines secreto loquuntur que
palam. tollere filios cupiunt et publicis malis sterilitas indicta reclu
ditur. Bene se meriturum de liberis suis non dubitat. quibus tale seculum osten
derit. Hic princeps sub beneficio tutus nichil presidiis eget. Arma ornamenti
causa habet. Quid ergo officium eius est. quod bonorum parentum. qui obiurgare liberos
nonnumquam minaciter solent. aliquando admonere etiam verberibus. Numquid aliquis
sanus filium ad primam offensam exheredat. Nisi magne et multe iniurie pa

ciam vicerit non plus potest quam timet quam quod damnat. Non accedit ad
decretorium stilum nisi multa ante temptat quibus dubiam indolem et peiore loco
iam positam revocet. Postquam omnia sunt deplorata, sed ultima experitur. Nec
ad supplicia exigenda pervenit nisi cum remedia consumpsit (al. consumpsit). Hoc quod parenti
etiam principi faciendum est quem appellamus patrem patrie non adulacione vana
adducti. Cetera enim cognomina honori data sunt. Magnos et felices augu-
stos diximus et ambiciose maiestati quicquid potuimus titulorum congessimus
illis hoc tribuentes. Patrem quidem patrie appellavimus ut sciret datam sibi
potestatem patrie que est temperatissima liberis consulens suaque post illos reponens.
(al. tarde) Tradat sibi pater membra sua abscidat etiam cum absciderit reponere cupiat
et in abscidendo gemat cunctatus multum diuque. Prope est enim ut inique puniat
Ex. tyran. qui nimis. Trichonem equitem Romanum memoria nostra quia filium suum flagellis occiderat
populus graphiis in foro confodit. Vix Augusti Cesaris auctoritas illum infestis tam
Ex. i Tarii de filio patrum quam filiorum manibus eripuit. Tarium qui filium deprehensum in parricidio
exilio damnavit consilio cognito nemo non suspexit quod contentus exilio fuit
et exilio delicato Massilie parricidam continuit et annua illi prestitit quanta
prestare integro solebat. Hec liberalitas effecit ut in qua civitate numquam deest
patronus peioribus nemo dubitaret quin reus merito damnatus esset quem ipse (al. ipse pater)
damnare potuisset qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo (al. quem) quem compares bo-
no patri bonum principem. Cogniturus de filio Tarius advocavit in consilium Cesarem
Augustum. Venit in privatos penates, assedit, pars alieni consilii fuit, non
dixit: ymmo in domum meam veniat. Quod si factum esset, Cesaris futura erat co-
gnitio non patris. Audita causa excussisque omnibus et hiis que adolescens pro se di-
xerat et hiis quibus arguebatur petiit ut sententiam suam quisque scriberet ne ea omnium
fieret que Cesaris fuisset. Deinde priusquam aperirentur codicilli iuravit se Tarii (al. filii)
hominis locupletis hereditatem non aditurum. Dicet aliquis: pusillo animo timuit
ne videretur locum spei sue aperire velle in filii damnatione. Ego contra sentio.
Quilibet nostrum debuisset adversus opiniones malignas satis fiducie habere in bona
conscientia. Principes multa debent et fame dare. Iuravit se non aditurum hereditatem.
Tarius quidem eodem die et alterum heredem perdidit. Sed Cesar libertatem sententie sue
redemit. Et postquam approbavit gratuitam esse severitatem suam quod principi semper curandum
est, dixit relegandum quo patri videretur. Non culleum, non serpentes, non car-
cerem decrevit memor non de quo censeret sed cui in consilio esset. Mollissimo genere
pene contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo impulso in id scelus

in quo se quod primum erat ab innocentia timide gessisse debere illum ab ur
be et a parentis oculis submoveri. O dignum quem in consiliis patres
adhiberent. O dignum quem coheredem innocentibus liberis scriberent. Hanc clementiam
principi debes ut quocumque venerit mansuetiora omnia faciat. Nemo
regi tam vilis sit ut illum perire non sentiat qualiscumque pars imperii est. In
magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non unum imperandi genus est. Imperat
princeps civibus suis, pater liberis, praeceptor discentibus, tribunus vel centurio
militibus. Nonne pessimus pater videbitur qui assiduis plagis liberos etiam
ex levissimis causis compescet. Utrum autem praeceptor liberalibus studiis dignior
qui excarnificabit discipulos si memoria illis non constiterit aut si parum
agilis in legendo oculus haeserit an qui monitionibus et verecundia emendare
ac docere malit. Tribunum centurionemque da saevum desertores faciet quibus tamen
ignoscitur. Numquid. Nam aequum est gravius homini et durius imperari quam im-
peratur animalibus mutis. At qui equum non crebris verberibus exterret do-
mandi peritus magister. Fit enim formidolosus et contumax nisi eum blandiente tactu
permulseris. Idem facit venator quique instituit catulos vestigia sequi
quique iam exercitatis utitur ad excitandas vel persequendas feras nec crebro
illis minatur. Contundet enim animos et quicquid est indolis comminuetur trepidatione
degeneri nec licentiam vagandi errandique passim concedit. Adicias his li-
cet tardiora agentes iumenta quae cum ad contumelias et miserias nata sint ni-
mia saevitia cogantur iugum detrectare. Nullum animal morosius est nullum
maiore arte tractandum quam homo nulli magis parcendum. Quid enim est stultius
quam iumentis quidem et canibus erubescere iras exercere pessima autem condicione sub homine
esse. Morbis medemur nec irascimur. Atqui et hic morbus est animi mollem medicinam
desiderat ipsumque medentem minime infestum aegro. Mali medici est desperare
ne curet. Idem in his quorum animus affectus est facere debebit cui tradita sa-
lus omnium est non cito spem proicere nec mortifera signa pronuntiare. Luctetur cum
vitiis resistat aliis morbum suum exprobret quosdam molli curatione
decipiat citius meliusque sanaturus remediis fallentibus. Agat princeps
curam non tantum salutis sed etiam honestae cicatricis. Nulli regi gloria est ex saeva
animadversione. Quis enim dubitat posse. At contra maxima si vim suam continet
si multos irae alienae eripuit neminem suae impendit. Servis imperare mo-
derate laus est. Et in mancipio cogitandum est non quantum illud impune pa-
ti possit sed quantum tibi permittat aequi bonique natura quae parcere et captivis et pretio

(al' preis) patris iubet. Quanto iustius hiis iubet tanto iustius hominibus liberis ingenuis honestis non ut mancipiis abuti sed hiis quos gradu antecedas quorumque tibi non servitus tradita sit sed tutela. Servis ad statuam licet confugere cum in servum omnia liceant. Est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetet. Quis non Vedium Polionem peius oderat quam servi sui quod murenas sanguine humano saginabat et eos qui se aliquid offenderant in vivarium quid aliud quam serpentium abici iubebat. O hominem mille mortibus dignum sive devorandos servos obiciebat murenis quas esurus erat sive in hoc tantum illas alebat ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota civitate commonstrantur invisique et detestabiles sunt. ita regum et iniuria latius patet et infamia atque odium seculis traditur. Quanto autem non nasci melius fuit quam numerari inter publica mala natos. Excogitare nemo quicquam poterit quod magis decorum regenti sit quam clementia quocumque modo is et quocumque iure prepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse magnificentiusque fatebimur quo in maiore prestabit potestate. Qua non oportet noxiam esse si ad nature legem componitur. Natura enim commenta est regem. quod ex aliis animalibus licet cognoscere. Et ex apibus quarum regi amplissimum cubile est medioque ac tutissimo loco. Preterea onere vacat exactor (al' exactus) alienorum operum et amisso rege totum dilabitur. nec umquam plus unum patiuntur meliorem pugna querunt. Preterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris tum magnitudine tum nitore. Hoc tamen maxime distinguitur. Iracundissime ac pro corporis captu pugnacissime sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec sevum esse nec ultionem magno constaturam petere telumque detraxit et iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est. nam illi mos exercere se in parvis et ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores. cum tanto hominum moderatior animus esse debeat quanto vehementius nocet. Utinam quidem eadem homini lex esset et ira cum telo suo frangeretur. nec liceret nocere quam semel nec alienis viribus exercere odia. Facile enim lassaretur furor si per se sibi satisfaceret et si mortis periculo vim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat quantum timeri voluit et manus omnium observet. et eo quoque tempore quo non captatur peti se iudicet. nullumque momentum immune amet. Habeat hanc aliquis egregiam vitam sustineat. cum liceat innoxium aliis ob hoc securum salutarem potentiam cunctis letis omnibus tractare. Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regem. ubi nichil a rege tutum. Securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum edi-

Ex° .i. vedii poll.

Ex° .i. de apib;

tas arces · nec in ascensum arduos colles emunire nec latera montium
abscidere · multiplicibus se muris turribusque sepire · Salvum regem cle-
mentia in aperto prestabit · Unum est inexpugnabile munimentum
amor civium · Quid pulcrius est quam vivere optantibus cunctis et vota non
sub custode (al' nuncupantibus) titubantibus · si paulum valitudo titubaverit non spem hominum
excitari sed metum · Nichil esse cuiquam tam preciosum quod non pro salute presidis
sui commutatum velit · O ne illo cui contingit (al' contigerit) sibi quoque vivere debeat · In hoc
assiduis bonitatis argumentis probavit non rem publicam suam esse · sed se rei publice · Quis
huic audeat struere aliquod periculum · Quis ab hoc non si possit fortunam
quoque avertere velit · sub quo iusticia · pax · pudicicia · securitas · dignitas flo-
rent · sub quo opulenta civitas · copia bonorum omnium habundat · nec alio animo
rectorem suum intuetur · quam si dii immortales potestatem visendi sui faciant · Intue-
amur veneraturi colentesque · Quid autem non proximum illis locum tenet is qui se
ex deorum natura gerit · beneficus ac largus et in melius potens · hoc affectare
hoc imitari decet · Maximum ita haberi ut optimus simul habeatur · ¶ Duabus
causis punire princeps solet · si aut se vindicat aut alium · Prius de illa
parte disseram que ipsum contingit · Difficilius est enim moderari ubi dolori de-
betur ulcio · quam ubi exemplo · Supervacuum est hoc loco admonere ne facile cre-
dat · ut verum excuciat · ut innocencie faveat · ut appareat · ut non minorem
magis rei periclitantis quam iudicis sciat · Hoc enim ad iusticiam non ad clemenciam
pertinet · Nunc illum hortamur ut manifeste lesus animum in potestate habeat et penam
si tuto poterit donet · sin minus temperet · longeque sit in suis quam in alienis exo-
rabilior iniuriis · Nam quemadmodum non est magni animi qui de alieno liberalis est ·
sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit · ita clementem vocabo non in alie-
no dolore facilem · sed illum qui cum suis stimulis exagitetur · non prosilit quia intelligit
magni animi esse iniurias in summa potencia pati · nec quicquam esse gloriosius principe
impune leso · Ulcio duas res prestare solet · Aut solacium affert ei qui
accepit iniuriam · aut in reliquum securitatem · Principis maior est fortuna
quam ut solacio egeat · manifestiorque vis quam ut alieno malo opinionem sibi
virium querat · Hoc dico cum ab inferioribus petitus violatusque est · Nam si quos
pares aliquando habuit · infra se videt · satis vindicatus est · Regem et servus occi-
dit · et serpens · et sagitta · servavit quidem nemo nisi maior eo quem servavit ·
uti itaque animose debet tanto munere deorum dandi auferendique vitam potens · In
his presertim quos scit aequales sibi fastigio obtinuisse · hoc arbitrium adeptus

ultionem impleuit. Priuatusque quidem uere pene satis erat. Perdidit enim uitam
qui debet. Et quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus alienam de capite
regnoque sententiam expectauit in seruatoris sui gloriam uiuit. Plusque nomini eius
confert incolumis quam si ex oculis ablatus esset. Assiduum enim spectaculum alie-
ne uirtutis est in triumpho cito transisse. Si uero regnum quoque suum tuto relinqui
apud eum potuit reponique eo unde deciderat, ingenti incremento surgit laus
eius qui contentus fuit ex rege uicto nichil preter gloriam sumere. Hoc est etiam ex ui-
ctoria sua triumphare testarique nichil se quod dignum esset uictore apud ui-
ctos inuenisse. Cum ciuibus et ignotis atque humilibus eo moderatius agendum est
quo minoris est afflixisse eos. Quibusdam libenter parcas, a quibusdam te uindi-
care fastidias. Et non aliter quam ab animalibus paruis et obterentem inquinantibus redu-
cenda manus est. At in hiis qui in ore ciuitatis seruati punitique erunt oc-
casione note clementie utendum est. Transeamus ad alienas iniurias
in quibus uindicandis hec tria lex secuta est que princeps quoque sequi debet. Aut ut
eum quem punit emendet, aut pena eius ceteros meliores reddat, aut
sublatis malis securiores ceteri uiuant. Ipsos facilius emendabis minore
pena; diligentius enim uiuit cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perdite
parcit; impunitatis genus est iam non habere pene locum. Ciuitatis autem mores
magis corrigit parcitas animaduersionum. Facit enim consuetudinem peccandi multitudo
peccantium. Et minus grauis nota est quam turba damnationum leuat.
Et seueritas quod maximum remedium habet assiduitate amittit auctoritatem.
Constituit bonos mores ciuitati princeps et uicia eius facilius reprimit
si patiens eorum est non tamquam probet, sed tamquam inuitus et cum magno tormento ad
castigandum ueniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior
multo pena uidetur que a miti uiro constituitur. Preterea uidebis ea sepe com-
mitti que sepe uindicantur. Pater tuus plures intra quinquennium culleo insuit
quam omnibus seculis insutos accepimus. Multo minus audebant liberi nephas ul-
timum admittere quamdiu sine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi ui-
ri et rerum nature peritissimi maluerunt uelut incredibile scelus et ultra au-
daciam positum preterire quam dum uindicant ostendere posse fieri. Itaque parricide
cum lege ceperunt et illis facinus pena monstrauit. Pessimo uero loco
pietas fuit postquam sepius culleos uidimus quam cruces. In qua ciuitate raro
homines puniuntur in ea consensus fit innocentie et indulgetur uelud publico
bono. Putet se innocentem esse ciuitas, erit. Magis irascetur a communi

fragilitate desistentibus si paucos ex viderit. Periculosum est in tanta ostendere
civitati quanto plures mali sint. Indicta est aliquando a senatu sententia ut servos
a liberis cultus distingueret. Deinde apparuit quantum periculi immineret si servi nostri
numerare nos cepissent. Idem scito metuendum esse si nulli ignoscitur. Cito appa-
rebit pars civitatis deterior quanto preponderet. Non minus principi turpia sunt multa
supplicia quam medico multa funera. Remissius imperanti melius paretur. Na-
tura contumax est humanus animus et in contrarium atque arduum nitens sequiturque facilius quam
ducatur. Et ut generosi ac nobiles equi melius facili freno reguntur ita cle-
mentiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur et dignam putat civitas
quam servet sibi. Plus itaque hac via proficitur. Crudelitas minime humanum
malum est indignumque tam miti animo. Ferina ista rabies est sanguine gaudere
ac vulneribus et abiecto homine in silvestre animal transire. Quid enim interest
Ex. Allexandri oro te Alexander leoni Lisimachum obicias an ipse laceres dentibus tuis
tuum os. Est tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius ungues esse tibi ri-
ctum illum edendorum hominum capacem. Non exigimus a te ut manus ista exi-
tium familiarium certissimum ulli salutaris sit ut iste animus ferox insatiabile
gentium malum citra sanguinem cedemque satietur. Clementia vocatur ad occidendum
amicum carnifex inter homines eligitur. Hoc est quare vel maxime abhominanda sit
sevicia quod excedit fines primum solitos deinde humanos. Nova supplicia conqui-
rit ingenium advocat instrumenta excogitat per que varietur atque exten-
datur dolor et delectatur malis hominum. Tunc ille dirus animi morbus ad insa-
niam pervenit ultimam cum crudelitas versa est in voluptatem et iam occidere
hominem iuvat. Talem virum a tergo sequitur eversio odiosus venena gla-
dii tam multis periculis petitur quam multorum ipse periculum est privatisque nonnumquam
consiliis. Alias vero consternatione publica circumvenitur. Levis enim et privata
pernicies non totas urbes movet. Quod late furere cepit et omnes appetit
undique configitur. Serpentes parvule falluntur nec publice conquiruntur. Ubi aliqua
solitam mensuram transit et in monstrum excrevit ubi fontes potu inficit
et si afflavit deurit obteritque quacumque incessit balistis petitur. Possunt verba
dare et evadere pusilla mala ingentibus obviam itur. Sic unus eger nec
domum quidem perturbat. At ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit con-
clamatio civitatis ac fuga est et diis ipsis manus intenduntur. Sub uno
aliquo tecto flamma apparuit. Familia vicinique aquam ingerunt. At
incendium vastum et multas iam domos depastum parte urbis obruitur.
Crudelitatem privatorum quoque serviles manus sub certo crucis periculo ulte sunt

Tirannorum gentes populique et quibus erat malum et hiis quibus imminebat occidere
aggressi sunt. Aliquando sua presidia in ipsos consurrexerunt perfidiamque et impietatem
et feritatem et quicquid ab illis didicerant in ipsos exercuerunt. Quid enim potest
ab eo quisquam sperare quem malum esse docuit. Non diu apparet nequicia
nec quantum iubetur peccat. Sed puta esse tutam crudelitatem. Quale eius regnum
non aliud est quam captarum urbium forma et terribiles facies publici metus. omnia
mesta trepida confusa. Voluptates ipse timentur. non convivia securi ineunt
in quibus lingua sollicite etiam ebriis custodienda est. non spectacula ex quibus
materia criminis ac periculi queritur. Apparentur licet magna impensa et regiis
opibus et artificum exquisitis nominibus. quem tamen ludi in carcere iuvent. Quod
istud dii boni malum est occidere sevire delectari sono cathenarum et civium capi
ta decidere quocumque ventum est multum sanguinis fundere aspectu suo terrere ac fugare.
Que alia vita esset si leones ursique regnarent. si serpentibus in nos ac
noxiissimo cuique animali daretur potestas. Illa rationis expertia et a nobis imma
nitatis crimine dampnata abstinent suis et tuta est etiam inter feras simili
tudo. horum tamen ne a necessariis quidem rabies temperat sibi sed externa suaque
in equo habet quo possit exercitatior a singulorum deinde cedibus in exicia gentium
serpere et iniicere tectis ignem. aratrum vetustis urbibus inducere potentiam
putat et unum occidi iubere aut alterum parum imperatorium credit. nisi eodem tempore
grex miserorum subiectus stetit. crudelitatem suam in ordinem coactam putat.
Felicitas illa multis salutem dare et ad vitam ab ipsa morte revocare et
mereri clementiam civicam non potest. Nullum ornamentum principis fastigio di
gnius pulcriusque est quam illa corona ob cives servatos. non hostilia arma
detracta victis. non currus barbarorum sanguine cruentati. non parta bello
spolia. Hec divina potentia est gregatim ac publice servare. multos autem
occidere et indiscretos incendii ac ruine potentia est. Liber secundus de clemencia ad

Ut de clementia scriberem Nero cesar. una me vox Neronem
tua maxime compulit quam ego non sine admiratione cum diceretur
audisse memini et deinde aliis narrasse vocem generosam magni ani
magne lenitatis que non composita nec alienis auribus subito data erupi
t et bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. Animadver
surus in latrones duos Burrus prefectus tuus vir egregius et tibi principi
natus. exigebat a te scriberes in quos et ex qua causa animadverti velles
hoc sepe dilatum ut aliquando fieret instabat. Invitus invito cum cartham protulisset

tradereque exclamasti. Vellem nescire litteras. O dignam vocem quam audirent omnes gentes que romanum imperium colunt quaeque iuxta iacent dubie libertatis quaeque se contra viribus aut animo attollunt. O vocem in contione omnium mortalium mittendam in cuius verba principes regesque iuramentum faciant. O vocem publica generis humani innocentia dignam cui redderetur antiquum illud seculum. Nunc profecto consentire decebat ad equum bonumque expulsa alieni cupidine ex qua omne animi malum oritur pietatem integritatemque cum fide ac modestia surgere et vicia diuturno abusa regno tandem felici ac puro seculo dare locum. Futurum hoc cesar ex magna parte sperare et confiteri libet. Traderetur ista animi tui mansuetudo diffundetur paulatim per omne imperii corpus et cuncta in similitudinem tuam formabuntur. A capite bona valitudo in omnes vegeta sunt atque erecta aut languore demissa prout animus eorum vivit aut marcescit et erunt cives erunt socii digni hac bonitate et in totum orbem recti mores revertentur. Parcetur ubique manibus tuis. Diutius me morari hic patere non ut blandum auribus tuis. Nec enim hic mihi mos est. Maluerim veris offendere quam placere adulando. Quid ergo est? Preter id quod bene factis dictisque tuis quam familiarissimum esse te cupio ut quod nunc natura et impetus est fiat iudicium. Illud mecum considero multas voces magnas sed detestabiles in vitam humanam pervenisse celebresque vulgo fieri ut illa oderint dum metuant. Cui grecus versus similis est qui se mortuo terram misceri ignibus iubet et alia huius note. Ac nescio quomodo ingenia immania et invisa materia secundiore expresserunt sensus vehementes et concitatos. Nullam adhuc vocem audivi ex bono lenique animosam. Quid ergo est? Ut raro invitus et cum magna cunctatione ita aliquando scribas necesse est istud quod tibi in odium litteras adduxit. Sed sicut facis cum magna cunctatione cum multis dilationibus ne forte decipiat nos speciosum clementie nomen aliquando et in contrarium abducat. Videamus quid sit clementia qualisque sit et quos fines habeat.

De clementia quid sit

Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi vel lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis penis. Plura proponere tutius est ne una finitio parum rem comprehendat et ut ita dicam formula excidat. Itaque dici potest et inclinatio animi ad lenitatem in pena exigenda. Illa finitio contradictiones inveniet quamvis maxime ad verum accedat. Si dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex merita ac debita pena remittentem reclamabitur nullam virtutem cuiquam minus debito facere. Atqui hoc omnes intelligunt clementiam esse que se flectit citra id quod merito constitui potest. Huic contrariam imperiti putant severitatem. Sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo

opponitur clemencie crudelitas que nichil aliud est quam atrocitas animi in exige-
dis penis. Sed quidam non exigunt penas crudeles tamen sunt tamquam qui ignotos
homines et obvios non in compendium sed occidendi causa occidunt. nec interficere contenti
seviunt ut Busiris ille et Procrustes et pyrate qui captos verberant et in ignem
vivos imponunt. Hec crudelitas quidem sed quia nec ulcionem sequitur nec peccatum aliquod
irascitur. nullum enim antecessit crimen. extra fines nostros cadit. quam finiebamus conti-
nenciam in penis exigendis. Intemperanciam animi possumus dicere non esse hanc crudelitatem
sed feritatem. cui voluptati sevicia est. Possumus insaniam vocare. Nam varia
sunt genera eius. et nullum certius quam quod in cedes hominum et laniaciones pervenit. Illos
ergo crudeles vocabo qui puniendi causam habent modum non habent. Sicut in Phalari
quem aiunt non quidem in homines innocentes sed super humanum ac probabilem modum seviisse.
Possumus effugere cavillacionem et ita finire ut sit crudelitas inclinacio animi ad
asperiora. Hanc clemencia repellit longius stare a se. Nam severitati illi conve-
nire ad eam certum est. Pertinet quam ad hunc locum querere quid sit misericordia. Plerique enim ut
virtutem eam laudant et bonum hominem vocant misericordem. Et hec vicium animi est. Utraque enim
al. q circa severitatem circaque clemenciam posita sunt que vitare debemus per speciem severitatis
in crudelitatem per speciem clemencie in misericordiam. In hoc leviore periculo erratur. Sed par
error est a vero recedentium. Ergo quemadmodum religio deos colit superstitio violat
ita clemenciam mansuetudinemque omnes boni viri prestabunt misericordiam autem vita-
bunt. Est enim vicium pusilli animi ad speciem alienorum succidentis [al. succedentis]. Itaque pessimo
cuique familiarissima est anus. Et sunt mulierculae que lacrimis nocentissimorum
moventur. que si liceret carcerem effringerent. Misericordia non causam sed fortunam spectat.
Clemencia racioni accedit. Scio male audire apud imperitos sectam stoyco-
rum tamquam nimis duram et minime principibus regibusque bonum daturam consilium.
Obicitur enim illi quod sapientem negat misereri negat ignoscere. Hec si per se po-
nantur invisa sunt. Videtur enim nullam spem relinquere humanis erroribus sed omnia
delicta ad penam deducere. Quod si est quid nichil hec sciencia que discere humanitatem
iubet portumque adversus fortunam certissimum mutuo auxilio claudit. Sed nulla
secta lenior benignior quam est. Nulla amancior hominum et communibus bonis attencior.
ut propositum sit usui esse et auxilio nec sibi tantum sed universis singulisque con-
pro miseria sulere. Misericordia est egritudo animi ob alienarum [al. ob al. alienas] miseriarum speciem. aut tristicia ex
alienis malis contracta [al. quam] que accidere immeritis credit. Egritudo autem in sapi-
entem virum non cadit. serena eius mens est. nec quicquam incidere potest quod illam
obducat. Nichilque eque hominem quam magnus animus decet. Non potest autem magnus esse
idem et metus et meror contundit. si mentem obducit et contrahit. Hoc sapi-

cum ne in sinum quidem accidet calamitatibus. Sed omnem fortune iram reverbera
bit et ante se franget. Eandem semper faciem servabit placidam inconcussam
quod facere non posset si tristiciam reciperet. Adice quod sapiens ac providet et
in expedito consilium habet. Numquam autem liquidum sincerumque ex turbido venit. Tristi
cia inhabitabilis est ad dispiciendas res ut utile excogitando periculosa
vitanda eque extimanda. Ergo non miseretur quia id sine miseria etiam non fit.
Cetera omnia quecumque miserentur volo facere libens et altus animo faciet. Succurret
alienis lacrimis non accedet. Dabit manum naufrago exuli hospicium
egenti stipem non hanc contumeliosam quam pars maior horum qui se misericordes videri
volunt abicit et fastidit quos adiuvat contingique ab hiis timet. Sed ut
homo homini ex communi dabit. Donabit lacrimis maternis filium et cathenas solvi
iubebit et ludo eximet et cadaver etiam noxium sepelliet. Sed faciet ista
tranquilla mente vultu suo. Ergo non miserebitur sapiens sed succurret sed pro
derit in commune auxilium natus ac publicum bonum ex quo dabit cuique partem.
Etiam ad calamitosos pro portione improbandos et emendandos bonitatem suam
permittet. Afflictis vero et forcius laborantibus multo libencius subveniet. Quociens
poterit fortune intercedet. Ubi enim potius utetur an viribus quam ad restituenda
que casus impulit. Vultum quidem non deiciet nec animum. Ceterum omnibus dignis
proderit et deorum more calamitosos propicius respiciet. Misericordia vicina est mi
serie habet enim aliquid trahitque ex ea. Imbecilles oculos esse scias qui ad alienam
lippitudinem et ipsi suffunduntur. Tam mehercule morbum esse non hilaritatem
semper arridere ridentibus et ad omnium extimationem ipsum quoque os diducere. Ista misericordia
vicium est animorum nimis miseria patientium. Quam si quis a sapiente exigit prope est
ut lamentationem exigat et alienis funeribus gemitus. At quare non ignoscet?
Veniam constituamus. Nunc quoque quid sit venia ut sciamus dari illam a sapi
ente non debere. Venia est pene debite remissio. Hanc sapiens quare non — quare venia non
debeat dare reddunt rationem diucius quibus hoc propositum est. Ego ut breviter
tamquam in alieno iudicio dicam ei ignoscitur qui puniri meruit quod debet. Itaque
penam quam exigere debet non donat. Sed illud quod ex venia consequi vis honestiore
tibi via tribuit. Parcet enim sapiens consulet et corriget idem faciet quod si igno
sceret nec ignoscet quoniam qui ignoscit fatetur aliquid se quod fieri debuit omisisse.
Aliquem verbis tantum admonebit pena non afficiet etatem eius emendabilem
intuens. Aliquem invidie criminis laborantem iubebit incolumem esse quia deceptus
est quia per vinum lapsus. Hostes dimittet salvos aliquando et laudatos si hone
stis causis pro fide pro federe pro libertate in bellum accincti sunt. Hec omnia non venie

ſꝫ clemētie opa ſt· Clementia liberū arbitriū hꝫ· nō ſub formula ſꝫ ex
equo ⁊ bono iudicat· ⁊ abſolue illi licet· ⁊ q̄nti uult taxare litē· Nichil
ex hijs facit tanq̄ iuſto minꝰ fecerit· ſꝫ tanq̄ id qd ↄſtituit iuſtiſſimū
ſit· ignoſcē aūt eſt q̄ iudices puniendū nō punire· venia debite pene
remiſſio eſt· Clementia hoc primū preſtat ut quos dimittit nichil aliud
illos pati debuiſſe pnūciat· plenior ē q̄ȝ venia ⁊ honeſtior· De vbo
ut mea fert opinio· ↄtrouſia eſt· de re quidē ↄuenit· Sapiens multa
remittet· multos parū ſane ſꝫ ſanabilis ingenij ſeruabit· Agricolaȝ
bonos imitabit· q̄ nō tm̄ rectas ⁊ pceras arbores colūt· Illis q̄ȝ quas
aliq̄ deprauabit cā· adminicula quibꝰ regant applicat· alias circūci
dūt ne pceritatē rami p̄mant· quaſdaȝ infirmas uicio loci nutriūt·
quibuſdaȝ aliena umbra laborantibꝰ celū apiūt· Videbit quod
ingeniū qua rōne tractandū ſit· quō in rectū praua flectant·

Explicit liber· Annei lucij Senece de clementia
ad Neronem· Deo gra ti as·

Incipit liber· Annei· Senece· lucij· de copia vborū

Quiſquis prudentiaȝ ſequi deſideras tūc p rōnem
recte uiues· ſi omnia pꝰ eſtimes ⁊ ppenſes· ut dignitatē
rebus nō ex opinione multoꝝ ſꝫ eaꝝ nātā ↄſtituas· Nā
ſūt que uident ee bona ⁊ ſūt· ⁊ ſūt que uident ee bo
na ⁊ nō ſūt· Quecūq̄ aūt ex rebus tranſitorijs poſſides nō mireris/ nec
magnū exiſtimes/ qd caducū ē· nec apud te q̄ habes tanq̄ aliena
ſeruabis· ſꝫ p te tanq̄ tua ⁊ diſpēſes ⁊ utaris· Si prudentiaȝ ample
cteris ubiq̄ idē eris ⁊ put reꝝ uarietas exigit ita te accomodes
tpī· Nec te i aliq̄bus mutes ſꝫ potiꝰ aptes· ſic ⁊ manꝰ que eadē
eſt ⁊ cū i palmū extēdit ⁊ cū in pugillū ↄtrahit· Prudentis ꝓpriū
examinare ↄſilia ⁊ nō facili credulitate ad falſa plabi· De dubi
is ne diffinias· ſꝫ ſuſpenſaȝ teneas ſentētiaȝ· Nichil affirmes· q̄ nō
omē qd uiriſimile ē ſtatī ⁊ uez ē· ſic ⁊ ſepiꝰ qd primū incredibile
uidebat nō ↄtinuo falſum ē· Si prudens ex p̄nti i futura pſpectu

intende que possit contingere aio tuo subita prepone Nichil tibi subi
tum sit. sed totum ante conspicias Prudens falli non vult. falli non
poterat Opiniones tue iudicia sint. cogitaciones vagas et similes
et velud sompnio similes non accipies Cogitatio tua stabilis sit
et certa. sive delibere. sive querat. sive contempletur non recedat a ve
ro Sermo tuus non sit inanis. sed aut suadeat aut moneat aut
consoletur aut precipiat Lauda parce. vitupera parcius. Similiter non minus
reprehensibilis est nimia laudacio quam immoderata vituperacio. Illa adulacione
illa malignitate suspecta est Testimonium veritati non amicicie reddas.
Cum consideracione promitte. plenius quam promiseris presta. Presentia
ordina. futura provide. preterita recordare. Qui nichil de futuro premeditatur
in omnia incautus incidit. Non semper in actu sis. sed aio tuo interdum requiem
dato et requies ipsa sit plena sapiencie studiis et cogitacionibus bonis
Prudens nunquam ocio marcescit. animum remissum habeat. nunquam solutum
Non te moveat dicentis auctoritas nec quis. sed quid dicat. inten
dito. nec quam multis sed qualibus placeas cogita Magnanimitas que et for
titudo si insit aio tuo. cum magna fiducia vives liber. intrepidus ala
cer. Si magnanimus fueris. nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. hone
stum vindicte genus est ignoscere Neminem susurro appetas. neminem suf
fodias Palam congredere nec geras conflictum nisi indixeris Nam fraudes
et doli imbecillem decent. Eris magnanimus si pericula nec appetas ut te
merarius. nec formides ut timidus Nam timidum non facit animum nisi vite
reprehensibilis conscientia Si diligis continenciam circumcide superflua et in
artum desideria constringe Considera quantum tibi natura poscat et non
quantum cupiditas expetat Si continens fueris eo usque pervenies ut te
ipso contentus sis Qui sibi satis est cum diviciis natus est Impone
concupiscentie frenum omniaque blandimenta que occulta ad voluptatem trahunt
reice Ede citra cruditatem bibe citra ebrietatem Observa ut
nec in convivio nec in qualibus vite convictu quos imitaberis dampnare
videaris Nec presentibus deliciis inhiabis nec desiderabis absentes
Victus sit tibi ex facili re nec ad voluptatem sed ad cibum accede
Palatum tuum fames excitet non sapores Desideria tua parvo redi
me quia hoc tantum curare debes ut desinant et corpore ad spiritum quantum potes
abducere Habita non amene sed salubriter Si res exigue sint non sit

tu anguste. Nec tua defleas nec aliena mireris. Turpia fugi-
to antequam accidat. nec quemquam alium verearis plus quam te. Omnia to-
lerabilia preter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abstineto quia
eorum licentia impudentiam nutrit. Sermones utiles magis quam fa-
cetos et affabiles ama. rectos quam obsequentes. Miscebis interdum io-
cos seriis sed temperatos et sine detrimento dignitatis ac verecundie.
Reprehensibilis risus est si immodicus si pueriliter effusus si muliebriter
fractus. Non erit tibi scurrilis risus sed grata urbanitas. Sales
sine dente sint. Ioci sine vilitate. risus sine cachinno. vox sine clamore
incessus sine tumultu. quies tibi non desidia erit. et cum aliis luditur
tu sancti aliquid honesti quod tractabis. Si continens es adulaciones evita
Sit tibi tam turpe laudari a turpibus quam si lauderis ob turpia. Le-
tior esto quotiens displices malis et malorum de te estimaciones malas
veram tui laudem ascribe. Non eris audax non arrogans. Summittes
te non proicies gravitate servata. admoneberis libenter. Reprehen-
deris patienter. Si merito obiurgavit aliquis scito quia profuit. Si im-
merito prodesse voluit. Non acerba sed blanda verba timebis. Esto
viciorum fugax ipse alienorum vero non curiosus scrutator nec acerbus reprehensor
sed sine exprobratione corrector. ita ut admonicionem tuam hilaritate precipias
et errori facile veniam dato. Nec extollas quemquam nec deicias. Dicen-
tium esto tacitus auditor. audiencium promptus receptor. requisitus facile
responde. Contendenti facile cede nec iurgia exercentes quia disiungas
Si continens es et animi tui et corporis motus observa ne indecori sint nec
ideo contemnas quia latet. Nam nichil differt si nemo videat cum ipse
videas illos alios. Mobilis esto non levis. constans non pertinax. Alicu-
ius te scientiam habere nec ignotum sit nec molestum. Omnes tibi pares fa-
cies si inferiores superbiendo non contemnas. superiores recte vivendo non
metuas. In reddenda officiositate neque negligens neque exactor
appareas. Cunctis esto benignus nemini blandus paucis fami-
liaris omnibus equus. Severior esto iudicio quam sermone. vita quam
vultu. ultor clemens sevicie detestator fame bone neque tue seminator
neque aliene invidus. Rumoribus criminibus suspicionibus minime cre-
dulus sed potius hiis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepunt
oppositissimus. ad iram tardus ad misericordiam pronus. In adversis

fiem⁹ in prosperis cautus et humilis · occultator virtutum sicut alii
viciorum · Uane glorie contemptor · bonorum quibus preditus es non
acerbus exactor · Nullius imprudenciam despicias · Rari sermonis
ipse sed loquencium paciens · Severus sed hilarem non aspernare
sapiencie cupidus ac docilis · Quod nosti sine arrogancia postulanti
impertias · Quod nescis sine occultacione ignorancie tibi postula im
partiri · Iusticia tacite nature convencio in adiutorium multorum inventa
Iusticia non nostra constitucio sed divina lex est et vinculum societatis humane
Quisquis ergo hanc sectari desideras time deum prius et ama ut a
meris a deo · Amabilis eris deo si in hoc eum imitaberis ut velis
omnibus prodesse nulli nocere · Iustus ut sis non solum non nocebis sed et
nocentes prohibebis · Nichil nocere non est iusticia sed calliditate ali
spectulare · Nichil tibi intersit an iures an affirmes · De religi
one et fide scias agi ubicumque de veritate tractatur · Si aliquando contin
git mendacio utere non ad falsi sed veri custodiam · Si in contingit
fidelitatem mendacio redimi non mencieris sed poterit excusabis · ubi
honesta causa est iustus secreta non prodit · Tacenda enim tacet loquenda
loquitur · Nec si studere curaveris letus et intrepidus cursus tui
finem expectabis · Prospera tristicia huius ylaris tumultuosa quoque
atque · Iusticia cum mediocritatis itinere regenda est · ne ductu in
giter levi · in mota semper ammiracione · negligencia subsequatur · dum neque
de magnis neque de minimis excitantium iuris corrigendis curam ge
ris sed licenciam peccandi · a illudentibus tibi prebe · primitus · aut illude
...bus tibi blande · nec cursus et asperitatis in te neminem reservas huma
ne societatis durus appareas · Ista ergo amabilis iusticie regula tene
da est · ut reverencia discipline eius · ne nimia discipline comunitate
desperta vilescat · nec severior auctoritate divinam gratiam humane a
mabilitatis amittat · Prudencia immoderata callidum facit · animum
suspiciosum attentum · semper aliquid timentem aliquid referentem · astucia ple
num versipellem · simplicitatis minorem contratorem culparum · et ut po
stremo uno comprehendam · a cunctis malus homo vocatur · Perfecta
prudencia nec obtusum hominem in se aliquando nec versutum · Magnanimitas
si se supra modum extollat · faciet virum minacem inflatum turbidum ·
inquietum · et in quascumque excellencias dictorum aut factorum neglecta
honestate festinum · qui momentis omnibus superbia subrigens et ut bestia

nias etiam quieta excitat. aliud ferit. aliud fugit. Mensura ma
gnanimitatis est nec timidum ex homine nec audacem. Temperancie
modus est ut nec voluptati deditus prodigus & luxuriosus appa
reas. nec avaricia tenacitate sordidus aut obscurus obsistas. Primum ar
gumentum compositae mentis existimo posse consistere & secum morari. Egri
animi est iactatio discurrere & locorum varietatibus inquietari. Nusquam est
qui ubique est. Certis ingeniis imitari & immorari oportet si velis aliquid
trahere quod in animo fideliter sedeat. Peregrinantes hospitia habent multa nul
las amicitias. Non prodest cibus nec corpori accedit qui statim sum
ptus emittitur. Nil enim equo sanitatem impedit quam remediorum crebra
mutatio. Non convalescit planta que sepe transfertur. Nichil tam v
tile est ut in transitu prosit. Fastidientis stomachi est multa degustare
que ubi varia et diversa sunt inquinant non alunt. Ex pluribus que
legis aliquid apprehende. aliquid quottidie adversus paupertatem aliquid
adversus mortem auxilii compara. Honesta res leta paupertas. Illa vero
non est leta semper. Non qui parum habeat pauper est sed qui plus cupit
pauper est. Non puto pauperem cui quantumcumque superest satis est. Malo ser
ves tua & bono tempore uti incipias. Sera parsimonia in fundo est. Ma
gne divitie sunt lege nature composite paupertates. Nudum latro transmittit
& in obsessa via pauperi pax est. Paupertas expedita est desideriis instan
tibus satisfacere. Parvo constat fames magno fastidium. Non potest
studium salutare fieri sine frugalitatis cura. Frugalitas pauper
tas voluntaria est. Si ad naturam vivis numquam eris pauper si ad opinio
nes numquam dives. Dubitabit aliquis ferre paupertatem ut animum a furori
bus liberet. Nature se sapiens accomodet. Multis parasse divi
tias non finis miseriarum fuit sed mutatio. Non est in rebus vicium
sed in animo. Quemadmodum nil refert utrum egrum in ligneo lecto an in
aureo colloces. quocumque illum transtuleris morbum secum transferet
Utrum eger animus in divitiis an in paupertate ponatur. non imperandum est
ut voluptatibus abstineat. Certissimum argumentum firmitatis ca
pit si blanda & luxuria trahentia nec it nec abducat. Licet
sine luxuria agere festum diem. Contentus esto minimo & vi
lissimo cibo. dura atque horrida veste. In ipsa securitate animus
preparet & contra iniurias fortune inter beneficia affirmet. Grabatus
tibi senectus sit & panis durus ac sordidus. hoc triduo & quatriduo fer

Interdum pluribus diebus ut non lusus sit sed experimentum. tunc intelliges
non opus esse fortuna. Hoc enim quod necessitati sat est exerceamus
ne imparatos fortuna deprehendat. Fiat nobis paupertas familiaris.
Non est iocunda res aqua et polenta. Nemo alius est deo dignus
quam qui opes contempsit. Redige te ad parva ex quibus cadere non pos-
sis. Multum est non corrumpi divitiarum contubernio. Magnus ille est qui in
divitiis pauper est. Nemo nascitur dives. Quisquis exit in lucem pane et
lacte contentus esse. Ita vive ut nichil tibi committas nisi quod committere etiam
inimico tuo possis. Sed quia interveniunt quedam que consuetudo fecit
ex archana cum amico tuo omnes curas tuas omnes cogitaciones misce.
Fideles si putaveris facies. Nam quidam fallere docuerunt dum
falli timent. Diu cogita an aliquis recipiendus sit in amiciciam. Cum pla-
cuerit tibi fieri toto illum pectore admitte. Tam audacter cum illo loq-
uere quam tecum. Si aliquem amicum existimas cui non tantundem credis quantum
tibi vehementer erras et non satis nosti vim vere amicicie. Omnia cum
amico tuo delibera sed de ipso prius. Post amiciciam credendum est ante ami-
ciciam iudicandum. Nulla verba coram amico meo retrahas. Quedam
sunt que etiam amicis committenda sunt. obvius narrant et in quaslibet aures
quicquid illos urit exonerant. Quidam etiam turpius karissimos conscientiam
reformidant. Utrumque enim vicium est et omnibus credere et nulli. Sic utrosque
reprehendas et eos qui inquieti sunt et eos qui semper quiescunt. Nam illa tu-
multu gaudens est non industria sed exagitate mentis concursatio. Hec non
est requies que motum omnem molestiam iudicat sed dissolucio et lan-
guor. Quidam adeo in latebras confugiunt ut putent in tenebris esse
quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt et quiescenti agendum est et a-
genti quiescendum. Cum rerum natura delibera, illa meditare cotidie ut
possis equo animo vitam relinquere. Nullum bonum adiuvat habentem
nisi ad cuius amissionem animus est paratus. Necesse est mors ut proveniat aut
transeat. Nullum magnum quod extremum est. Nulli potest secura vita
contingere qui de producenda nimis cogitat. Reparet vita nostra inter
bonos et publicos mores. Frons populo nostra conveniat. id agamus ut me-
liorem vitam sequamur quam vulgus non ut contrariam. Alioquin quos
emendare volumus fugamus a nobis et avertimus a nobis. Illud quoque
efficimus ut nichil imitari velint nostri dum timemus ne imitanda sint
omnia. Propositum nostrum est secundum naturam vivere. Hu

suspiciant omnes vitam nostram sed magis agnoscant. Plurimum ex nos
sciat qui inspexerit propius. Qui in domum intraverit nos potius mi-
retur quam supellectilem. Magnus ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum
argento. Nec minor ille est qui sic auro utitur quemadmodum testa.
Infirmi animi est posse pati divitias. Contra naturam est torquere corpus
suum et facile odisse munditiam divitias et squalorem appetere et cibis non
tantum vilibus uti sed tetris et horridis. Nullius boni sine socio iocunda
possessio. Aliquid gaudeo scire ut doceam. Multos tibi dabo qui
non amico sed amicicia caruerunt. Multa bona nostra nobis nocent. Adhuc
in nobis est puericia non sed gravius puerilitas remanet. Et hoc quidem
peius quod auctoritatem senum habemus vicia puerorum. Spem metus sequitur.
Providentia maximum bonum humane condicionis in malum versa est. Nos et ve-
nturo torquemur et preterito. Timoris enim tormentum memoria reducit, providen-
tia anticipat. Multum proficit qui sibi amicus est. Numquam erit solus. Scito
hunc esse amicum omnibus. Ita sapiens se contentus est non ut velit
esse sine amico sed ut possit amissum equo animo ferre. Sine amico numquam
erit. Substituet in loco alium amissi. Ego tibi monstrabo amatorium
sine herba sine medicamento. Si vis amari ama. Iocundius est ami-
cum facere quam habere. Qui se spectat et propter hoc ad amiciciam venit male
cogitat. Quemadmodum cepit ita desinet. Comparatus utilitatis causa assumptus
est tamdiu placebit quamdiu utilis fuerit. Necesse est initia inter
se et exitus congruant. Cum amicus esse cepit quod expedit placebit
aliquod precium contra amiciciam post ipsum amicum. Paro ut habeam pro
quo possim mori. Ait quidem Chrisippus sapientem nulla re egere et tamen
multis illi rebus opus esse. Contra stulto nulla opus esse nulla re enim uti
scit sed omnibus eget. Sapienti et manibus et oculis ad quottidianum usum
necessariis opus est, eget nulla re. Egere enim necessitatis est. Nichil autem necesse
est sapienti. Quamvis ipse se contentus sit amicis illi opus est. Hos
cupit habere quamplurimos non ut beate vivat. Vivet et sine amicis beate.
Inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquod vicium nobis com-
mendat aut imprimit nescientibus. Utique quo maior est populus cui
miscetur hoc periculi plus est. Nichil vero tam damnosum bonis mo-
ribus quam in aliquo spectaculo residere. In spectaculis non enim pugnantium
mors est. Subducendus est populo tener animus et parum tenax

recti. unum exemplum luxurie aliud avaritie. Animus divitis cupidi-
tatem irritat. Recedat a te quantum potes. Cum hijs versare qui
te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere me-
liores. Fuge multitudinem fuge paucitatem. fuge etiam unum. Unus
michi pro populo et populus pro uno. Satis michi sunt pauci. satis est michi unus. satis
est michi nullus. Hec non multis sed tibi. Satis magnum alter alteri thea-
trum sumus. Cuius populo placere potest. cui non placet virtus. Malis
artibus redimitur favor vulgi. Numquam placere volui populo. Nam que ei vulgus
novit ego nescio. quod ego scio vulgus ignorat. Sapientie ser-
vias oportet ut tibi contingat vera libertas. Philozophie servire
libertas est. Non sapienti sua non placent. Omnis stulticia laborat
fastidio sui. Omnes habere amicos oppositum est. Satis inimicos non habere.
Sapiens numquam iram provocabit potentum ymo nec declinabit. Non
minus contemni quam suspici nocet. Fere eloquentia et quecumque alia populum mo-
vet adversarios habeat. Consilium rectum omnium sapiens non exitum expe-
ctat. Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget. Stulta
est et inconveniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilatandi
cervicem ac latera firmandi bibere et sudare vita cardiaci est. Quicquid
facies cito a corpore ad animum redi. Illud excole. illud exornat labore
modico alitur ille. Id bonum cura quod vetustate fit melius. Non te iubeo
imminere libro aut pugillaribus. dandum est aliquod intervallum animo. non
ut resolvatur sed ut remittatur. Stulta vita est turbida. tota in futurum
fertur. Scito neminem posse beate vivere. nec tolerabiliter quidem sine sapientie
studio. Perseverandum est et assidue laborandum donec mens sit quod bona
voluntas est. Sapientia animum format et fabricat vitam disponit actiones
regit agenda et omittenda demonstrat. Sapientia nos tueri debet.
hec docebit ut deum sequamur. hoc exigit philozophia ut ad legem suam
quisque vivat. ne orationi dissentiat vita. ut ipsa intra se vita unius
omnium actionum sit color. est difficile hoc. Non ego hec dico sapientem uno sem-
per iturum gradu sed una via. Unam sibi ad quam vivas regulam apprehende
et ad hanc vitam omnem exequere. Tunc scito te omnibus cupiditatibus ex-
solutum cum eo perveneris ut nichil deum roges nisi quod rogare possis. Sic
vive cum hominibus tamquam deus videat. Sic loquere cum deo tamquam ho-
mines audiant. Sic fac omnia tamquam spectet Epycurus. tamquam spectet Epycurus

Nulla sapientia naturalia animi et corporis vicia ponuntur. Quicquid insitum
et ingenitum est leniunt arte non vincuntur. Quibusdam constantissimis et
in conspectu populi sudorem erumpit quam fatigatis et estuantibus solet. Quibusdam
tremunt genua dicturis. quorundam dentes colliduntur. lingua titubat
labra concurrunt. Hec disciplina nec usus umquam excutit. Sed natura vim suam
exercet. Verecundia in iuvenibus magis apparet quibus plus caloris
est et tenera frons inveteratos et veteranos tangit. Quidam numquam ma-
gis quam cum erubuerint timendi sunt quasi omnem verecundiam effundunt. Ut
quidam boni sanguinis sunt. ita quidam incitati et mobiles cito in hos
prodeuntes. Hec nulla sapientia ambigit. Non prohibet nec abducat. Aliquis
vir bonus eligendus est nobis ac semper ante oculos habendus ut sic tamquam
illo spectante vivamus et omnia tamquam illo vidente faciamus. Maxima pars
peccatorum si testis assistit vitatur. Aliquem habeat animus quem vereatur cuius aucto-
ritate secretum suum secretius faciat. O felicem qui sic aliquem vereri
potest ut ad memoriam eius se componat atque ordinet. Qui sic aliquem
vereri potest cito erit verendus. Elige eum cuius tibi placuit vita
et oratio. plus tibi et viva vox et convictus quam prodest oratio. Illum tibi o-
stende vel custodem vel exemplum. Opus aliquod elige ad quod maiorem
vim se erigat. Felix est qui cogitatus emendat. Nisi ad regulam prava non
corriges. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse. que si
aliter evelli non possunt ipsum cor evellendum erit. Molestum est iniquus
mortem ante oculos habere. Morte nil certius hora mortis nil incertius.
Primum istam etatem iuvenem quam senem ante oculos deus ex. Plura sunt que nos te-
rrent quam que premunt. Illud precipio tibi ne sis miser ante tempus. Nam illa
que velud imminentia expavisti numquam fortasse ventura sunt. Primum
respice an certa argumenta sint ventura mali. plerumque suspicionibus la-
boramus et illud nobis illa que solet conficere bellum fama. Nescio quomodo
magis vana perturbant. Vera enim modum suum habeant. Verisimile est
aliquid futurum mali non statim verum est. Nam multa non expectata venerunt
quam multa expectata numquam comparuerunt. Nihil iuvat dolori occurrere
suo. Quosdam ruina mollius deposuit. Hec ex mala fortuna levitate.
Satis cito cum initium venit tibi inchoare penitere. Stultitia semper incipit
vivere. Quid est tam turpius quam senex incipiens vivere. Malum

Et in necessitate viuere. Sed in necessitate viuere nulla necessitas est. Patent
undique ad libertatem uie multe breues faciles. Agamus deo gratias quod
nemo in uita teneri potest. Calcare necessitates ipsa licet. Que magis tor-
quent quam debent. Quedam torquent que debent. quedam torquent que
omnino non debent. Aut agimus dolorem aut fugimus aut preparamus. Immo-
dicata ira gignit insaniam. Ingentis ire exitus furor est. et ideo ira vi-
tanda est non moderationis causa sed sanitatis. Satis multa que sparsimus
incipiamus vasa colligere. In freto uiximus moriamur in portu. In-
certum est quo te loco mors expectat. tu eam omni loco expecta. Qui mori
didicit. seruire dedidicit. Una est cathena que nos ligatos tenet. amor
uite. Animum debes mutare non celum. Res bona nec commodatur nec
emitur. et puto si uenalis esset non haberet emptorem. At mala cotidie
emuntur. Quid tantis iuuare nouitas potest. bene viuere omni loco posi-
tum est. Non certum statuens non aut tibi ullus locus placebit. Pa-
tria mea totus hic mundus est. Numquam satis contra te facis et motu
ipso noces tibi. Magis quis ueneris quam quo in te est. cui illi animum ad
parare debemus. propter ea mentes tam in ipsas quam in alte situatos cadet. Ante circu-
spiciendum est cum quibus edas et bibas quam quid edas et bibas. Sine a-
mico uisceratio leonis ac lupi uita est. Errat qui amicum in atrio que-
rit in conuiuio probat. Multum habet mali malum occupatus homo et bonis
suis obsessus quam quamvis amicos esse putat quibus non est. Singula inquit
superiora tangens notiorem te esse mox faciunt quam omnia ista que
colis. Si uis te dimittere facere non peteris adherendo sed cupiditatibus est
detrahendum. Si sapiens es intelligere te educendum ex istis occupationibus
speciosis et malignis. Nemo tamen timendus est ut mallet semper pendere quam
semel cadere. Contentus esto negociis in que descendisti. Turpe est
honera cedere et reluctari cum officio quod semel recepisti. Non est uir fortis
et strenuus qui fugit laborem. Tumultuosam uitam sapiens feret non e-
liget. et mallet in pace esse quam in pugna. Non multum prodest uitia
sua proiecisse. si cum aliquis rixandum est. Ante omnia memento demere rebus
tumultum ac uidere quam in quantumcumque re sit. Ipse voluptates in tormenta uertuntur. Turpe
est aliud loqui aliud assentire. Quotidie morimur. quotidie demitur ali-
qua pars uite. Ridiculum est currere ad mortem tedio uite. Vir fortis ac
sapiens fugere non debet nec eiurare sed exire. Incommodum summum est minimi et

deperire. Quidaz etiaz vicijs gloriantur. Paucos seruitus plures ser-
uitutez tenent. Peiores morimur q(uam) nascimur. Nemo non ita exit de
vita tanq(uam) modo intrauit. Nemo quicq(uam) h(abe)t facti sed in futurum vita distulit.
Nemo aut(em) sanitatis curat. Nemo q(uam) bene viuat s(ed) q(uam) diu curat. P
caput sapientiaz si q(ui)s tam securus moritur q(uam) nascitur. Ad summaz puerit(er) q(ui)
sit q(ui) gaudeat. Hoc an(te) om(n)ia fac disce gaudere. Tu enim iudicas gau
dere qui ridet. Animus d(ebet) esse alacer et fidens et sup(er) om(n)ia erectus. Verum
gaudium res vera e(st). Qui felicitatem suaz in aliena potestate posuit sollici-
tus sui est et maritus. Despice et conculca ista q(ue) extrinsecus splendent. Viri bo
ni auditas tua e(st). Pauci sunt q(ui) se suaq(ue) consilio disponant. Molestum est
semp(er) vita incipere. Male viuit qui semp(er) viuere incipit. Quidaz an(te) viuere
desierunt q(uam) inciperent. Non amo amicum n(isi) offendendo. Malo successum m(ihi)
q(uam) fidez deesse. Alterius vicia emendanda, alterius frangenda s(unt). Video alios
int(er) flagella ridere alios gemere sub colapho. Summa ars est certum tem
perat. eligat presentiores. Ab hijs quos desperauit recedat, non t(ame)n cito relinquat
et in ipsa desperatione extrema temptet. Grauius affectus sanitatis loco e(st) bona
remissio. Nec desperaueris etiaz diuturnos egros posse sanari. Et te
petitum saciaris si multa tenuis face cogeris et pani panem et aquam
natura desiderat. Ad h(ec) nemo pauper est. Nemo e(st) cui non satis sit
in aliquo esse q(uod) sciat. Tunc p(re)cipue in te secede cum esse cogeris in turba.
Liberalia alloquia et eruditus sermo non ostendunt virtutem robur animi
est oratio et timidissimis audax. Quid ergo tue appetit cura
age. Compone mores tuos. Attolle animuz contra aduersa formidata re-
siste. Multo ad te magis p(er)tinet qualis tibi q(uam) qualis alijs vide-
aris. Circumspiciendum e(st) quo eas. Magnus gubernator et scisso ve-
lo nauigat. Nichil habet quod speret quem senectus ducit ad mortem.
Mors adeo ex omni malo est ut sit extra omnium malorum metum.
Puto fortiorem esse q(ui) in ipsa morte e(st) q(uam) qui circa mortem. Mors ei amo
ta et spiritus animi dedit non vitare inevitabilia. Viuere noluit q(ui) mori
non vult. Mors necessitatem h(abe)t equam et inuictam. Venit aliquis ad mortem
s(ed) venturus morti. Venientem nemo placatus excipit n(isi) qui se ad illaz
composuerat. Non timemus mortem s(ed) cogitationem mortis. Suadeo te a
matissimis tuis p(re)sta bono animo mala parum. Primum bonum e(st) q(uo)d libere

vite et causa et firmamentum est sibi fidere Fieri non potest ut una illa
res modo mala sit modo bona modo levis et perferenda modo expavescen-
da labor bonum est Generosos animos labor nutrit. facit ipse felicem
fatuus autem si intellexeris bona esse quibus iuncta virtus est turpia quibus
malicia iuncta est. Quid est bonum. Rerum sciencia. Quid est malum.
Rerum imperitia. Honesta et turpia virtutis et malicie societas efficit.
Perfecta virtus est equalitas ac tenor vite per omnia consonans sibi. Nemo
novit deum. Multi de deo male malo existimant et impune. Non sumus
sub rege. vivus quisque se vindicat. Sic vive tamquam quid facias audi-
turus sis. Hoc est salutare non conversari cum dissimilibus et diversa cupien-
tibus. Perduc te tutum et considera quod pulchra res sit consummare vitam
ante mortem deinde expectare securum reliquam partem. Mirum est aliquid fortiter
dicta ab homine mollitiem professo. Viros captare flosculos turpe est et
fulcire se notissimis et paucissimis vocibus. Turpe est senem ex commentario
sapere. Patet omnibus veritas nondum occupata. Pars magna bonitatis
velle fieri bonum. Non est huius animus in recto cuius acta discordant.
Nunc amas me amicus non es. Quia amicus est amat. Qui amat non utique
amicus est. Itaque amicicia semper prodest. amor aliquando et nocet. Nam insi
turpe esse. amor turpium conciliari non potest. Venit ad nos ex his quos ama-
mus et absentibus gaudium sed id leve et evanidum. Conspectus autem et pre-
sentia et conversatio habet aliquid vive voluptatis. Observa an eadem
velis hodie que heri. Istos magno opere contemne qui te obiurgant
quod umbram pacis et otium. Res inquieta felicitas. Qui nichil agere
videntur maiora agunt. Si vis omnia tibi subicere te subice rationi.
Multos reges si ratio te rexerit. Habet hoc in se optimum generosus ani-
mus quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia
delectant et sordida. Magni animi est magna contemnere ac mediocria
malle quam nimia. Necesse est immensum exeat cupiditas quod naturalem
transilit. Inania et ex libidine orta sine termino sunt. Quidam volupta-
tibus se mergunt quibus in consuetudinem ductis carere non possunt et hic miserrimi
sunt quod eo pervenerunt ut que supervacua fuerant necessaria facta sint.
Tunc est consummata infelicitas ubi turpia non solum delectant sed et pla-
cent. et desinit esse remedio locus ubi que vicia fuerant mores sunt.
Initium est salutis notitia peccati. Nam qui peccare se nescit corrige-

non volt

non vult Deprehendas te oportet antequam emendes. Quantum po-
tes teipsum argue et inquire. In te accusatoris primum partibus fungere
deinde iudicis novissime deprecatoris. Aliquando te offende. Malo adolescentem
tristem quam hilarem et amabilem turbe. Iuvenem paratum semper. Utendum est
Meditandum est adversus omnia tela quae adversus est hostium genus hoc fiat
morte extremum. Nemo discit ut si necesse fuerit equo animo in rosa iaceat sed
in hoc induratur in tormentis ne sit mutat fidem. Mors nullum habet incommodum
Mors quam timemus et accusamus intercipit vitam non eripit. Veniet iterum
qui nos in lucem reponat dies. Equo animo debet exiturus exire. Effu-
gere non potes necessitatem. Hic una et hanc tibi dabit philosophia.
Ad hanc confer si vis salvus esse. si securus. si beatus. Humilis res
est stulticia abiecta sordida servilis. Nichil ordinatum quod precipitatur
aut properat. Inhibenda est luxuria corripienda est avaricia. Quid hos rapit
potest fieri. Rarus medicus egros in transitu curat. Recte facies si
non videris istos. Quomodo tibi dicat et quemadmodum queras. Sicut sapienti
viro incessus modestior convenit. ita oratio pressa non audax. Tardiloquum
te esse iubeo. Prope est a te deus. bonus vir sine deo nemo est. Quid est
stultius quam in homine aliena laudare. Quid eo dementius qui ea miratur
que ad alium protinus transferri possunt. Nemo gloriari nisi de suo debet.
In vicem alter alterum trudimus. Non est minimum ex [illegible] magna generari
Nulla maior pena nequicie est quam quod sibi et suis displicet. Gratuita
nobis videntur que carissime constant. Circumspice ista que nostram insaniam
agunt. Qui in se habet nichil perdidit. Quicquid inter omnia eminet magnum
est. Tunc felicem te esse iudica cum poteris in publico vivere. Vix quemquam
invenies qui possit aperto hostio vivere. Ianitores conscientia nostra non super-
bia opposuit. Sic vivamus ut deprehendi sit subito aspici. Bona con-
sciencia turbam advocat. mala et in solitudine anxia et sollicita est.
Si honesta sunt que facis omnes sciant. Si turpia quid refert neminem
scire cum tu scias. O te miserum si contempnis hunc testem. Bona mens
omnibus patet. omnes ad hoc nobiles sumus. Non reicit quemquam philosophia
nec eligit. omnibus lucet. patricius Socrates non fuit. Platonem non
accepit nobilem philosophia sed fecit. Plato. Ut neminem regem non
ex servis oriundum esse. neminem non servum ex regibus. Cuius est generosum
ad virtutem bene natum compositum. Non facit nobilem atrium plenum
at [illegible]

fumosum ymaginibus. Nemo non vixit gloriam. nec quod ante nos fuit
nostrum est. Animus facit nobiles cui ex qualicumque conditione supra se
surgere licet. Potes hoc consequi ut solus liber sis inter ingenuos.
Tota illo mente pergendum est ubi pudeat te nec res nos nec verba
deficiant. Nemo unquam nisi dum disputat captus est. Pugnat nota
nostra cum notis consilia cum consiliis. Adulatio que similis est amicicie
non tantum illam sed vincit et preterit. Eo ipso gratiores facit quo ledit. Vicia nobis
sub virtutum nomine subrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Mo
deratio vocatur ignavia. pro cauto timidus accipitur. In hiis magno periculo
erramus. Non statim bonum est si quod necessarium est. Nullus ei vitam
spectat in crastinum. Vive cum servo tuo clementer. comiter quoque et in ser
mone illum admitte et in consilium et in convictum. Servus quibus coram dominis loqui
non licet de dominis loquuntur. Servi fideles pati se pro dominis porrigere cervicem
periculum imminens in caput suum vertere. Arrogantie proverbium iactatur
totidem hostes esse quot servos. Non habemus illos hostes sed facimus.
Stultissimus est qui hominem ex veste aut ex condicione que modo ex vestibus circum
data est estimat. Servus est sed fortasse liber animo. Servus est. hoc illi
nocebit. Ostende quis non sit. alius libidini servit alius avaricie servit
alius ambitioni omnes timori. Nulla servitus turpior quam voluntaria.
Colerent te potius servi tui quam timeant. Qui colitur et amatur. non potest
amor cum timore misceri. Rectissime te facere iudico quod non vis timeri
a servis tuis. Quod verborum castigatione uteris verberibus muta admonentur.
Non quicquid nos offendit et ledit sed et ad rabiem cogunt pueriles delicie
ut quicquid non ex voluntate respondit iram evocet. Regum nobis indu
imus animos. Querendo quidam accipere iniuriam ut facerent. Multos
splendidissime natos senatorium per miliciam auspicatos gradum fortuna
depressit. Alium ex illis pastorem alium custodem case fecit. Sibi quisque
dat mores ministeria casus assignat. Non amicos in foro et in curia
queras. Si diligenter attendis et domi invenies. Hoc habet inter cetera
boni mores placent permanent sibi. Vicium bonum naturam non credo facit
levis est malicia sepe mutatur non in melius sed in aliud. Infelix qui hunc
cuiusvis rei servit ut alicui deesset fecit. Sunt iste istos per tempore cupere de
plorat. Et de eadem fuga loquuntur quibus carere non possunt. Quedam tempora
eripiuntur nobis quedam subducuntur. quedam effluunt. Magna pars
vite elabitur male agentibus. magna nichil agentibus. Tota vita

aliud agentibus. Quicquid etatis retro est mors tenet. Dum differtur
vita transcurrit. Turpissima iactura est que per negligentiam fit. Si vi-
vimus qui bonos viros dicat qui prudentes qui sanctos agnoscimus.
Non sumus modica laudatione contenti. Quicquid in nos adulatio sine
pudore congessit tamquam debitum prendimus. Optimos nos esse et sapien-
tissimos affirmantibus assentimus cum sciamus illos sepe mentiri. Adeo
que indulgemus nobis ut laudari velimus. Taurus paucissimorum pascuo
impletur. Una silva elephantibus pluribus sufficit. Homo et terra pascitur et
mari. Quid ergo tam insatiabilem nobis natura alvum dedit cum tam modica corpora dedisset
ut vastissimorum edacissimorumque animalium edacitatem vinceremus. Nec sicci
sint oculi amisso amico nec fluant. Lacrimandum non plorandum. Id agamus
ut iocunda fiat nobis amissorum recordatio. Nemo libenter ad id redit
quod sine tormento cogitaturus est. Michi amicorum defunctorum recordatio dulcis
ac blanda est. Habui enim illa tamquam amissurus. Amisi tamquam habeam. Fe-
rentes at illos qui negligentissime cum amicos haberent miserrime lugent
nec amant quemquam nisi perdiderint. Ideoque tunc effusius merent quia verentur
ne dubium sit an amaverint. Sera indicia affectus sui querunt. Turpissimum
autem est in homine prudente remedium mororis lassitudo merendi. Malo relin-
quas dolorem quam ab illo relinquaris et quam primum id facere desiste quod etiam
si voles diu facere non poteris. Potest ex casa parva vir magnus exire.
Potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus et magnus.
Nichil est divino divinius, nichil est celesti celestius. Crescere enim posse
imperfecte rei signum est. Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, ex-
hauriuntur, implentur. Itaque illis certa incerta sorte inequalitas est. Divinorum
una natura est. Quid tu non putas parem esse virtutem eius qui fortiter ho-
stium menia expugnat et eius qui patientissime sustinet. Virtutem materia non mu-
tat nec peiorem facit dura ac difficilis nec meliorem hilaris et leta.
Multa aperta transeunt, condita et obstrusa rimantur. Fures effractiones sigilla
sollicitant. Vile videtur quicquid patet. Aperta effractarius preterit. Hos
mores habet populus. Hos quisque imperitissimus in secreta irrumpit. Non est
quod existimes ullam etatem aptiorem esse ad bonam mentem quam que se multis
experimentis longa ac frequenti rerum penitentia domuit, que ad saluta-
ria mitigatis affectibus venit. Hoc est huius boni tempus. Quisquis senex
ad sapientiam pervenit annis pervenit. Mutare te loca et de alio in aliud

al. et in alium de alio

transire nolo. primum quia tam frequens migratio instabilis animi est. coalescere
otio non potest nisi desinit circumspicere et errare. Ut ergo animum possis continere
primum corporis tui fugam siste. Evitanda est omnis amoenitas dilecti
corporis. Nichil enim facilius quam amor recrudescit. Itaque qui deponere
vult desideria rerum omnium quarum cupiditate flagravit oculos et aures
ab hiis que reliquit avertat. cito rebellat affectus. Nec essentia toto
seculo potest. ut inita tam longa licentia tumida subiugantur et iugum
accipiant. nec dum si tam breve tempus distendimus intervallo magis cum perfe-
ctum perdidit vigilia et intentio. Stultitia est timore mortis mori. Venit
qui occidat expecta quid occupas. Sumat suspiciis aliene cupiditatis
privatior. Utrum invidens carnifici tuo an parcens. Vidisti aliquando
canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem. quicquid
excipit protinus integrum devorat et semper ad spem venturi hyat. Idem e-
venit nobis expectationibus quicquid fortuna dicit id sine ulla voluptate
dimittimus. statim ad rapinam alterius erecti et attenti. Quisquis de accipi-
endo cogitat oblitus est accepti. Nec ullum habet cupiditas maius malum
quam quod ingrata est. Omnes eius mala aliena ac repetitura sollicitat. Que-
admodum mane somnum fundit territat. ita nos non tantum ad ictum exiguntur
sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam tutus esse qui huic se opposito cre-
didit. non enim beatum est nisi quod intrepidum. Inter suspecta male
vivit. Nullus contra fortunam inexpugnabilis murus est. Intus instituamus
Illa pars tuta est. pulsari homo potest non potest capi. placeat ergo homini quod
deo placuit. Ob hoc se ipsum suaque miretur qui non potest vinci quia mala sub
se ipsa tenet. quam rationem qua valentius nichil est casum dolorem et iniuriam
subiugit. ama rationem. te amor eius durissima armabit. Catulorum a-
mor feras in venabulum impingit quas feritas et inconsultus impe-
tus prestat indomitas. Iuvenalia non numquam ingenia cupido glorie in contem-
ptum tam ferri quam ignium sit. Species quosdam atque umbra virtutis
in voluptatem tradit. Quanto hiis omnibus eo fortior est quo con-
stantior est tanto vehementius per metus et pericula exibit. Quid autem demen-
tius quam angi futuris. nec se tormento reservare et accersere sibi miseri-
as et admovere quas optimum est differre si discutere non posse. Hec est
proposita nostri summa quod sentimus loquamur. quod loquimur sentiamus. Concordet
sermo cum vita. Ille promissum suum implevit quod videat et cum audiat idem.

est · videbimus quantum sit qualis sit unde sit · Non delectent verba nostra sed prosint · Nemo sit extra periculum malicie nisi qui totam eam extraxerit · nisi qui pro illa sapientiam sumit · Nulli sapientia casu accidit · pecunia veniet ultro honor afferetur · Gratia et dignitas fortasse ingerentur tibi · Virtus in te non incidit · nec levi quidem opera aut paruo labore cognoscitur · Si quis hec omnia habeat valitudinem divicias · imagines multas · frequens atrium sed malus ex confesso sit · improbabis illum · Iterum si quis aliquid horum que retuli habeat · deficiat pecunia · clientum turba · nobilitate avorum et proavorum serie sed ex confesso sit bonus probabis illum · Navis bona dicitur non que preciosis coloribus depicta est · nec cui argenteum aut aureum rostrum · nec cuius tutela ebore celata est · nec que fiscis atque opibus regiis pressa est sed stabilis et firma et iuncturis aquam excludentibus spissa ad ferendum incursum maris solida · gubernaculo parens · velox et non sentiens ventum · Sic in homine nichil ad rem pertinet quantum arat · quantum fenerat · a quam multis salutetur · quam precioso incubat lecto quam pellucido poculo bibat sed quam bonus sit · bonus autem est si ratio sit explicita et recta et ad nature sue voluntatem accommodata · hec vocatur virtus hoc est honestum et unicum hominis bonum · Unus dies hominum eruditorum plus patet quam imperiti longissima etas · Iterum hoc tene hoc morde · adversis non succumbere · letis non credere · omnem fortune licentiam in oculis habere · tamquam quidquid potest facere factura sit · quidquid expectatum est diu levius accedit · Abstrahunt a recto divicie honores potentie et cetera que opinione nostra cara sunt precio suo vilia · Nichil habent ista mancipia quo mentes nostras turbat preter hoc quod mirari illa consuevimus · Non enim quia concupiscenda laudantur sed concupiscuntur quia laudata sunt · Et cum singulorum errorem facit publicum · Philosophie circumdandus est inexpugnabilis murus quem fortuna multis machinis lacessitum transit · Insuperabili loco stat animus qui externa sua deseruit et arce sua se vindicavit illum infra omne telum cadit · Non habet fortuna ut putamus longas manus · Neminem occupat nisi herentem sibi · Ita quantum possumus ab illa resiliamus · Quid prodest ab homine aliquid esse secretum · nichil deo clausum est · Interest animis et cogitationibus nostris mediis intervenit · Sic intervenit dico non tamquam aliquando discedat · Non est animus in sua potestate ebrietate devinctus · Non vi possedit animum insania vini · Nunc quidquid latebat exit · Quemadmodum

dolia rumpuntur et omne quod in imo iacet in summam partem vis calo-
ris eiectat sic vino estuante quicquid in imo iacet abditum effertur et prodit
in medium. Onerati non continent cibum quemadmodum vino redundante. Ita
mero secretum quidem quod suum alienumque pariter effundunt. Alit lectio inge-
nium studio fatigatum non sine studio tamen reficiat. Nec scribere tantum nec legere
debemus. Alteram res contristabit vires exhauriet de stilo dico. Alteram solvet
ac diluet. Invicem hoc et illo commeandum est et alterum altero temperandum, ut
lectione quicquid collectum est stilus redigat in corpus. Apes autem imitari
debemus que vagantur et flores ad mel faciendum ydoneos carpunt. Deinde
quicquid attulere disponunt ac per favos digerunt. Et ut Virgilius noster ait
liquentia mella stipant et dulci distendunt nectare cellas. Has ergo imitari
debemus et quecumque ex lectione diversissima separare. Melius enim distincta
servantur. Deinde adhibita ingenii nostri facultate in unum saporem varia illa
libamenta diffundere ut etiam si apparuerit unde sumptum sit aliud tamen esse
quam unde sumptum est appareat. Non plus prodest quam medicorum turba quod
possis unius magnam molestiam habet pecunie cupiditatem si modicam habet ambi-
tionem si non concitatam habet iracundiam si placabilem habet inconstantiam si minus
vagam ac mobilem habet libidinem si non insanam. Melius ac cum illo agitur
qui unum vitium integrum habet quam cum eo qui leniora quidem sed omnia. Numquam
immensa servat modum quamvis levia. Vitia morborum serpunt. Tetra cor-
pora minima interdum mergit accessio. Tigres leonesque numquam feritatem ex-
uunt aliquando summittunt et cum minime expectaveris exasperatur torvitas miti-
gata. Non recipiunt animalia temperamentum. Facilius sustuleris illa quam re-
xeris. Numquam bona fide vitia mansuescunt. Leonibus magister manum
insent. Osculatur tigrim suus custos. Elephantum minimus ethiops iubet
subsidere in genua et ambulare per funem. Sic sapiens artifex est domandi
mala. Dolor egestas ignominia carcer exilium ubique horrenda ad hunc
pervenere mansueta sunt. Chelidon ex Cleopatre mollibus patrimonium
grande possedit tam improbe lingue quam impure. In cuius ore femine purgabantur
multorum heres fuit et multos habuit heredes. Quid ergo nescio utrum illum
pecunia impurum efficit an ipse pecuniam inquinavit que sic in quosdam homines
quomodo denarius in cloacam cadet. Qualia quisque habet talis est [illegible]
tanti est quantum habet. Erratis quid qui incommoda divitiis imputatis. Ille ne-
minem ledit aut sua nocet cuique stultitia aut aliena nequitia. Quemadmodum

gladius qui neminem cecidit occidentis est telum. Non ergo divicie tibi no-
cent sed propter divicias tibi nocet. Non quod ipse faciant aliquid sed quia facturos
irritant. Grammaticus circa curam sermonis versatur et si latius evagari
vult circa hystorias iam ut longissime fines suos proferat circa carmina.
Quid horum ad virtutis viam sternit. Sillabarum enarratio et verborum diligencia
et memoria fabularum et versuum lex ac modificacio. Quid ex hiis metum de-
mit cupiditatem eximit libidinem frenat. Non discere debemus ista sed didicisse.
Musica doces me quomodo acute inter se ac graves consonent quomodo nervorum
disparium fiat concordia. Fac pocius quomodo animus meus secum consonet nec
consilia mea discrepent. Geometria docet quomodo metiar quantum homini satis est. Quid
michi prodest agellum scire in partes dividere si nescio cum fratre dividere. O egre-
giam artem scis rotunda metiri in quadratum redigis quamcumque acceperis formam
michi est quod mensuram tuam non excedat. Si artifex es metire hominis animum. Dic
quam magnus sit dic quam pusillus sit. Sed iste hec non illa docet aliud non virtute.
Quid enim prodest equum regere et cursum eius freno temperare affectibus effre-
natissimis abstrahi. Quid ergo nichil conferunt nobis liberalia studia ad aliud multum
ad virtutem nichil est. Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus. Non quia
virtutem dare possunt sed quia animum ad recipiendam virtutem preparant. Non putas eum
qui occupatus est supervacua litterarum supellectile plus scire velle quam sit satis.
Nempe intemperantie genus est. Quis itaque contentus fuit. Alius leviter rogari alius
semel fecit. abduxit multum animi occupatores simulavit longis sermonibus
et industria non invenientibus exitum occasionem petendi abstulit. Et variis artibus
multitudines properantes elusit in angusto compressus alius distulit alius timide negavit
alius promisit sed difficulter sed subductis superciliis sed malignis et vix exeuntibus
verbis. Nemo autem libenter debet quod non accepit sed expressit. Gratus adversus
eum quisquam esse potest qui beneficium aut superbe abiecit aut iratus impegit aut fatigatus
ut molestia careret dedit. Sibi quisque debet quod a nolente suscepit. Nemo
beneficia in kalendario scribit. Nunquam beneficia vir bonus cogitat nisi admo-
nitus a reddente. Alioquin in formam crediti transeunt. Alium re alium fide a-
lium consilio alium preceptis salutaribus adiuva. Officia etiam fere sentiunt
nec ullum tam mansuetum animal est quod non cura tua mitiget et in amorem tuum ver-
tat. Imperiti id quod oculis occurrit et quod traditur possidetur quod solum notant.
Beneficium et amisso eo quod datum est durat. Est enim recte factum quod irritum
nulla vis efficit. Quid hic corona pro se preciosum. Quid plecta. Quid fasces


Quid tribunal et curulis vel hec honor est sed honoris insigne. Non
beneficium est id quod sub oculos venit sed beneficii vestigium et nota. Mul
to gratius venit quod facile quam quod plena datur manu. Exiguum est
quod in me contulit sed amplius non potuit. Quod hic qui dedit magnum est
sed dubitavit sed distulit sed cum daret gemuit sed superbe dedit sed cir
cumtulit et placere ei cui prestabat noluit. ambitioni dedit non michi.
Non tulit gratis qui cum rogasset accepit. Nulla res carius constat quam
que precibus empta est. Molestum verbum est et onerosum et dimisso vultu di
cendum: rogo. Perdidit licet beneficium sero dedit qui roganti dedit. Illud
non beneficium iocundum est invitum in animo quod ob iram venit. Ex quo re a
nimo quidam faciunt perdi spem suam quam trahi. Plerisque autem hoc vici
um est ambitione prava defendi promissa ut ne minor rogatum sit
videatur. Detrahenda est manibus iactatio; res loquitur nobis tacentibus. Non
tam ingratum est sed et invisum beneficium superbe datum. Iocunda sunt que huma
na fronte levem placidamque tribuunt. Sunt quedam nocitura impetrantibus
que non dare sed negare beneficium est. Estimabimus itaque utilitatem po
tius quam voluntatem petentium. Sepe enim noxia quoque concupiscimus. Est con
traria in perniciem rogantium seva bonitas est. Sicut medicus pulcherrimum
opus est invitos nolentesque servare. Itaque rogantibus pestifera largiri
blande et affabile odium est. Beneficium est demum quod in usu magis
placeat quam unquam in malum vertat. pecuniam non dabo quam numeraturum adul
tere sciam, ne in societate turpis facti aut consilii inveniar. Si potero re
vocabo; si minus non adiuvabo scelus. Sive illum ira impellit quo non
debebat, sive ambitionis calor abducat a tutis, non committam ut ille
quandoque dicere possit: ille me amando occidit. Sepe nichil interest inter
amicorum munera et hostium vota. Grave tormentum est debere cui nolis.
Iocundissimum est ab eo accipere beneficium quem amare etiam post iniuriam possis.
Non semper licet dicere: nolo. Aliquando beneficium accipiendum est ab invito.
Nemo id accipiendo obligatur quod illi repudiare non licuit. Si vis scire
an velim, effice quod possim nolle. Quidam furtive gratias agunt et in an
gulo et ad aurem. Non est ista verecundia: inficiandi genus. Ingratus est qui remotis
arbitris gratias agit. Verentur palam ferre, ut sua potius virtute quam alieno
adiutorio consecuti dicantur [minus]. Multa sunt genera ingratorum ut furum
homicidarum. Ingratus est qui beneficium accepisse se negat quod accepit. Ingratus
est qui non reddit. Ingratissimus omnium qui oblitus est. Turpissima vox est in


beneficio reddere · Qui dat beneficia deos imitatur · Qui repetit fenera-
tor est · Omnia debet ex eadem que fuerant cum promitterent ut promittentibus
fidem teneas · Que autem maior mutatio potest fieri quam si te malum virum et
ingratum comperi que prius bonum et gratum putabam · Qui festinat utique
reddere non habet animum grati hominis sed debitoris · et ut breviter dicam qui nimis
cito cupit solvere invitus debet · et qui invitus debet ingratus est · Ipsum quem su-
spicis quo te divitem ac potentem putas · quidem possides sub nomine sordi-
do iaces · dominus est servus est minimum scilicet cum donasti beneficium est · Omnes
est non cedo fortune · Validus est egritudine fatigabitur · Iuvenis est abit
in senectutem · formosus est expecta paulisper et iam non erit · Malo ut pa-
tria exilio meo erubescat quam reditu meat · Non est istud exilium cuius ne-
mine non magis quam damnatum pudet · Solet plus prodesse si pauca sa-
pientie precepta teneas · si illa in promptu et in usu tibi sint quam si multa quidem
didiceris si illa non habeas ad manum · Non multa sed multum legendum ·
Si indignaris ingratos esse indignare luxuriosos · indignare avaros
indignare impudicos · Fortasse nunc de quo quereris si te diligeret exis-
teres in te inimicus · Inique publico irasceris · Stulte tuo ut absolvaris
ignoscas · Meliorem illum facies ferendo · peiorem exprobrando · Sepe eciam dubi-
am inveniendum nox quietatis clarior cepit · Non est ille qualem speravimus
Demus nos quales sumus ei dissimiles · Tantum possumus eam ergo quam nos
agamus · fortasse non potuit fortasse ignoravit fortasse facturus est · Non est
magnum cum beneficium dare et perdere · hoc est magnum cum perdere et dare · Non est
tutum vitro inermi se tradere nec quem hostis armatus obsedit · Fortu-
na vitro est similis que cum splendeat cito frangitur · Fortuna plus quam con-
silium valet · Grave omne malum quod sub aspectu latet · Gravior est
inimicus ille qui latet in pectore · Homo extra corpus suum est cum irascitur
Heu quam miserum est ab eo ledi de quo non possis conqueri · Hominem experi-
ri multa paupertas iubet · Heu quam multa penitenda incurrunt vivendo diu · Ho-
mo vite commodatus non datus · Ingenuitatem ledis cum indignum poscis · In nullo
avarus bonus est in se quidem pessimus · Inopi bis dat beneficium qui celeriter
tribuit · Inopie pauca desunt avaricie omnia · Ita habeas amicum ut posse te
fieri inimicum putes · Leso doloris remedium est inimici dolor · Lex uni-
versa est que iubet et nasci et mori · Lucrum sine damno alterius fieri non potest
Mora omnis odio est sed facit sapientiam · Meretur titulus sine dilectionis dispensacione ·


ciā auctore damnari Cum parte egris dista curandos interficit
Blandiendus ē q nocē pt non aspandus Siue te laudat aliqs siue
vitupet sp ad aī tui iudicium recurre Molestus natura ē ut illi non
pareat que supare pt. q nonnulli hoīm no dissimilt faciut Amici
tui cum q te commouit ut blandiens ut quibuscuqz excusatioibꝰ sedāe
studeas Despiciunt eoru mine q no possut irrogare que minant.
Noli arguere que noueris nouerit no velle se argui si eu odiu ne
reris Societate fatuu minoru sapia sapientis Ne facile omi hoi
crede uelis si facile ne uis decipi Non queras ab emulo tuo cō
silium ne te decipiat Neqz ubi ne dicas de illo q tibi benefacit nec
remaneas in loco ubi audias dicere Desperand ē de illis qui exē
plo peioris malorum no corrigunt Sunt multa q no malicia asspē leguī
p stulta assiduitate Non respondeas omi verbo. sermo durus cito pt
but mete Animi tui molestiaz dissimula interdu z reprime bonū ē
Multa uident in somniis que ne sut digna relatu Ab illo custo
di qui tuis insidiat actibus z verbis Vtilius interdu accipit hō inst
cōsiliu qm cu alio Cui quod male cederis ne cito ei cedas Omne
importunum qd dici tibi no velitas in ostentuz nec amicus qd celan
dum ē reueles Cum quod utile ē tibi facē potes no differas qr
cu volueris fortasse no poteris Nec p iram nec p iraz dicas amico
tuo unde irascat l erubescat Comessatores z luxuria puocat ē
gestatēz Qui assidue z sine effectu minat a nullo timē nec facere
nec dicē uelit unde erubescat reprehēdendo Plerumqz sapiens dat
inutile cōsilium A sapiente sit interdu stulticia Ne dicas de aliquo
maluz audiente seruo eius ut amico Non facile quēqm reprehedas
ex reprehēsione acquirunt inimicicie Non leuiter te credas ignotis a
notis etiā parue Noli ostendē de hoc quod te ledit Risuz z iocu
deuita nec te delectet usus eor Cotra amico nec inimico nec te mittes
inuidiaz nec et odiuz uetantia puocat Non incipias quod te pfi
cere no posse cognoueris Nulli beneficio sis ingratus Quemadmod
homines multu inter se dissimiles st ita z moribꝰ Qui aliqs mathma
malum ipa sua interdu machinatore decipitur Quod ab aliis tibi
fieri displicet face recusa Qui i multis eget i multis egeat Iniquꝰ
consiliarius interdu dat tibi utile cōsiliu ut facilius decipe possit.
Superbia discretioē non habz Non eni virtus z uiciu sibi concordant.


Varietas actionum varietatem mentis declarat Visus prauus diffi-
cile compescitur Qui timet semper est suspectus Pulcritudo non facit hominem
sapientiorem nec insipienciorem deformitas Studium semper quietem desi-
derat Nam inquietudine cito turbatur animus Delictum quod prius celatur
per amiciciam detegitur aliquando per odium et profertur in iurgium Nam amica se-
creta non celat nec inimici Ne accipias munus quod maiori munere
necesse sit recompensare Noli ludere cum insano a sensato eciam bonum est
precauere Iram cordis dum michi prodesse conspicias reprime De duo-
bus amicis ne dicas laudes alterius altero presente Aliquando improbat homo
quod habere desiderat Ne cuiusquam odium et paruipendas pauperis potest
enim interdum nocere qui non potest prodesse Ille valde inconueniens
est qui despectu dignus existit alterum despicit vel contempnit Aliquando
qui non laudandus est laudatur per eius amicicia acquirenda Ubi de-
crescit amor decrescit amantis obsequium.


Explicit liber Annei lucij Senece de copia verborum.














Collige ubi de oratore sumpsi

Inanis est et ridenda verborum volubilitas sine
pluribus rerum scientia
Summa laus eloquentie est amplificare rem ornando

Multa iuvant collecta simul nam pluribus amnem
Rivulus excrescens gignit scintilla quoque flammam

[illegible] sedis apostolice Eppo Cracovien eiusque in spiritualibus vicario et Officiali generali necnon [illegible]
[illegible] infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum et specialiter illi vel illis
[illegible] alia dispositio communiter vel divisim pertinet Petrus eadem gratia Episcopus Electen executor ad
[illegible] per vos vel alium seu alios [illegible] a sede apostolica specialiter deputatus Salutem in Domino
[illegible] in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti vera videlicet eius
[illegible] eiusdem domini nostri pape more Romane curie impendente bullatas sanas et integras non viciatas
[illegible] honorabilem virum dominum Dobeslaum Brzezdzadi de Calndi Canonicum Cracovien [illegible]
[illegible] cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse Quarumquidem literarum apostolicarum tenor
[illegible] dilecto filio Dobeslao Brzezdzadi de Calndi Canonico Cracovien Salutem et apostolicam benedictionem
[illegible] fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales Dudum
[illegible] vacaturi collationem et dispositionem nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane
[illegible] Canonicatus et prebenda ecclesie Cracovien quos quondam Mroslaus Keltzonis eiusdem
[illegible] et vacent ad presens nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit sive possit re
[illegible] contemplatione meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem Canonicatum et
[illegible] valorem annuum ut asseris non excedunt sive ut premittitur sive per promotionem eiusdem
[illegible] de consecrandis Episcopis a canonibus diffinito sive alias quovismodo aut ex alterius
[illegible] ad sedem predictam legitime devoluta vel ipsi Canonicatus et prebenda dispositioni apostolice specialiter
[illegible] hac vice pertineat cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica
[illegible] a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in
[illegible] et aliis constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Cracovien
[illegible] vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia Cracovien in Canonicos sint recepti vel ut
[illegible] specialiter vel aliter beneficiorum ecclesiasticorum in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum
[illegible] omnibus te in assecutione dictorum Canonicatus et prebende volumus anteferri sed nullum
[illegible] venerabili fratri nostro Eppo et dilectis filiis Capitulo Cracovien vel quibusvis aliis communiter
[illegible] compelli non possint quodque de huiusmodi Canonicatibus et prebendis eiusdem ecclesie Cracovien vel
[illegible] separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam et
[illegible] vel specialiter [illegible] tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non
[illegible] in nostris literis mentio specialis Aut si presens non fueris ad prestandum de observandis sta
[illegible] et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporale [illegible] prestiteris Seu quod ut asseris prothonotario
[illegible] cuius Cracovien marcharum argenti fructus redditus et proventus secundum communem ex
[illegible] tunc certo modo vacante [illegible] auctoritate [illegible] et nos tibi de Canonicatu tuo reser
[illegible] contigisset quem per electionem assumi eiusque curam immineret [illegible] necnon beneficiorum ecclesiasticorum
[illegible] ecclesia foret ad collationem [illegible] pertinentem seu quamlibet aliam dispositionem venerabilis
[illegible] singulorum Canonicorum et personarum ecclesie [illegible] communiter vel divisim pertinentis vacatura
[illegible] paginam nostre collationis provisionis constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu
[illegible] et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctos apostolos tertiodecimo
Martinus episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Eppo Electen et dilectis filiis [illegible]
[illegible] aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus dilectus filius Dobeslaus Brzezd
[illegible] reddimur ad gratiam liberales Dudum siquidem omnes Canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica
[illegible] extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel igno
[illegible] Cracovien vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios prefatum Dobeslaum
[illegible] procuratorem inductis auctoritate nostra et defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore ac
[illegible] in Canonicum recipi et in fratrem stallo sibi in choro et loco in Capitulo eiusdem ecclesie cum dicti
[illegible] proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi Non obstantibus omnibus
[illegible] indultum existat quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non fac
[illegible] appellatione postposita compescendo Datum Rome apud Sanctos apostolos tertiodecimo Kal
[illegible] receptionem nobis et per nos facta ut premittitur facta fuimus per prefatum dominum Dobeslaum Brz
[illegible] apostolicarum et contentorum in eisdem provide dignaremur iuxta traditam seu directam a sede apostolica
[illegible] reverenter exequi ut tenemur Vestro auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa eundem dominum
[illegible] Mroslaus Keltzonis eiusdem ecclesie Canonicus dum viveret obtinebat per prefatum dominum nostrum papam
[illegible] apostolicas [illegible] et inducimus per presentes Quocirca vos omnes et singulos [illegible]
[illegible] insolidum intimamus insinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noti
[illegible] et monemus primo secundo tertio et peremptorie ac vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obedien
[illegible] seu notificationem presentium vobis seu alteri vestrum facta et postquam ex parte dicti domini Dobes
[illegible] dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies vobis universis et singulis pro pera
[illegible] primo seu eius nomine in et ad corporalem realem et actualem possessionem Canonicatus
[illegible] in choro et loco in Capitulo eiusdem ecclesie cum iuris canonici plenitudine assignatis sibique
[illegible] respondeatis et faciatis ab aliis quantum in vobis fuerit plenarie et integre responderi [illegible]
[illegible] seu attemptantes aut ipsum vel procuratorem suum in aliquo impedientes quominus huiusmodi lite
[illegible] favorem publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore singulariter in vos omnes
[illegible] stadii [illegible] status aut conditionis existant nisi infra dictum sex dierum tem
[illegible] apostolicis parueritis seu parueritis [illegible] eiusdem pena sit extunc et extunc prout exnunc prout
[illegible] et in ipsam etiam [illegible] sine nostris firmantes in hiis scriptis et etiam promulgamus
[illegible] prefatis [illegible] volumus sit licitum si tamen contra premissa vel premissorum
[illegible] ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis Si vero huiusmodi interdictum per alios sex
[illegible] extunc suspendimus a divinis Verum si prefatum interdictum et suspensionem [illegible] per alios
[illegible] extunc prout exnunc [illegible] tamen [illegible] monitione premissa in hiis scriptis excommunicamus
[illegible] pluribus aliis in Romana Curia pendentibus negotiis personaliter [illegible] premissis et singulis
[illegible] Sacriste et Canonici tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum [illegible]
[illegible] Altariste [illegible] plebani clerici Notarii et Tabelliones publici [illegible]

habente mala voluit pferre
vba pphetie vide quanta est
pontificalis dignitas si talis
indignus pphetauit nesciens
debite quid diceret Ore enim
solo visa est gtia contaminatu
autem cor non tetigit hec
ille Et huic ecor. Virgilius
Moralibus dicens Sic enim irra-
tionale animal vba racionis
edidit tamen ad racionalem na-
turam non attessit vt asinus
in quo sedebat Balaam sic sepe
indignus vba pphetie accepit
tamen ad pmerendum saluti glam
non pertingit hec ille Sed quid
pphetauit pz ex lra que sequitur
Expedit vobis etc Omnis de cas-
sia soleret vbum sed non a solet-
ti homine dictum qui sufficiencia
xpi et nolens dixit quod vnus
et quod mortuus omnibus valeret
ad vitam Quid igitur facit et
faciet viuus si mortuus omnem
vita saluat et omnes liberat
ab eterna morte Si sub kinedo
mortis imperio pplm suum a morte
liberat Quid erit regnans futu-
rus si talia facit morte subiec-
tus Spus igitur sanctus per os huius
atrocis et maligni loquutus
est futuram vtilitate vniuersalem
ex xpi morte sequuturam hec ille
Et aduerte quod ex illo vbo Salomonis
supra Sapie ijo potuit iste 3
racones constr pprm formare
apparentes tamen Ibi enim dicit
Circumueniamus iustum quia
inutilis est nobis et contrarius
operibus nris Improperat enim nobis
peccata nra Ex primo dicto huius
auctus formauit aut formare
potuit talem ronem Arbor
inutilis incitur excidi luce iijo
Sed ipse xpus est inutilis nullum

fructum faciens republice igitur
etc Sed huius solucionem ipse dicit
Johannis viijo Ego sum lux mundi
qui sequitur me etc Secunda
racio Sed bonum finale totius
ciuitatis est pax igitur eam tur-
bans iuste a ciuitate expellitur
et exstirpatur Sed ipse pacem
turbat Secunda dicitur luce xxiijo
in eorum accusatione Commouit
pplm Solluces. sed hec racio non
procedit quia ipse erat summus
pacis amator quam nascendo
intimauit luce 1o Et in terra
pax hominibus etc Ambulando
docuit Quod patz luce xo
vbi dixit discipulis suis In
quacumque ciuitate intraueritis
dicite pax vobis Item pacem
in testamento reliquid Johannis
xiiijo Pacem meam do vobis
pacem relinquo vobis Tercia
racio eorum hec est exstirpando
qui contrarius est moribus
seniorum ciuitatem regerunt
Sed xpus est talis vt patet
Sapie ijo quia reprehendit
nos et aliter viuit Sed hanc
racionem soluit Cassiodorus dicens
Ipsi haberunt mores pessimos
igitur vel opportebat quod ipse
eis esset contrarius vel similiter
malus sed malus esse nullo
potuit igitur contrariari ipsis
in moribus necesse fuit et ex
quo dicat Cassiodorus quod ipsi
haberunt malos mores adüto
vnum quod maliu in xpo per
peccatum in ierlem fuerat tpe
pessimorum iudicium spiritualium
et secularium Anne Cayphe
pilati et herodis et hoc fuit
signum inualuisse peccata pplm
in ierlem vnde dicit beatus
Jeronimus et est viiij q. i Audacter

